



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum,  
Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam  
Secularium quam Religiosorum**

**Tympe, Matthäus**

**[Köln], 1614**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)




Th. 2990.


J V


36

















# SPECVLVM MAGNVM

EPISCOPORVM, CANO-  
NICORVM, SACERDOTVM ET  
*aliorum Clericorum omnium tam Secu-  
larium quam Religiosorum.*

EX ADMIRANDIS PONTIFI-  
CVM, EPISCOPORVM, SACER-  
dotum, aliorumque Ecclesiasticorum dictis & factis in  
gratiam Concionatorum & eloquentiz Studiofo-  
rum per locos communes iuxta Alphabeti  
seriem digestis, concinnatum

PER

MATTHAEVM TYMPIVM *Theol.*

Accessit eiusdem industria SPIRITVALIS  
MILITIA CLERICORVM.

*Libro Collegij Societatis Jesu Paderbornae.*



Permissa

Superiorum.

MOGVNTIÆ,  
Sumptibus PETRI HENNINGII,

ANNO M. DC. XIV.

Heb. 13. v. 7.

*Mementote prepositorum vestrorum; qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum in-  
tuentes exitum conuersationis; imitami si-  
dem.*

B. Athan. in vita S. Antonij.

*B. Antonius Monachorum cellas obibat ac  
sedulo obseruabat singulorum virtutes ac mo-  
res vt eos imitare posset.*

Cassian. lib. 5. inst. mon. c. 4.

*Vetus B. Antonij admirabilisque sententia;  
Monachum spiritualia mella condere cupien-  
tem velut apem prudentissimam debere vn-  
quamq; virtutem ab his qui eam familiarius  
possident deflorare, & in sui pectoris vase re-  
conderi.*

Cassiod. ad Calchedonium & Geron-  
tium Abbates.

*Vitas Patrum & passiones Martyrum legite,  
vt sancta imitatio vos prouocans ad caelestia  
regna perducatur.*



REVEREN-  
DISSIMO ET IL-  
LUSTRISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO, D. THEODORO

*Episcopo Paderbornensi, S. R. Imperij*

*Principi, Domino suo Cle-  
mentissimo.*



Ublimis ille apex Phi-  
losophorum *Plato*, illu-  
strissime Princeps, &  
Patrone Clementissime,  
discipulos suos admone-  
bat ut se ebrios in specu-  
lo contemplarentur, sic  
enim fore, ut, dum faciem suam furibun-  
dam, fanaticam, ac turbulentam intue-  
rentur, in posterum ab ebrietatis vitio ab-  
horrent. Huius præceptor *Socrates* sua-  
sisse discipulis fertur, crebro ut semet in  
speculo contemplarentur, ut, qui eorum  
sua pulchritudine sibi foret complacitus,  
procuraret ne corporis dignitatem mo-

(:) 2 rum

P R A E F A T I O.

rum dehonestamento pollueret: qui vero minus in se visendam formam inspectasset, strenue laboraret, ut virtutis splendore inopiam formæ collustraret, seu, quod corpori deesset virtutibus compensaret. *Pythagoras* denique discipulis mandabat in speculo se, non ad lucernæ alicuius lumen, sed ad solem contemplari, non inconcinne innuens cum optimis & doctissimis esse conferendum pedem, unde quantum promouerimus quantumque nobis desit clarius illucescat.

Quot hic  
exempla,  
tot specula.

Ego vero in hoc spirituali Clericorum Speculo, omnibus qui se diuino ministerio dedicarunt, exempla bonorum Clericorum tanquam specula diligentissime contemplanda, nec non vita ac moribus exprimenda propono. Rectissime enim

24. Mor. c.  
6.

ait S. Greg. *Qui plenissime intelligere appetit qualis est, tales debet conspiciere qualis non est, ut ex bonorum forma metiatur, quanto ipse deserto bono deformis est. Ex ijs quippe quibus plenissime bona adsunt perpendit recte quæ sibi minus sunt, atq; in illorum pulchritudine conspiciat fæditatem suam, quam in semetipso & perpeti potest, & sentire non potest. Iustorum ergo debemus vitam conspiciere ut subtiliter deprehendamus nostram, illorum species*  
quasi

P R A E F A T I O.

quasi quadam forma nobis imitanda proponitur, quia viua lectio est vita bonorum. Et S. Chryso-  
 stomus: Propterea sanctorum omnium vitas & conuersationem in diuinis scripturis praescriptam spiritus sancti gratia reliquit, ut discerent quod licet eiusdem fuerint natura, virtutibus tamen studuerunt, ne simus nos ignaui ne desides in ijs exercendis. An non natura nostra fuit & B. Paulus? Flagro amore huius viri, & propterea continuo versatur ipse in ore meo, & quasi in architypum aliquod exemplar ita in illius animam respiciens obstupesco, in hoc vim miram affectionum supplantationem, fortitudinis excellentiam, amoris in Deum feruorem, & arbitror quod vnus homo omnes virtutes congregarit & perfecerit.

Hom. II. in Gen. agens de profectu faciendo in virtutibus.

Atque speculi huius ex bonorum duntaxat Clericorum exemplis fabricam & concinnationem ideo libenter suscepi, quod mihi persuasi posse hoc Ecclesiae Christi ministris esse calcar & incitamentum ad virtutem sectandam ac vitium fugiendum, eosque ex contemplatione horum exemplorum hunc fructum collecturos vt purgato mentis obtutu Clarius diuinam erga se voluntatem intueantur, iuxta normam illius se suosque actus com-

Fructus huius speculi, puritas animae, lumen gratiae, & post huius visa curriculum beatissima visionis fructus.



P R A E F A T I O.

*Virtutis  
tramitem  
seclari, &  
vitiis  
lenocinia  
deuicere,  
est legem  
implere.*

ponant, videndæ ipsius faciei in cœlis in se desiderium inflamment, & eiusdem aliquando idonei speculatores fiant De malis Clericis altum hic volui esse silentium propterea quod benignitatis seu liberalitatis commendatione auarum argui, & castitatem laudando libidinosum obiurgari non ignoravi.

Te autem vnum, Reuerendissime & Illustrissime Princeps, huius Speculi Clericorum propterea tutorem ac Patronum elegi, quod Cels. Tux Religionem Orthodoxam tam egregio zelo tot annos propugnanti ac latissime propaganti Clerus sese plurimis nominibus obstrictum esse mecum confitetur libentissime. Quanta enim commoda ad omnes posteros transmittet, & in vniuersam hanc prouinciam importabit nouum Soc. Iesu Collegium admiranda tua munificentia Paderbornæ & exædificatū & amplis redditibus dotatum ac ditatum. Quantum boni non in tuam solum ditionem, sed in exterarum etiam nationes diffundet Nouitiatus Tua beneficentia etiam Paderbornæ constitutus? Quantos denique fructus per vniuersam Germaniam disseminabunt doctissimi Philosophiæ ac Theologiæ Professores

illu-

P R A E F A T I O.

Illustri benignitate Tua ibidem liberalissime fundati? Hi certe innumeros in S. Palstra exercitatos milites in apertam cum hostibus Ecclesiae aciem producent. Hi dogmata vera ac salubria confirmabunt, adulterina ac spuria dissipabunt, deformes, inquam, errores & de cauernis orci egredientes colubros Euangelico ente detruncabunt. Hi corda haëreticorum dura ac instar filicis indomabilia sermonis malleo contudent, & fulminis in morem disijcient. Hi multa studiosorum millia à mortiferis culpis prohibebunt, & innumeris, ab insidiosa vitiorum via auersis, directum ad cœlum iter ostendent.

Tibi igitur, Reuerend. atque Illustrissime Princeps, tam benignissimo atque munificentissimo Clericorum P A T R I (vt alias Heroicas tuas virtutes ne attingam quidem) Speculum hoc Clericorum debetur, tibi illud æternum cum omni reuerentiæ significatione offero, dico, & consecro.

Magnus illi animarum nostrarum Episcopus Christus Iesus Reuerendissimam <sup>25.</sup> atque Illustrissimam Celsit T. sub grauissimarum rerum & curarum ponderibus

*P R A E F A T I O.*

mente recta gradientem , Romanæ seu  
Catholicæ Ecclesiæ nec non imperio Ro-  
mano quam diutissime conseruet inco-  
lumem, Dat. Monasterij in collegio Det-  
teniano Anno CHRISTI 1614.

T. Reuerendissimæ & Illustrissimæ  
Celsitudinis

Seruus & humilis Cliens.

Matthæus Tympius SS.  
Theol. L<sup>d</sup>.

A V-



AVREA PA-  
RÆNESIS MAT-  
THÆI GALENI QVON-  
DAM APVD DVACENSES CAN-  
cellarij, ac Primarij Professoris in hom.  
Cateheticis, ad Cle-  
ricos.

**P**Aulus ad Heb. 5. docet quod in can- Catech.  
didato Sacerdotij requiratur, vt sit 204.  
ex hominibus λαμβανόμενος, id  
est, separatus, seiunctus, & vt pro-  
prie dicam, egregius, vt enim in re-  
bus aliis non nisi quod est excellens,  
eximiumq; Deo vouendum est, ita hoc in negotio nil vile,  
maculosum, deridiculum, contemptibile Deo sistendum.  
Equidem cum Nazianzeno in Apologetico Pontico dico  
neminem debere de Sacerdotio suscipiendo cogitare qui  
non prius Deo se totum deuouerit, obtulerit, mactarit, vt  
corpore & spiritu Deo seruiat. S. Paulus dicto loco requirit  
vt Sacerdos induat viscera misericordiae, vt non solum de  
se submisceat aliorumq; misereatur, verum etiam  
eo se demittat vt putet peccata fratrum sibi concredito-  
rum esse propria, perindeq; in ijs expiandis atq; pro suis  
sit sollicitus. 1. ad Tim. 2. Paulus à Diaconis praclare se go-  
(:) 5 rentibus

rentibus ut altiore gradum, Presbyterij nimirum, sibi  
acquirant, requirit ut sint inculpati, non bilingues, non  
vino dediti, & qui mysterium fidei in pura conscientia  
portent, hoc est, qui non tantum credant & habeant per-  
specta fidei dogmata, sed & animum immaculatum usque  
vitiis liberum quæ sint ipsi in aliis reprehensuri. Si hæc in  
Diacono, quid in Presbytero, de quo sub Episcopi nomi-  
ne eodem loco scribit, ut sit sanctus, iustus, pudicus, prædi-  
tus facultate obturandi ora aduersariorum, habeatque  
testimonium etiam ab ijs qui foris sunt. Eadem repetit  
ad Tit. c. 1. & ista putemus ad nos non pertinere, sed eo  
tempore duntaxat in usu fuisse? Atqui dum innotiamur  
hæc eadem ab Episcopo nobis occurrunt. Scias tibi, inquit  
ille, præstanda quæ Paulus docuit suos Timotheum & Ti-  
tum, in primis (hæc enim addit) iustitiam, deinde mise-  
ricordiam, mox constantiam, hinc fortitudinem, postre-  
mo ceteras virtutes. Merito à Sacerdotibus requirit ius-  
titiam quod illis maxima quæq; olim credebatur & ma-  
xime in dicendis sententiis, in occultis confessionum iu-  
diciis, ut committant ad potentum peccata soloque rusticos  
ac pauperes grauent, sed iustitiam iudicent, commeri-  
tumque iuste puniant, innocentem, fragilem, desperabun-  
dum consolentur, sic autem erunt iusti ut simul sint mi-  
sericordes, ut iustitiæ misericordiæque temperatura neu-  
tram in partem impingant vel seueri vel remissi nimium.  
Ad hæc oportet exprimam constantiam Ambrosianam &  
Cantuariensis illius Pontificis, qui vitam erant parati  
profundere potius quam ut scuerent quicquam Ecclesia-  
sticæ Maiestati detrahi. Et ideo requiritur etiam fortitu-  
do. Deinde absorbet Episcopus mystagogus reliquum ve-  
luti virtutum pelagus legitimo Sacerdoti necessariorum  
addit porro debere Sacerdotes meditari iugiter in lege

Domi-

Domini, & ijs qua legerint credere, qua vero crediderint  
in populum refundere, re fus a moribus exprimere, neque  
Pharisaica Philautia totum onus in alienos humeros de-  
noluer e, atq; interea nolle subire ferre q; sarcinam alijs  
impositam. Reliqua scripturae requirunt in Sacerdote  
summam eruditionem vt sit quidam magister totius or-  
bis. Hinc Canon 6. Aurel. Concilij precipit indoctos Sa-  
cerdotes arcendos ab Altaribus, nec in officio tolerandos.  
Debet certe Doctor totius plebis, diuinitatis hypopheta,  
Christiana plebis legatus eruditione haud vulgari esse  
armatus. Dent igitur operam qui huc quandoq; sperant  
se consensuros vt mediocrem saltem comparent erudi-  
tionem, vt vel priscos adaequent Catechumenos, ne sem-  
per propter ministrorum ignorantiam nostra sacramen-  
ta contemnantur, rideantur, conspuantur.

IN SPECVLVM CLE-  
RICORVM CARMEN AD  
PIVM LECTOREM.

**M**ARMORE non Locris sculpet noua iura  
zaleucus;  
Nec Polydectiden pagina cauta sapit.  
Dogmata Cecropius moderatur cruda Draconis  
Legifer, à Tympi sunt procul illa libris.  
Dum videt immiti titubantem errare carinam  
Sidere Petreiam, & fluctibus vsque quati.  
Hanc vltro allabi, innocuaeque aduertere ripæ  
Iucitus ardor agit, Christi adumque salus.

Et

Et tecum hæc repetens; quid debita pectora O-  
lympo

Naufraga sub stygias, deprimis, inquit, aquas?  
Eripui, & porro Eripiam, obuertere puppim  
Ni piget, & Zephyris pandere vela nouis.  
Sirenum tranſuecta melos, Neptunia Ponti  
Monſtra, petet ſuperi pergama tuta Poli.  
Vos Cleri decus appellat, quis credita ſacri  
Cura gubernadi eſt: flectite, roſtra, retro.  
Tutum iter Expandit, Circa o immune periculo  
Quod Patriæ inuexit millia multa Patrum.  
Nauta per æquoreas quæ ſingula ſidera poſcit  
Doctus aquas, Tympi cymbia cuncta vident.  
Luce palam, & Phœbes umbris, Titama lampas  
Spargit inexſtincto lumine clara facem.  
Nil Helice Euariat, ſummi Sobolesq; Parenſque  
Numinis, atque aſtris quot micat aula Dei.  
Virtutum quanto decoratus honeſtamento  
Myſtarum ſupplet cœlica damna chorus?  
Quot donis ornant Hierarchæ altaria optimis?  
Laura quot inſontes miſit ad aſtra animas?  
Has decorum ſtruices, veteriſq; amicimina Cleri  
Exhibet his, cura eſt quos penes vna Dei.  
Mille notis facilem ſeſe offert prompta legenti  
Pagina, quo vultum ſers ſpeculare vides.  
Extremum authori gratabere, ſi, qua reuolues  
Moribus apta tuis, mens tua, vita legat.

R.P.O.D.F.

## P R A E F A T I O

AD SPECVLI HV-  
IVS INSPECTOREM  
ET LECTOREM.

**I**N Theatro historico pœnarum & præ-  
miorum falsam esse docui persuasionem  
Atheorum & politicorum nostri tempo-  
ris, qui sibi imaginantur nullum esse nu-  
men à quo istud vniuersum & res huma-  
na gubernentur, sed omnia, vel natura quodam impetu  
vel fortuito caussarum concursu euenire. Nam Deum na-  
non solum post hanc vitam, sed sæpe etiam in hac vita  
rationem actorum exigere, pro male gestis pœnas infli-  
gere seu irrogare, & pro bene actis præmia distribuere,  
copia Exemplorum haud parua ostendi; eam duntaxat Deus ma-  
ob causam, vt omnes Christiani, & Clerici & Laici, eo-  
rum consideratione cum à stagitius absterreantur, tum  
ad virtutem incitentur, valideque diuinum numen (cu-  
ius potentiam & dominatum nemo effugere valet) re-  
formident, ne illius leges & sanctiones violantes vin-  
dictam & pœnas immortales in caput suum accer-  
sant.

In hoc vero speculo cum solis mihi negotium est Cleri-  
cis, iisque bonis. Magnum illud Gracia deus S. Chryso-  
stomus recte dixit in c. 21. Mat. hom. 38. Sicut de tem-  
plo omne bonum egreditur, sic & de templo o-  
mne malum procedit. Nam si Sacerdotium inte-  
grum fuerit, tota Ecclesia floret: Si autem corruptum  
fuerit, omnium fides marcida est, non aliter atque si sto-  
machus sanus fuerit, totum corpus validum est: si autem  
A disti-

dissipatus fuerit, totū corpus infirmū est. Mala certe quibus Ecclesia olim afflicta, pressa, & concussa fuit, à Clero suam traxisse originem restantur historia, Synodi, Patres. Nulli enim alij sciderunt Ecclesiam, & de domo Domini populos primum seduxerunt præter Clericos. Nam aut ab his hæreses originem duxerunt aut horum negligentia in agro Domini (qui ipsis colendus commissus est) pullularunt, ut non dicam in hoc delirio mundi Ecclesiasticam disciplinam negligentia Prælatorum collapsam multis (imprudenter ex corruptis moribus falsam esse fidem concludentibus) dedisse occasionem ab Ecclesia unitate & fide recedendi, dum nostrorum Clericorum viuendi licentiam cum antiquorum patrum & Religionis nostræ heroum parsimonia, ambitionem cum modestia, negligentiam cum sollicitudine, & morum nostrorum obscuritatem cum nascentis Ecclesiæ sanctitatis splendore compararunt. Nunquam profecto adeo vexaretur Ecclesiæ communis omnium nostrorum mater, à qua in Christo geniti sumus, cuius vberibus educati, monitis aliti, præceptis instructi, fide confirmati, nisi immanissimi hostes, hæretici, Clericorum vitia & opprobria ei possent exprobrare. Optimo igitur iure Dominus cum Clericis potest expostulare eisdem verbis quibus olim de filiis Israel conquerebatur: filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me, & vsque adeo sensibus orbati sunt ut neque sint cum brutis animantibus comparandi. Nam & boues suum dominum agnoscunt, impositumque ab illo iugum libenter subeunt, & æ fini dum præsepia domini frequentant se prouidentia domini sustentari non ignorat: at Clerus hic meus tot à me honoris insigni decoratus, rarisq; beneficiis cumulatus beneficiorū memoriā prorsus abiicit, & honoris mei sollicitā curā plane deposuit.

Esa. l. v. 2.  
 iud. ca. 2.  
 Mal.

S. Cyprianus presbyteris & diaconis fratribus Africa *Epist. 4. li. 4*  
 calamitatem & deuastationem adscribit, quando inter  
 cetera ait. Fecit Dominus noster voluntatem Pa-  
 tris & nos non facimus voluntatem Domini, pa-  
 trimonio & lucro studentes, superbiam sectan-  
 tes, æmulationi ac dissensionibus vacantes, simplici-  
 tatis & fidelis negligentes, sæculo verbis solis &  
 non factis renuntiantes, vnusquisq; sibi placentes  
 & omnibus displicentes. Vapulauimus itaque  
 & meremur, cum scriptum sit: Seruus qui cog-  
 noscit voluntatem domini sui & non paruerit  
 voluntati eius vapulabit multis. Quas autem *Luc. 12.*  
 plagas quæ verbera non meremur, cum nec illi *Consule*  
 qui exemplo ceteris ad bonos mores esse debue- *Baron. An.*  
 rant, teneant disciplinam? *Christ. 253.*

Idem agens de causa ob quam Deus tam immanem *de istius tē-*  
 persecutionem in Ecclesiam seuire & à Decio tyranno *poris Chri-*  
 excitari permiserit in commentario de lapsis: Si, inquit, *stiana disci-*  
 cladis causa cognoscitur & medela vulneris in- *plina vigo-*  
 uenitur. Dominus probari familiam suam vo- *re plane e-*  
 luit, & quia traditam nobis disciplinam pax lon- *neruato*  
 ga corruerat, iacentem fidem & pene dixerim *atque cor-*  
 dormientem censura cœlestis erexit. Cumque *rupto.*  
 nos peccatis nostris amplius pati mereremur,  
 Clemētissimus Dominus sic cuncta moderatus  
 est, vt hoc omne quod gestum est exploratio po-  
 tius quam persecutio videretur. Studebant au-  
 gendo patrimonio singuli, & obliti quod cre-  
 dentes aut sub Apostolis ante fecissent, aut sem-  
 per facere deberent, insatiabili cupiditatis ardo-  
 re ampliandis facultatibus incubabant. Non in  
 sacerdotibus religio deuota, non in ministris fi-

des integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina: corrupta barba in viris, in foeminis forma fucata; adulterati post Dei manus oculi, capilli mendacio colorati, ad decipienda corda simplicium callidæ fraudes, circumueniendis fratribus subdolæ voluntates: iungere cum infidelibus vinculum matrimonij, prostituere gentilibus membra Christi, non iurare, tantum temere, sed adhuc etiam peierare. Præpositos superbo tumore contemnere, venerato sibi ore maledicere, odiis pertinaciter inuicem diffidere. Episcopi plurimi (quos & hortamêto esse oportet cæteris & exemplo) diuina procuratione contempta procuratores rerum secularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias oberrantes negotiationis quæstuosæ nûdinas aucupari, esurientibus in Ecclesia fratribus non subuenire, habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, vlturis multiplicantibus fœnus augere, quid non perpetuales pro peccatis eiusmodi mererentur?

*Pf. 28. Si de  
reliques  
rint.*

*Lib. 8. ca. 1.  
c. 2.*

*Ex multa  
libertate  
mores sunt  
vitiati.*

*Ex soluta  
disciplina  
Eccles. per  
secutio est  
exorta.*

*Sic & Eusebius ille Casariensis Episcopus qui nobis insignem illam à primordiis Ecclesie reliquit historiam atrocissimam sub Diocletiano tyranno descripturæ persecutionem, prius eius causas commemorat his verbis: Cum nos præ nimia quadam licentia in mollietate delicatam & dissolutam segnitiam essemus prolapsi, cumque alij aliis inuidere, maledictis in sectari, & prope nos ipsi inter nos petulantibus linguis tanquam mutuis armis oppugnare, & casu aliquando verborum contumelias velut hastas vnus in alium intorquere, & præfides Ecclesiarum alter*

alter alterius vires infringere, & populus in populum seditionem concitare inciperent, cumque ficta & adumbrata sanctitatis species quæ oratione nequit exprimi & simulatio fronte occultata ad immensam quandam prauitatem serpsisset, diuina ultio cœpit in nos animadvertere. Sed *Baron. An. Christ. 302. refutat que hic de discordiis Episcoporum recitantur.* ubi velut insensib. orbi & præstricti mente, nulla cura aut cogitatione incubuimus, vt diuinum nomen in nos incensum beneuolum & placatum efficeremus, sed tãquam impij nostras res à Deo nec curari nec animaduerti arbitrati, alia vitia aliis acervatim adiecimus, & pastores nostri depulsa repudiataque pietatis regula d. ssidio & contentione inter se exarserunt, quin etiam nullas alias res præterquam discordias, minas, æmulationem, inimicitiam & odium inter ipsos mutuo adaugere studuerunt, & animis ambitionis æstu incensis tyrannorum more principatum obtinere laborarunt, tunc demum, iuxta illam Hieremiæ sententiam: Quomodo obtegitur caligine (*obscuravit*) in *Thren. 22* furore suo Dominus filiam Sion &c. Hæc Euseb.

Quis autem nescit in quam multis & heu clericis etiam hoc nostro tenebricoso seculo sal. Apostolicus euauerit? Adeo enim a facie peccatorum spiritualia condimenta fugerunt vt multis in locis v. x. insulsus olus in horto illo voluptatis in clero inquam, videas virere in multis omnia mentis germina nocens eruca populatur, latam scientiarum segetem edax locusta consumit, & multorum præcordis piger insidet bruchus. atque intimas vitalium Ecclesie Catholice fibras exedit rubigo. Cum autem in clericos, a reb. seculi in altiore locum sublatis, tanquam in Speculum, omnium Laicorum oculi sint coniecti Omnium

ora conuersa vt ex iis sumant quod incitentur, & nihil sit quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue instruat quam eorum vita & exemplum qui se diuino ministerio dedicarunt, nihil certe è contrario Laicos magis à vero D. i cultu ad impietatem deducit quam multorum clericorum dissoluta & inhonesta vita. Norunt e

Gen. 9.

V. P. Serar.  
verum Mo.  
gunt. lib. 4.  
in Archiep.  
35. ca. 3.

quidem p̄i quadam quorundam scandala in Ecclesia Dei deesse nunquã, à nudatis per ebrietatem parentis sui pudendis iudem oculos auertunt, fratrum suorum lapsus deplorant, Dei iudicia extimescunt, & ex malorum poenis discunt peccata, ob quæ illi diuinitus puniti sunt, non imitari. At vero si quid ab vlllo Pontificum, Episcoporum, Clericorum, & Monachorum impudice, intemperanter, crudeliter, vel impudenter peccatũ est. statim omnes impij & heretici & Catholici tibi as omnes instant, lætitia gestiunt, ac tripudiant, & quidquid illud peccati est ab iis ybique & apud omnes assidue narratur, scribitur, canitur, pingitur, & quidem multis variisque mendaciorum ficturis dissentum & exaggeratum. Quemadmodum enim perlibenter vitiosum hominum sanguinem exsugunt hirudines, immundi excrementa vorant sues, & quidquid in aere, parietibus, & floribus putrilaginis ac veneni est, colligunt araneæ: ita quidquid in Clericorũ moribus ac humoribus corruptum, quidquid in Ecclesiasticorum ordine spurcum ac sordidum, quidquid in Ecclesia tota putridum ac vitiosum est, id studiosissime querunt heretici, hoc tanquam summas delicias auidissime vorant ac liguriunt, eoque mirifice pascuntur ac saginantur omnes mali.

Quare vt Ecclesiastici ad exemplum duntaxat clericorum bonorum vitam suam confirmant, ex multis admirandis & dictis & factis Clericorum bonorum hunc librum

librum concinnauit, illamque Speculi titulo insigniuit, Cur hic li-  
 propterea quod in eo se contueri & contemplari possunt, ber speculi  
 & videre num vitam uocationi & ordini suo conuenie-  
 tem atq; conformem ducant. Sic. n. & S. Gregor. sacrã-  
 scripturam speculum appellat, cū inquit: Scriptura sa-  
 cramentis oculis quasi quoddam speculum op-  
 ponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur:  
 ibi enim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus,  
 ibi sentimus quantum proficimus, ibi à profectu  
 quam longe distamus. Et S. Augustinus librum quen-  
 dam suum ex utroque testamento præcepta diuina ad vi-  
 ta regulam pertinentia continentem speculum nomina-  
 uit, ut qui iam credens, quemadmodum ipse Aug. lo-  
 quitur, Deo obedire uoluerit, hic se inspiciat quã-  
 tum in bonis moribus operibusque profecerit,  
 & quantum sibi de sit attendat. Quemadmodum &  
 S. Bern. initio sui speculi monachorum ait: Si quis e-  
 mēdatoris vitæ desiderio tactus cogitationum,  
 locutionum, operumque suorum sollicitus ex-  
 plorator uniuersos excessus suos corrigere ni-  
 titur in præsentis paginæ frequenti lectione  
 & assidua meditatione, tanquam in specu-  
 lo, interioris hominis sui faciem contemple-  
 tur.

Cum autem uino vendibili (ut est in prouerbio) suspen-  
 sa hedera nihil sit opus, & quæ per se bona sunt, alienis  
 præconiis non egeant, neque exoticam commendationem  
 desiderent, sed per se placeant atq; delectent, emptores q;  
 sua præstantia ad se sponte sua alliciant, operæ præmium  
 non esse existimo illustra hæc & dicta & facta Clericorum  
 Clericis proponenda, magnificis encomiis laudibusq; ex-  
 tollere. Si enim ieiuna mea orationē ac insulsis uerbis

nomine  
 nuncupe-  
 tur.

Prob. me-  
 rã facile  
 reperit  
 piorem.

illud efficere conarer, nihil efficere aliud viderer, quam si lumen solis per se splendidissimum obscura quadam sacula illustrarem. Hoc vnum constanter assuero: multa hic, candide Lector, erunt qua te oblectabunt, omnia autem candide & sine fuce commemorata sunt, propterea quod ad hoc diuinus honos & Religionis auita zelus mentem & manū commouerunt. Catholicum enim me profiteor, eiusque Ecclesie membrum in cuius gremio, (vbi magnus ille Polonia Cancellarius in supremis testamenti sui tabulis loquitur) mori felicius est quam ab initio nasci, cum non nasci satius sit quam in hac non mori.

Vtinam omnes clerici pio hoc meo labore incitati diligenter secum expendere, quos mores, quam vitam magna & excellens ipsorum dignitas postulet, & requirat. Cum enim inter homines duo sint dignitatum genera, vnum seculare & laicum, alterum sacrum & Ecclesiasticum, de hoc posteriore S. Greg. ait: Quis dubitet Sacerdotes Christi Regum & Principum omniumque fidelium Patres & magistros censerī? Et B.

Lib. 8. c. 21.

Orat ad  
ciu.

Dignitas  
cler. est spi-  
ritualis.

Spiritus lo-  
ge nobilior  
est corpore.  
Hom. 5. vi-  
di domi.

Regis splen-  
dor (ex au-  
ro & potē-

Naz. ad Laicos principes ait: Lex Christi sacerdotali vos subicit potestati atque hisce tribunalib. subdit. Dedit enim & nobis potestatem, dedit principatum multo perfectiorem principatibus vestris. An vero iustum vobis videtur si cedat spiritus carni, si à terrenis cœlestia superentur, si diuinis præferantur humana? Et S. Chrysost. Sacerdotium (inquit) principatus est ipso etiam regno venerabilius & maius. Nec mihi obicias purpuram, neque diadema, neque vestes aureas, vmbre sunt ista omnia, & flosculis leuiores. At Sacerdoti thronus in cœlis collocatus est, & auctoritatem habet

habet iudicandi de cœlestibus negotiis. Quis hoc dicit? ipse cœlorum Rex; quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlis.

*Utinam propter hanc status sui excellentiam clerici virtuti etiam consummata & omnibus partibus ac numeris absoluta studerent, maxime cum multi ex ipsis triplici plane persona sint induti, Christiani hominis, clerici, & praelati. Quod ad Christiani obligationem attingit, lex certe Evangelica (quam David immaculatam appellat & castam, puramque, tanquam argentum septies purgatum) ita perfecta est, ut nihil labis admittat, hoc est, omnia vitia excludat, omnes virtutes requirat, atque a deo otiosum quodlibet verbum prohibeat, & ita prohibeat, ut non sine sua pœna, ac supplicio abiturum minetur. Quicumque autem hanc legem professus est, hoc professus est, se ex illius præceptis esse victurum, nec ab illis villo modo discessurum. Quare Christianum esse & Baptismum suscipere, vult S. Leo esse, renuntiare diabolo, in nouitate è vetustate transire, & terreni hominis imagine deposita cœlestem formam suscipere, in eoque interuenire quandam speciem mortis, & quandam similitudinem resurrectionis, ut homo susceptus à Christo Christumque suscipiens non sit idem post baptismum, qui fuerat ante baptismum. Huc pertinet illa exhortatio Cypriani: Conuerter ut quasi Dei templa, ut Deum in nobis constet habitare, nec degeneret actus noster à Spiritu, ut qui cœlestes & spirituales esse cœpiamus non nisi spiritualia & cœlestia cogitemus. Et: Considerandum est & identidem cogitandum renuntiasse nos mundo, & tanquam hospites & peregrinos hic degere.*

A 5 Longe

*tia totus est in rebus terrenis.*

*Matth. 18.*

*L.*

*Pf. 18. & 11.*

*Mat. 11.*

*Obligatio omnium Christ.*

*Ser. 14. de pass.*

*De orat. dom.*

*Serm. de lapsis.*

2. Longe maior est obligatio Clericorum, qui ad hoc ipsam segregati sunt, ut peculiarem Deo seruiant seruitutem, quibus ideo sunt instituti, ut hominum peccata comedant, ut inter vestibulum & altare plorantes diuinam iram placent, ut populos à vitijs reuocent, & ad virtutem forment. Accedit quod Clerici summe cū Deo coniunguntur & copulantur. Hinc S. Greg. vult eos mystice vocari Bethel, hoc est, donum Dei, quia, inquit, dum spiritualibus studiis inhærent veluti domestici Dei,
- Ezech. 3.* omnipotentis familiares sunt. Idem adferens illud ex *Leuitico*, quo prohibetur, ne vllus qui maculam habet ad Dei accedat mysterium. Cæcus, inquit, est qui supernæ contemplationis lumē ignorat. Claudus, qui quidem quo pergere debeat aspicit, sed per infirmitatē mentis vitæ viam perfecte non valet tenere, quam videt. Fracto etiam pede vel manu est, qui viam Dei pergere omnino nō valet. Gibbus vero, quem terrenę sollicitudinis pondus deprimit ne vnquam ad superna respiciat, sed solis iis quæ in infimis calcantur intendat. Et S. Hieronymus inquit. Non solum Episcopi, Presbyteri & diaconi debent magnopere prouidere, ut cunctum populum cui præsidere, conuersatione, feruore, ac scientia præcedant, verum & inferior gradus exorcistæ, lectoris, & ditui, & omnes omnino qui domui Dei seruiunt, quia vehementer Ecclesiam Christi destruit meliores laicos esse quam clericos.

*Ab his vitiis abesse debent qui sese Ecclesiastica virtute deuouerunt.*  
*In ep. ad Tit. c. 2.*

Vtinam Clerici nostri considerarent veterem illum clericum, ut à Christo institutus, ab Apostolis excultus, & primis illis seculis in Dei Ecclesia vixit, atq; ita se instruerent ne ab huius status præstantia & perfectione degenerarent.

rent. Quis enim illis temporibus erat feruor? quæ in  
 Deum charitas? quis animus, quæ alacritas ad martyriū  
 subeundum? quis deniq; zelus in proximorum salute pro- Multum à  
prisca illa  
cleriformis  
 curanda, pro qua nullis laboribus, periculis nullis parce- la clerici  
deflexerūt  
 bon? Deniq; quātus contemptus rerum omnium terre- multi.  
 narum, honoris, diuitiarum, commoditatum, cum etiam  
 plerique, vt de Cypriano accepimus, paternas omnes pos-  
 sessiones & quidquid habebant venderent ac pauperibus  
 distribuissent, ipsi vero vt plurimum in paupertate &  
 summa rerum omnium inopia traherent vitam? Itaque  
 non illi ordinem hunc vt gradum ad ambitionem, aut ad  
 opes augendas suscipiebant, sed tanquam Dei militiam  
 & obsequium, vt se totos eius numini consecrarent. Hinc  
 S. Greg. Quasi iuuenis, inquit, erat Samuel quando in 4. li. Re.  
c. 4.  
 Sacerdotum ordo solis cœlestibus desideriis in- Ib. iam diu  
est quod Sa  
muel se-  
 hians, dum nulla terrena quæreret, quo efficacius nuit.  
 superna prædicare poterat, eo ad ea nihilominus  
 verbis & exemplis subditorum animos accēde-  
 bat, valebat enim robore & iuuenili pulchritudi-  
 ne radiabat, dum vim cœlestis verbi in splendore Hac P. Pla-  
tus de off.  
card. c. 7.  
 ostenderet sanctæ conuersationis, quia quidquid 3.  
 validum loquendo poterat prædicare nitebatur  
 et à sublimiter viuendo ostendere, &c. Si rāta per-  
 fectio omnibus clericis est necessaria, multo magis iis, qui  
 in clero ipso eminent, & quo magis eminent eo magis o- 1. mor. c. 7.  
 mni virtutis laude præcellere debent. Ii enim sunt, vt S.  
 Greg. qui vt Noe arcā in vndis, ita dū ad formā viri  
 populis præfunt, S. Ecclesiā in tentationū fluctib. 9. mor. c. 10  
 regunt, ipsi et orbē portant, quia tantorū ponde- Episcopi vt  
perfectores  
(Dio. eccl.  
hier. c. 5. 6.)  
 ra vnusquisq; sustinere cōpellitur quantis in hoc  
 mūdo principatur: maxime autē Episco. perpetuo nexu  
 obligationē suscipiūt ad opera perfectionis, cū ad id se ob-  
 ligant,

quia aliis ligant, ut animas sibi creditas illuminent, instruunt, ad perfectionem adducant, ac pro ipsis etiam, si opus sit vidis operam tam profundant. Cum honor qui homini tribuitur simul nauant.

Celsitudinem loci vita & virtutis celsitudine tuentur.

& premium quoddam sit virtuti redditum, & indicium ac testimonium virtutis, quæ in homine sit, certe magnus pralatorum honos magnam in ipsis requirit virtutem. Ac nisi ita sit mendacium quoddam committitur seu furtum in re maxima. Accipitur enim & exigitur maximum decus minime debitum. Ad hæc cum omnium oculi in eos, qui ceteris præsumt potissimum respiciant, sanctiores esse ceteris debent, etiam ob hanc causam, quod admodum difficile est, inter tantos honores humilitatem retinere, aut inter tantas opes illam spiritus paupertatem, sine qua, ut Saluator ait, nemo regnum caelorum adipisci potest, itaque ut ad maiorem hostium numerum prosligandum maius requiritur robur, sic Prælatus, si salutem consequi velit inter tot salutis aduersarios necesse est, ut magna quadam & excellenti virtute sit præditus. Ad extremum quemadmodum caelestes ordines ac hierarchia Angelorum, Archangelorum, aliorumque vsque ad summum Deum ita distributi sunt, ut quo superiores eo perfectiores sint diuinisque donis ornatiore, idem hic quoque in ordinibus Ecclesie militantis esse oportet. Certe si Episcopum prodire in publicum contingat, sine ijs ornamentis, quæ illi ordini hominum more vsuque congruunt, contra vero sacco aut pannosis biuuli vestibus indutum, quam ipsum pudeat, quam omnes offendat? Quid igitur si interiori illo habitu, qui multo magis ipsi quam hic externus conuenit, spoliatus, & vulgaris vite vitis deformatus incedat. Cum de Religioso quid audit Episcopus, quod statum illum non de-

et, indignatur, carceres & supplicia minatur, cum enim perfectionem profiteatur iure ab eo exigitur, quod proficitur: ) atqui Episcoporum status multo magis obligat ad perfectionem, quam religiosorum status religiosum, quare si eam non habeant turpius etiam eis est, quam religiosis. Recte scribit S. Bern. ad Eugenium: *Lib. 2. de confid. c. 8.* Omnes quidem erubescere debent cum ornamentis virtutum nudati sunt, sed multo magis qui in loco eminenti sunt, quia quo quis illustrior eo sine his insignibus est deformior. Nunquid potest abscondi ciuitatis supra montem positæ desolatio, aut latere funius lucernæ extinctæ, super candelabrum. Simia in tecto Rex fatuus in folio sedes. Monstruosa res gradus summus & animus infimus, sedes prima & vita ima, lingua magniloqua & manus otiosa, sermo multus & fructus nullus, vultus grauis & actus leuis, ingens autoritas, & nutans stabilitas.

Vtinam hoc Metaphysicum hominum genus, sicut postquam exornatum est, ordinibus sacris, vestes aliasque res externas mutat, ita noua statim indueret consilia, nouas cogitationes, nouos spiritus, nouos animos eosque illi statui & illi vocationi qua eos Dominus dignatus est conuenientes. Cum Samuel diuino iussu Saulem vnxisset in Regem illud etiam præter cetera prædixit: Infiliet in te Spiritus Domini, & mutaberis in virum alium. *1. Reg. 10.* Idque paulo post cum omnium admiratione euenit. Et cum Moyses 70. viros adlegisset, quorum opera in tanto populo gubernando subleuaretur, scriptum est, descendisse in nube Deum, & abstulisse de eius spiritu, & dedisse illis 70. & quidem indico manifesto, cum statim prophetae cepissent stupentibus omnibus rei nouitate: *Num. 11.*

tate. Utinam, inquit, eadem mutatio in clericorum pe-  
 gloire fieret cum ad tantum honorem adsciscuntur, ut i-  
 pſi quoque aliam mentem & cor aliud conciperent, totos-  
 que ſeſe Deo Domino & eius ſponſæ Eccleſiæ (quiſque in  
 ſui miniſterij genere) dederent & conſecrarent.

Sed cum meum (qui me tam excellenti ſtatu cleri-  
 corum iudico eſſe indignum) non ſit, verbo, vel ſcripto  
 Clericos Eccleſiæ docere (abſit enim ut id mihi arrogem)  
 hæc abrumpo, & cum omni ſubmiſſione etiam atque et-  
 iam peto, ut non meis, ſed Patrum maximorum exem-  
 plis, & verbis hoc ſpeculo propoſitis animum adiiciant,  
 clerici & expendant quale ſit onus, quod vel ipſi  
 expetiuerunt vel ab aliis impoſitum  
 ſuſceperunt.

P R I-

PRIMUM CLERICI BONI  
SIGNVM EST.

ABVSVS COR-  
RIGERE, ET PRA-  
VOS MORES EVELLERE,

seu, omnes in eo nervos contendere, vt pernicio-  
sa consuetudines ritusq; fædi tollantur, vel  
vt perniciosis moribus sublati, extermina-  
tis, atq; reuulsis salutare inducantur.



Postolus Paulus Agapas seu cõ-  
uiuia, quæ olim in Ecclesiis & *1 Exemplū*  
publicis cõuentibus ante Eucha- *Agapas*  
ristiæ sumptionē instituebatur, *charitatē*  
(ad imitationē Christi, qui & ipse *significat,*  
communē cœnā Eucharistiæ institutioni, distribu- *quia chari-*  
tatis inuen-  
tionem, & sumptionem præmisit) ob graues abusus *da, conser-*  
qui irrepererunt, sublatas esse voluit. Reprehendit. n. *uanda, in-*  
ep. I. ad Cor. c. II. non modo hoc q; pauperes & te- *tegranda,*  
nuioris fortunæ homines ad epulas illas non ad- *Et sarcie-*  
mitteret, & soli omnia esculenta & poculenta absum- *da argu-*  
merent nõ ad satietatē duntaxat, verum et vsq; ad *mentum*  
temulentiam, q; certe nõ erat Dominicam cœnam *erant hæc*  
manducare. Nã in Dominica cœna cõi & vsuali, *conuiuia.*  
quã Christus ante institutã Eucharistiã inuit nihil  
simile accidit. Neq; .n. alij esuriebat, alij ebrii erãt  
sed oēs æqualiter de cœna illa participabant: neq;  
alius alium anteuerte bat, sed cibos illos non nisi  
omnib. præsentib. gustarunt. Hinc Paulus monet  
Corinthios, vt si quis adeo fame vrgetur, vt cæte-  
ros expectare nequeat domi cibũ caplat, & famẽ

eximat, vt deinceps in Ecclesia absque debiti ordinis perturbatione exspectare queat. Absolute non culpat quod in Ecclesia cibum sumerent ad imitationē cœnæ illius, quam Christus cum discipulis suis ante Eucharistię institutionē iniit, sed quod id perperā agerent, cū temulētia exclusiq; egenis, qui in ruborem dabantur, q̄ paria facere nequirent. Desiit tamē postea mos iste & penitus ex Ecclesia sublatus est, introducta communi omnium consensu hac consuetudine, vt Eucharistia non nisi à ieiunis sumeretur.

*Aug. 8. de  
ciu. Dei, c.  
vlt.*

II. Erat mos collocādi cibos (dapes merumque) supra sepulchra defunctorum, vt meritis & precibus martyrum esculenta & poculēta sanctificaretur, & tā ad salutē animę quam corporis conduce rent. Hic mos, teste S. Aug. li. 5. conf. c. 2. à S. Amb. Episcopo est sublatus, & quia non nulli credebāt animas hoc ferculorum officio nō solum egere, sed & delectari, istum errorem S. Aug. omni orationis vehementia profligauit & exterminauit, ho. 15. de Sanctis, ser. 130. de diuersis epist. 64. lib. de moribus Ecclesię Cath. c. vlt.

*Lib. 4. de  
bapt. c. 4.  
c. frustra,  
dist. 8.  
Cypria. de  
har. bap.*

III. S. Augustinus: *Frustra, inquit, qui ratione cōuincuntur consuetudinem nobis obiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut nō sit in spiritualibus sequēdum, quod melius à spiritu sancto reuelatum est.* Nam quæ neq; S. Scripturarū auctoritatibus continentur, nec in cōciliis Episcoporum statuta inueniuntur nec consuetudine vniuersalis Ecclesię roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix aut nunquā omnino possint inueniri causę, quas in iis constituendis

*Cyp. Con  
suetudo si  
ne veritate  
vetus est  
erroris est, c.  
consue. d. 8.*

uendis homines secuti sunt, vbi facultas tribuitur, sine vlla dubitatione refecanda esse idem S. Aug. sibi persuadet. Siquidem Ecclesia Dei inter multam paleam multaq; zizania constituta multa tolerat, & tamen quæ sunt contra fidem vel bonam vitam non approbat. Idem Aug. ait: *Qui contempta veritate presumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est & malignus quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus est, inspiratione cuius Ecclesia eius instruitur.* Nam Dominus in Euangelio: *Ego sum, inquit, veritas, non dixit, ego sum consuetudo.* Itaq; veritate manifestata cedat consuetudo veritati. Idem ex Mauritanix per antiqua illa vrbe quam Cæsaream appellant crudelem ludum & nefarium relegauit, quo in ludo (si ita eum nominare fas est) duo aduersi ciuiliū exercitus lapidibus inter se tanta & immanitate & impletate decertabant, vt à liberis parentes, à parentibus liberi, à fratribus fratres, à cognatis cognati, ab amicis amici necarentur. At Augustinus barbaræ crudelitatis impatiens aduocata concione in humanam illam consuetudinem grauissimis verbis, vt erat oratione & copiosus & vehemens acculauit, nec ante dicendi vel fulminandi potius & tonandi finem fecit, quam ex omnium lachrymis & fletu cognouit efferas populi mentes ad humanitatem & lenitatem inclinare. Ergo immane certamen auctore Augustino sublatum est, & salutaris eloquentiæ vis declarata, quæ inermis & nuda, impia Cæsariensium arma compressit, luctuosumq; ciuiliū spectaculum ex Christianorum oculis in perpetuum remouit. *Disertæ certe concionis tanta vis est,*

*Ep. 119. c. 19  
c. omnia, d.  
12. cap. qui  
cont. dist. 8.*

*Ioan. 14.*

*Hanc præ-  
claram vi-  
toriam no-  
tent, qui in  
concionan-  
di curricu-  
lo stadioq;  
versantur.*

*B*

*est,*

est, vt q̄ corruptissima nostrę naturę inuisa maxime sunt, vehemēs idemq; suavis persuadeat orator, fueretq; amētia populos in officio cōtineat.

Quod prauum hunc Cæsariensium vsus correxerit ipsemet his verbis narrat: Cum apud Cæsaream Mauritanie populo dissuaderem pugnam ciuilem,

*De doct.  
Christ. li. 4.  
c. 24.*

*Ioco dire  
pugnabant*

*V. Baron.  
An. Chr.  
418. Tom. 5*

*De temp.  
ser. 215.*

vel potius plusquā ciuilem, quam cateruā vocabant, neq; enim ciues tantummodo, verum propinqui & fratres, postremo parentes, ac filij lapidibus inter se in duas partes diuisi per aliquot dies continuos, certo tempore anni solemniter dimicabant, & quisq; (vt quemq; poterat) occidebat. Egi quidem granditer quantum valui, vt tam crudele atque inueteratum malum de cordibus & moribus eorum auellerem pelleremq; dicendo. Non tamen egisse aliquid me putavi, cum eos audirem acclamantes, sed cum silentes viderem, acclamationibus quippe se doceri & delectari, flecti autem lachrymis indicabant. Quod vbi aspexi, immanem illam consuetudinem à patribus & auis longeq; à maioribus traditam, quę pectora eorum hostiliter obsidebat, vel potius possidebat, deuictam antequam re ipsa ostenderetur, credidi. Moxq; sermone finito ad agendas Deo gratias corda atque ora conuertii. Et ecce iam ferme octo vel amplius anni sunt, propitio Christo, ex quo illis nihil tale tentatum est.

Irreperunt & alij ex Gentilium ritu in Africanam Ecclesiam prauus vsus quos idem verbi Dei falce succidit, vbi Balationes quas saltando exercebant, insitatur, inter cætera ait: Videte si iustum est, vt ex ore Christianorū, vbi corpus Christi ingreditur, luxuriosum canticū quasi venenum diaboli proferatur.

Et iā superstitiones abolere conat<sup>o</sup> est. hinc ad eundē populū inter alia. Si adhuc videris aliquos ad

fon-

fontes aut ad arbores vota reddere, & sortilegos et diuinos, vel per cantatores inquirere, phylacteria et diabolica & characteres, aut herbas, vel succos sibi aut suis appendere, durissime tanta eorum peccata increpantes dicite, quia quicumque fecerit hoc malum perdit baptismi sacramentum. Et quia audivimus quod aliquos viros, vel mulieres ita diabolus circumueniat, ut quinta feria, nec viri opera faciant, nec mulieres lanificium, coram Deo et S. Angelis eius contestamur, quia quicumque hoc obseruare voluerint nisi per prolixam et duram poenitentiam tale sacrilegium emendant, ubi arsurus est diabolus, ibi et ipsi damnandi sunt &c. Et: Quoscumque tales esse cognoueritis durissime castigete. Et si se emendare noluerint, nec ad colloquium, nec ad conuiuium vestrum eos venire permittite. Si vero ad vos pertineat, etiam flagellis cedite, &c.

Ab eodem sublatus est in festis Sanctorum Martyrum vius citharæ, conuiuia atque choreæ sublata, de quibus amouendis extant eiusdem sermones ad populum habiti. In festo est et abusus illos quos ex negligentia quorundam Christianorum sensim labi cognouit, eosdemque ipso sui ortu conuellendos curauit, ut illorum, qui negligebant interesse factis missis, quiue recedebant ante quam absolueretur, qui sermones in Ecclesia miscebant dum missæ dicebantur, & qui querebantur de prolixitate missarum. IV. Generatores seu usurarij (pestilens hominum genus) funeri aliquando intercesserint, ne mortui terra mundarentur nisi prius summa credita resoluta & de pensis usuris, aut certe datis vadibus seu fideiussoribus. Hanc praedonum improbam & ab omni humanitatis sensu remotam consuetudinem notauit, irrisit, & detestat<sup>us</sup> est, S. Amb. li. de Tobia

*De diuersis ser. 115. de S. Cyp. ser. 7. & in Ps. 12. conc. 1.*

*Ser. 151. de temp. ubi insinuat fuisse morem canendi omnes missas.*



bia cap. 10. Dixi, ait, tenete reum vestrum, & ne vobis possit elabi, domum ducite, claudite in cubili vestro carnificibus duriores, quoniam quem vos tenetis carcer non suscipit, exactor absoluit. Peccatorum reos post mortem carcer emittit, vos clauditis. Legum seueritate defunctus absoluitur, vobis tenetur: certe hic sortem suam iam memoratur implese. Non inuideo tamen, pignus vestrum reseruare. Nihil interest inter funus & scenus, nihil inter mortem distat & sortem, personat funeris vlulatum scenoris vsura, nunc vero capite minutus est, quem conuenitis, vehementioribus tamen nexibus alligate, ne vincula vestra non sentiat. Durus & rigidus est debitor, vt qui iam non nouerit erubescere. Vnum sane est, quod non timere possitis, quia poscere non nouit alimenta, iusi igitur lauare corpus, & ad sceneratoris domum exequiarum ordinem duci &c. victus religionis consuetudine scenerator (nam alibi suscipi pignora etiam ista dicuntur) rogat, vt ad tumuli locum etiam reliquia deferantur.

*S. Amb. ad  
Eugenium  
imp. Nemi  
ni facio in-  
iuriam si-  
omnibus  
Deum præ-  
fero.*

Tunc tantum vidi humanos scenatores, &c.  
V. Abusum celebrandi capitula tempore diuini officij concilium Coloniense Anno 1536. (de Metrop. cathed. & colleg. eccl. c. 18.) abrogauit eo quod Dei causa omnibus aliis debeat anteponi, vt & Synodus Moguntiacæ Anno 1549. celebrata, cap. 72. & Basiliensis can. 24. & Treuirensis An. 1549.) & concilia Coloniensia prouincialia celebrata Anno 1260. c. 7. Anno 1307. c. 9. & Anno 1395. c. 72. &c.

VI. Postquam ego aliquando ex alma Academia Coloniensi ad clauum & regimen cuiusdam Scholæ classicæ perhonorifice essem vocatus, ex

|| graui-

grauibus hifce caufis mihi videbatur non expedire, vt perfonatus dictæ Scholæ Epifcopus pridie S. Nicolai deinceps, publice ludum fuum puerilem exerceret.

1. In locis vbi plures funt Sectarij quam Catholici, ideoq; hic ludus nullum habet fauorem, nullo modo expedire videtur iftam confuetudinem, in hoc mundi delirio, amplius publice obferuare, idque propter multos, eosque grauiffimos, qui fe fe ingeffierunt, abufus; potiffimum h'c, vbi, procedente Schola cum perfonato ifto Epifcopo, fentina totius ciuitatis, fe fe in immunitatem effundit Ecclefiæ, & in Ephoros feu Profeflores ac difcipulos Gymnafij omne, quod toto anno collegit, vnico impetu euomit virus, eosq; maximis afficit iniuriis, idque non fine difcipulorum etiam noftrorum in figni diffolutione.

2. Sectariis lufione tam ridicula fanctiffimam & puriffimam noftram religionem propinamus deridendam, & quali pedibus conculcandam, nolunt enim intelligere, quid velit per ridiculus, hic Epifcopus, dum per S. Nicolaum à gehennæ incendiis exoptat liberari &c.

3. Valde indecore & irreuerenter cumque dedecore noftræ Ecclefiæ toleratur, quod eo tēpore in fe pulchris mortuorū omnis generis nequitiam exercent omnis generis nebulones, quibus nemo præfentium refiftere potefl. An vero non gentes quædam antiquis temporibus propter violata maiorum fuorum fe pulchra grauiffima bella fufceperunt? &c.

B 3

4. Osta

4. Octaua Synodus Generalis sub grauissimis centuris prohibuit, ne in aulis principū Græciæ laicis insignibus Episcopalibus & cæteris ornamentis personatum Episcopum ageret, & similis crearetur ridiculus Patriarcha, quo se oblectarent: Nos vero non Imperatores, Reges, aut principes, sed scurras duntaxat, hac lusione absona recrearemus?

5. Patres Concilij Basiliensis expresse hanc lusionem damnant, dum alunt Sess. 21. *Turpem abusum in quibusdam frequentatum Ecclesiis, quo certis anni celebritatibus nonnulli cum mitra, baculo, & vestibus Pontificalibus more Episcoporum benedicunt, homines ad spectacula & cachinnationes mouent, alii comessationes & conuiuia ibidem preparant, hæc S. Synodus detestans statuit & iubet tam ordinariis, quam Ecclesiasticis Decanis & Rectoribus sub pœna suspensionis omnium prouentuum Ecclesiasticorum trium mensium spatio, ne hæc aut similia ludibria exerceri amplius permittant. Cur hoc Spiritus Sancti decretum non obseruaremus?*

6. Propter hunc abusum festum innocentium protomartyrum, in quo personati huius Episcopi officium terminatur, dictum est festum fatuorum.

7. Hic abusus in plerisque Ecclesiis Catholicis abrogatus & explosus est.

8. Hic ludus à domo Dei arcendus est, cum multa in eo inuoluantur, quæ magis vanitatem & irreuerentiam, quam pietatem promouent, maiestas vero nostræ religionis eiusmodi in-

diineptias, grauissime damnat. Hinc Reuerendissimus in Christo Octavius, &c. Episcopus Tricaricensis, Apostolicæ sedis per Germaniam inferiorem & Belgarum prouincias Nuntius in Directorio suo disciplina Ecclesiasticæ ait: *Quoniam donum Dei decet omnis grauitas atque sanctitudo, abolitum prorsus esse volumus festum, quod stultorum vocant, omnesque stultitias, leuitates, & abusus, qui hoc nomine in Ecclesiam irrepserunt, sablatos. Et licet longo vsu plerisque locis receptum sit, vt pueri à die Sancti Nicolai vsque ad festum Sanctorum innocentium personatum Episcopum suum habeant, eam quoque consuetudinem, quod puerilibus dissolutionibus & petulantis plena esse cœpit, multumque grauitatis ac decoris diuinis officiis detrahat, antiquatum iri vehementer optamus, &c.*

*Ab his enim cum magis carnem sapiant, quam spiritum, sponsam CHRISTI Ecclesiam volumus esse liberam. Et quo id sine murmure aut contradictione fiat, ludi magistris ( qui alioquin forsitan obstrepent ) potius aliquid pecuniæ ex communi aulario Ecclesiæ donandum censemus, quam vt diuitius illo personari Episcopi lusu, non sine Episcopalis dignitatis ac honoris diminutione & contemptu, emendicando, pecuniam in symbolum corradant. Hæc ille.*

9. Ecclesia Catholica res multo grauiores & momenti maioris propter obrepentes abusus sanctissime abrogauit. Maiores nostri SS. Eucharistiam percepturi mutua oscula iungebant, &

osculabantur se inuicem in osculo sancto, de quo S. Petrus in fine epistolæ primæ: Sed quia, etsi viri seorsim à mulieribus in templis agerent, paulatim tamen fraus aliqua & libidinis turpitudine irrepsisse arte diaboli videbatur, oscull sancti vsus, in osculum tabellæ mutatus est. Vbi nunc antiquus in Ecclesia sacrarum vigiliarum vsus? Vbi multa alia? Prædictus Episcopus Octavius in eodem Directorio ait: *Repræsentationes trium Mariarum visitantium Dominicum sepulchrum, quæ nocte resurrectionis dominicæ in quibusdam Ecclesiis fiunt, cum potius in iis inueniamus, quod mouere risum possit, & deuotionis intentionem deprimere, quam pietatis aliquem affectum excitare, prorsus intermittere volumus.* Cur non eodem modo, cur non multo magis intermitterimus hanc repræsentationem Episcopi Sancti Nicolai, quæ spectantium animos ad risum, non ad pœnitentiam commouere potest? Ad hæc cur Scholæ non amplius celebrant frondalia? Cur non amplius carmen canunt Scholasticum? Cur multa alia, pro ratione horum temporum, intermittuntur? & lusum tam ineptum retinemus?

10. Si vllum huius lusus placet retinere vestigium, longe commodius in Schola potest exerceri, vbi & Rector suos potest docere, ex qua causa vnus sustineat personam Episcopi, alij canonicorum, eosque inuitare vt imitentur vetera & recentia exempla eorum, qui (quod à pueritia pietatem & studia excoluissent) ad Ecclesiæ honores & dignitates, etiã inuiti, ascenderunt inter quos

quos eis commendari potest, ratione festi, magnus P. Nicolaus, qui ob vitam sanctissime ab ipsius incunabilis inchoatam diuinitus ad Episcopalem dignitatem promotus est. Nec omittendus Magnus Confessor Athanasius, acerrimus Catholicæ fidei propugnator, & contra omnes Arianorum calumnias, contumelias & persecutiones animo tam infracto, vt hæretici nonnulli agnoscant plura eum ab Arianis esse passum, quã pertulerit vllus Apostolorum.

Absoluta pia ista Rectoris Parænesi, Episcopus cum suis si placet, in publicum procedat, reliqui vero discipuli ab onere eum deducendi sint immunes.

VII. Priscis temporibus hæc viguit consuetudo vt Episcopi peregrini ad verba facienda ab eius ciuitatis Episcopo ad quem diuertissent inuitarentur. Hinc in Apostolicis constat, sic habetur: *Rogabis Episcopo eum (peregrinum Episcopum) vt sermonem habeat apud populum docendi causa.* Lib. 2. c. 38. Est enim hortatio & monitio hospitem grata, & mirum in modum vtiliss. qui mos videtur acceptus ex eo quod Act. 13. dicitur missos à principibus Synagogæ qui inuitarent Paulum ac Barnabam vt si quis esset in eis sermo exhortationis ad plebem, dicerent, idem sæpe legimus obseruatũ ab antiquis monachis qui hospites ad pios sermones inuitabant, eumque morem, vt multa a lia S. Card. Borromæus in Mediolanensem Ecclesiam, & decretis, & vsu, reuocauit.

VIII. Multis in locis consuetudo iam introducta est à Clericis vt sub quadragesimæ finē initio

hebdomadæ sanctæ instituat publicæ 40. horarum supplicatio in templo, quo tota ciuitas statutis horis per parœcias distributa conueniat. Proximis quoque ante cineres dieb. bacchanalibus, quibus multiliberiori vitæ habenas laxant, iam sancta inducta est consuetudo multis in locis celebrandi solum pompa eodem modo 40. horarum oratio ē adhibitis breuiusculis sermonibus musicoque concentu ad auertendos ciuium animos ab indecoris spectaculis & in Christiano officio continendos. 5. Carolus Borromeus tolebat per eos dies in diuersis parœciis sanctiss. Eucharistiæ communionem cum solenni apparatu magnoque fructu suarum ouium ministrare.

## SIGNVM II.

*Clerici boni signum est Adulationem & Adulatores fugere.*

**B**onus Clericus omnes adulatores procul à se repellit, & si quando laudum suarum præconia audire cogitur ad minimum tristitia vultus ostendit sibi ea displicere, & ipsum et adulationis vitium studiosissime cauet.

1. Pet. 2. v.  
25.

Matt. 22.  
v. 16. ca. 12.  
v. 39.

1. Christus pastor & Episcopus animarum nostrarum cum à Scribis & Phariseis eorumque discipulis per adulationem laudaretur, durius semper eis respondit quam cum impeteretur maledictis. Cum dicerent, *Magister, &c.* Respondit, *Hypocrite, &c.* Et cum miraculorum patra-

patratorem eum agnoscerent signumque ab eo peterent: *Generatio (inquit) mala &c.* At cum Iudei illi per summam contumeliam obiicerent, *40. Samaritanus es, &c.* mansuete respondit.

2. S. Paulus Apostolus ait: *ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra.* Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis: neque in occasione auaritia, Deus testis est: nec quarentes ab hominibus gloriam, &c. Et si hominibus placerem Christi seruus non essem. *1. Thef. 2. v. 4. Gal 1. v. 11*

3. In Concilio Carthaginensi I V. cui D. Augustinus interfuit decretum est vt Clericus qui adulationibus vacare deprehenditur ab officio degradetur ca. 56. c. Clericus qui dist. 46. idem August. ait: *Magis optabo à quolibet reprehendi, quam ab adulante laudari.* Nullus enim reprehensor formidandus est amator veritatis. Laudator vero errat & confirmat errorem. *2. de Trin.*

4. S. Hieronymus Rustico monacho viuendi formam præscribens, ait: *Ne credas laudatoribus tuis imo irrisoribus aurem ne libenter accomodes.* qui cum te adulationibus fouerint & quodammodo impotentis effecerint, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendes post te colla curuari, aut manu auriculas agitari asini, aut estuantem canis protendi linguam. *Tom. 1. epi. 4. c. 8. V. ep. 14.*

5. Hormisdas Papa: *Quæ (inquit) est ista iustitie inimica bonitas, palpare criminosos, & vulnera eorum vsque in diem iudicij incuruentia seruare?* *c. si quis diac. di. 50. V. locum de concion. Num. 22.*

6. Etiam Balaam Propheta mercede à Moabitarum Rege conductus vt iret & Israeliticam gentem maledictis configeret, tum vbi ad locum ventum est, precio corrupti non

non potuit, sed spreto terreno Rege ad cœlestis dominatoris loquutus est voluntatem.

## SIGNVM III.

*Aegros blande inuisere & benigne tractare,  
seu pietatis studia erga morbos  
exercere.*

*Manual. li. I.  
c. 5.*

**P**acomius Abbas fratribus morbo implicatis assedit, non dedignatus ministri operam, ut obsequium præstaret domino iubentiac dicenti; *Qui maior est vestrum fiat sicut minor.*

2. De officiis charitatis quæ S. Bernardinus tempore pestis exhibuit ægris V. in Triumpho virtutum locum de charitate proximi. Et quoniã pestilentia nullus morbus est formidabilior, cõtagiosior, crudelior, (hic enim paucorum mensium interuallo ciuibus vrbes viduare solet, ingentesq; solitudines inducere. Atque adeo duo sunt quæ eum præ cæteris morbis horrendum terribilemque efficiunt, vnum quod summa velocitate venenum suum ad cor vsque diffundit, & hominem paulo ante sanum pene in momento tẽporis extinguit: alterum, quod cum vnum interficit centum alios inficit, & longe lateque tam celeriter serpit, ut si hodie domum vnã inuasit, breuitotam ciuitatem cadaueribus repleat) Ob hanc, inquam, causam non solum de officiis charitatis quæ maiores nostri peste infectis impederunt, sed de causis etiã maiestatem diuinam ad homines peste puniendos impellentibus

tibus, nec non de Spiritualibus remediis quibus nostri maiores contra eam vfi sunt, paucula hæc libet subiicere.

3. Cum anno Christi 256. immanis Africam vastaret pestis, S. Cyprianus Episcopus (vt tradit *In vita Cyprian.* Pontius) aggregatam primo in loco vno plebem de misericordiæ bono instituit, docens diuinæ lectionis exemplis quantum ad promerendum profint officia pietatis. Tum deinde subiūgit nō esse mirabile si nostros tantum debito charitatis obsequio foueremus, eum perfectum posse fieri qui plus aliquid publicano vel ethnico fecerit, q̄ malum bono vincens & diuinæ clementiæ instat exercens inimicos quoque dilexerit, qui pro persecutiōne salute, sicuti Dominus monet & hortatur, orarit. Oriri facit Deus iugiter solem suum *Matth 5.* & pluuias subinde nutriendis seminibus imperit, exhibens cuncta ista nō suis tantū sed etiam alienis, & qui se Dei etiam filium esse profiteretur cur non exemplum Patris imitatur? Respondere nos decet natalibus nostris, & quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit, sed probari potius in sobole traducē boni partus æmulatione bonitatis. Distributa sunt ergo continuo pro qualitate hominum atq; ordinum ministeria. Multi qui angustia paupertatis beneficia sumptus exhibere non poterant, plus sumptibus exhibebāt, compensantes proprio labore mercedem diuitiis omnibus chariorem. Et quis non sub tanto doctore properaret inueniri in parte aliqua talis militia, per quam placeret & Deo Patri & iudici Christo, & tam bono interim Sacerdoti?

doti? Fiebat igitur exuberantium operum largitate quod bonum est ad omnes non ad solos domesticos fidei. Fiebat plus aliquid quam de Tobiae incomparabili pietate signatum est, necatos ille à Rege & profectos sui tantum generis colligebat, &c. Cum lues illa multis annis perdurauerit, his se officiis pie Cyprianus exercuit quãdiu pestis illa in Africa viguit.

Quod Pontius ait ea vigente mortalitate ad hæc toleranda & ex officiis pietatis ad diuinam gratiam promerendam ipsum suos instituisse, eiusdem est argumenti oratio illa (vel liber) cuius est titulus, De Mortalitate, qua cum debiles ad tolerantiam excitet & ad contemptum humanæ vitæ amore cælestis, tum etiam angusti pectoris homines, qui offendebantur quod debitum gentilium crudelitati supplicium Christianos quoque pertingeret, erigat, eos his alloquitur verbis: *Quid nobis in hoc mundo non commune cum cæteris quamdiu adhuc secundum legem primæ natiuitatis manet caro ista communis? Si qua conditione, qua lege crediderit Christianus noscatur: & teneat, sciet plus sibi quam cæteris in hoc seculo laborandum, cui magis sit cum diaboli impugnatione luctandum. Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur, hoc est, multi ex nostris de seculo liberantur. Mortalitas ista ut Iudæis & Gentilibus, & Christi hostibus pestis est, ita Dei seruis salutaris excessus est improvidi & ingrati sumus ad diuina beneficia, nec quid nobis conferatur agnoscimus. Excedunt ecce in pace tuta cum gloria sua virgines venientis Antichristi minas & corruptelas & hispanaria non timentes: pueri periculum lubrica ætatis euadunt, ad continentiam atque innocentiam*

utilitas pestis.

pra-

premium feliciter perueniunt: tormenta iam non timet  
 delicata matrona, metum persecutionis & manus cru-  
 ciatusque carnisfici moriendi celeritate lucrata. Pauore  
 mortalitatis & temporis accendantur tepidi, constringū-  
 tur remissi, excitantur ignaui, desertores compelluntur  
 vt redeant, gentiles coguntur vt credant. Vt manifestius  
 diuina providentis iudicia clarescerent, quod Dominus  
 prescius futurorum suis consultat ad veram salutem. cū  
 quidam de collegis & confacerdotib. nostris iam infirmi-  
 tate defessus & de appropinquante morte sollicitus com-  
 meatum sibi precaretur, asstitit ei precanti, & iam pene  
 moriēti inuenis honore & maiestate venerabilis, statura  
 excelsus & clarus ad spectu, & quem assistentem sibi vix  
 posset humanus ad spectu oculis carnalibus intueri, nisi  
 quod talem videre iam poterat de seculo recessurus. At  
 ille non sine quadam animi & vocis indignatione infre-  
 muit & dixit: pati timetis, exire non vultis, quid faciam  
 vobis? Audiuit frater noster collega, moriturus  
 quod ceteris diceret, nam qui moriturus audiuit  
 ad hoc audiuit vt diceret, audiuit non sibi ille sed  
 nobis. Nam quid disceret iam recessurus? didicit  
 imo nobis remanentibus, vt dum sacerdotem  
 Dei qui commeatum perebat increpitum esse  
 comperimus, quid cunctis expediat agnoscere-  
 mus. Nobis quoque ipsis minimis & extremis  
 quoties reuelatum est, quam frequenter atque  
 manifeste de Dei dignatione præceptū est, vt cō-  
 stanter, assidue, & publice prædicarē, fratres no-  
 stros nō esse lugendos accersitione dominica de  
 sæculo liberatos, cū sciamus nō eos amitti sed præ-  
 mitti, recedentes præcedere vt proficiscentes  
 & nauigantes solent, desiderari eos debere non  
 plangi,

Nota quia  
 mortem  
 formidanti  
 diuinitus  
 fuerit expro-  
 bratum &  
 hanc in a-  
 gone petiit  
 se Eucha-  
 ristiam.

Diuina vi-  
 sio ostensa  
 morienti.

*Ad luctum  
composita  
vestes pro-  
hibentur.* plangi, nec accipiendas esse hic atras vestes, quādo illi ibi indumenta alba iam sumplerint, occasionem dandam non esse Gentilibus ut nos merito ac iure reprehendant quod quos viuere apud Deum dicimus ut extinctos & perditos lugeamus.

4. Christianam virtutem & humanitatem summo opere declaratam, & egregie vbi que testatam esse temporibus immanissimæ pestilentie etiam hæc & Clericorum & Laicorum exempla docent. De pietate ipsorum erga fratres exhibita Anno Christi 263. cum pestis vrgeret Alexandri nos hæc Euseb. lib. 7. ca. 17. ex Dionysij Episcopi Alexandrini refert litteris. *Iam lamentationum plena sunt omnia, iam lugent omnes, iam mærores, iam querela vniuersam urbem propter multitudinem cum illorum qui modo mortui sunt, tum horum qui quotidie*

*Exod. 12.* *moriuntur occupant. Nam sicut de primogenitis Ægyptiorum scriptum est, sic & nunc ingens clamor editur: non enim est domus in qua non sit mortuus. Quam plurimi è fratribus nostris adeo immenso quodam charitatis & fraternæ benevolentie ardore erant inflammati, ut minime suæ parcentes vitæ, sed ipsi firme inter se adherentes eos qui morbo opprimebantur nulla sui cura aut cautione adhibita sedulo inuiserent, illis inseruirent assidue, pro viribus ob Christi amorem curarent, vna cum illis decederent è vitæ, libentissime aliorum contagione infecti etiam morbum à proximis quodammodo ad se attraherent, suaque sponte aliorum mærores beneuole mitigarent. Multi item diem aliis egrotantibus curam adhibent illisque vires restituunt ipsi aliorum mortem in se deriuantes vitam amittunt. Et verbum illud*

quod

quod vulgo semper dicitur, quodque vera benevolentia videtur solum conuenire, nimirum vt singuli pro amicis abeant e vita seque eorum causa (vt ita dicam) reiectamentum efficiant, re ipsa expleuerunt. Ex fratribus igitur qui virtute facile erant præstantissimi ad hunc modum mortem oppetuerunt, quorum nonnulli erant presbyteri, alij diaconi, quidam e populo virtutis ergo multum laudati, adeo vt istud mortis genus quod propter incredibilem pietatem & robustam fidem suscipiebatur nihil a martyrij splendore abesse videretur. Quin etiam sanctorum corpora manibus erectis supinisque excipere, gremio suo reponere, occludere oculos, ora obturare, gestare humeris cadauera, deceter ornare, illis adherescere, amico complecti, lauare accurate, & linteo funebri inuoluere, non sunt grauati, ipsique qui supererant paulo post similia officia in se collata propterea adepti quod eandem mortis viam instarent quam qui præiuerant institissent. Gentiles autem his omnia fere contraria, eos enim qui a grotare incipiebant ab adibus extrudere, deserere amicissimos, in plateas seminuios proicere, cadauera insepulta canibus exponere dilanianda, mortis participationem & quasi communionem auertere, quam plura vel infinita diuerticula quarentes nullo modo poterant euitare. Hucusque Dionys. de peste post bellum Alexandrinum. Adeo autem illustris remansit illorum memoria qui fraternæ charitatis causa mortem lubentissime oppetiere, vt eorum omnium anniuersaria celebritate recolenda tabulis Ecclesiasticis adscripta sit pridie Kalend. Martij.

5. De egregiis Christianorum pietatis exercitiis tempore pestis sub Maximino exhibitis sic scribit Euseb. li. 9. ca. 7. Quo quidem tempore clara

C

singu-

Peste affectis ministrantis defuncti ut martyris habitus.

Gentilium peste grauitate inhumanitas.

singularis Christianorum erga quemque & studij & pij  
 animi indicia apud omnes increbuerunt. Nam hi solum  
 in tanto malorum cumulo suis recte factis & pijs officijs  
 misericordiam declarabant & benignitatem: quorum  
 alij in dies singulos mortuorum funeribus & sepultura  
 (infiniti enim erant quibus sepeliendis nemo cu-  
 ram adhibuit) diligentem nauarunt operam: alij mul-  
 titudine eorum qui per totam ciuitatem fame vrgebantur  
 in vnum coacta omnibus panes disperterunt, vsque  
 adeo vt hoc praclarum facinus per omnes homines con-  
 stanti fama & magna celebriate peruaderet, & singuli  
 Christianorum Deum gloria & laude predicarent, eos-  
 que solos & veros Dei cultores re & factis comproba-  
 tos fatereantur. Pro quibus rebus hunc in modum conse-  
 ctus magnus ille & caelestis Christianorum propugnator  
 Deus, simulatque his calamitatibus in omnes infideles  
 pro maleficijs quae praeter equum in nos admisisse ter-  
 rorem suum & indignationem palam ostenderat, clemē-  
 tem & eximium suam de nobis prouidentiae splendorem de  
 integro erga nos effudit, nobisque tanquam in profunda  
 tenebrarum caligine constitutis mirandum in modum  
 praclarum pacis suae lumen caelitus demisit, & omnibus  
 planum fecit se Deum esse, qui nostrarum rerum semper  
 diligentem rationem ducit, qui populum suum castigat  
 qui rebus afflictis, cum tempus postulat eum coercet, qui  
 rursus, vbi suos disciplina & correctione satis afflixerit,  
 se propitium & beneuolum ijs qui in eo spem ponunt, ma-  
 nifeste declarat. Hucusque Euseb.

6. Anno Christi 1006. fames ingens & pe-  
 stis orbem vexauit & afflixit vniuersum, nam Si-  
 geb. ait: fames & mortalitas tam grauitate per totū  
 orbē inualuit, vt sepeliētū tædio viui adhuc spiri-  
 tum

tū trahentes obruerētur cū mortuis. Quo tēpore  
*s. Odilo* Abbas Chiriacēsis teste Petro Dāiano, in  
 erogādis elemo ynīs ita largus erat, vt nonnulli  
 dū eum omnia dispergentē sine cunctatione cō-  
 spicerēt, non dispensatorē sed prodigū indicarēt,  
 p̄sertim quodā tēpore, dum fames valida Aquita-  
 niæ fines vehemēter affligeret, ac plurimas Gal-  
 lia: ū puincias pestilenter arctaret, exhaustis iam  
 in pauperū vsus ærariis & horreis quorūcunque  
 prouentuū nō mediocriter profligatis, mox etiā  
 plurima sacra vasa confregit, insignia Ecclesiæ or-  
 namenta distraxit, coronæ quoq; q̄ lib: imp. Hē-  
 ric<sup>o</sup> q̄b sui memor ā destinauerat, nō pepercit. Vt  
 tā acerbæ famis, in quib. valuit, tēperaret inopiā,  
 quidquid hinc inde corradere potuit facultatū in  
 sustentationes & alimēta tradidit egenorū. Qu-  
 dā die dū per publicū pius equitator incedit duos  
 itinere pueros fame perēptos reperit, mox equo  
 defiliens lancē, qua indutis erat ad carnē, subdu-  
 xit sibi interulā, eaq; prout velaminis quantitas  
 permittebat, vtrūq; adauer obuoluens, exhibet  
 mortuis sepulturam. Nam & vespillones merce-  
 de conduxit, & funereis vsque ad tumulum pro-  
 sequutus exequiis defunctis fratribus debitum  
 humanæ pietatis exsoluit.

Nemo Clericorū dicat, nimis me uo mortē, &  
 p̄pterea morbidis nulla pietatis officia exhibeo.  
 Nā a vero Christiano mors merito contemnitur  
 cū sit trāsitus ad patriā cælestē, & terminus pere-  
 grinationis, seu instar pontis quo ab hac a: ū nosā  
 ad felicē æternāq; vitā transimus, nec possit nō ei  
 q̄ cū uolūtate Dei cōsērit feliciter euentre. Adhęc  
 liberari à carcere & vitā crūnis plena optabile est

cur igitur timeamus cū Deus nos è custodia corporis in gloriæ libertatē euocat? Adest præterea Christus in officiis charitatis pie morientibus, adest sanctorum custodia Angelorum, præsto est recte factorum & veræ pœnitentiæ conscientia, quare igitur esset ea mors pertimescenda? Hac etiam lege nati sumus vt moriamur, & post breuis vitæ vsurâ ad immortalitatem perueniamus, cur igitur non libenter eam subiremus mortem per quam & naturæ debitum soluimus & meliorem ingredimur vitam. Accedit quod mors pro seruitute libertatem, pro labore quietem cōfert. Cum enim corpus quod corrumpitur aggrauet animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, vt anima libera euolet & in vno creatore suo conquiescat, caducum ei corpus & terrena inhabitatio relinquenda est. Certe qui liber est ab omni peste animæ, seu à peccato, is pestem corporis timere non potest. Ob peccata enim Deum in nos pestilentiam immittere hæc & similia probant exempla.

Sap. 9.

De causis  
pestil.

Ex arce tonantis tot mala quid mundo cōgerit: impietas. Ob persecutionem Catholicorum sanis pestis.

1. Quia Nemo primus Romæ Christianos supplicis & mortibus affecit (ait Oros. lib. 7. c. 7.) ac per omnes prouincias pari persecutione excruciarī imperauit, ipsumque nomen extirpare conatus, beatissimos Christi Apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit: mox acruatim miseram ciuitatem obortæ vndique clades oppresere. Nam subsequente autumno tanta vrbi pestilentia incubuit, vt triginta millia funerum in rationem libitinæ venirent, &c.

2. Anno Christi 170. lues magna, inquit Euseb. in Chro-

in Chronico, provincias occupavit, Roma ex magna parte vexata: fuit ea pestilentia tanta, ait Iulius Capitol. in m. Aurelio, vt vehiculis cadauera sint exportata sarracisque, & fuit (ait de L. vero) eius fati vt in eas provincias, per quas rediit, Romam vsque luem secū deferre videretur. Et nata fertur pestilentia in Babylonia vbi de templo Appollinis ex arcula aurea quā males forte inciderat spiritus pestilens euasit, atque inde Parthos orbemque compleffe. Quam iusto Dei consilio factum est vt ab eo loco, in quo Æsculapium habebant pro Deo & pestis propulsatore, dira pestis egressa, Romanum imperium deuastarit idque in vlcionem sanguinis Christiani. Meminit eiusdem pestis etiam Galenus, qui tunc Ro-

*in vita Galeni.*

*de præfag. expuls. li. 3. ca. 3.*

*de morb. vulg. lib. 3.*

*agr. 1 & lib. 6. 29.*

*Pestis decennalis cœpta vna cum persec.*

3. Anno Christi 256. lues immensa orbem vexauit, postquam Gallus & volusianus persecutionem in Christianos instaurarent. Ab Æthiopia eam originem sumpsisse in vniuersumq; prope orbem progressam vix intra decennium quiescisse tradit pomp. Lætus. De qua hæc Oros. l. 7. c. 21. Ecoriur vltio violati nominis Christiani, & vsquequo ad profligandus Ecclesias edicta Decij cucurrerunt, catenus incredibilium morborum pestis intenditur: nulla fere Romana prouincia, nulla ciuitas, nulla domus fuit que non illa generali pestilentia correpta atque vastata sit. Eiusmodi clades non nisi impietatem numine vlciscente per Angelos malos immitti solere, sed ad Euangelij profectum à Deo permitti, demōstrat Greg. Nyssenus, dum luem Neocæsareæ in

*Orat. in  
Greg.  
Thaum. sem  
Neocasa-  
riensem.*

*Ex 5. v. 3.  
Sacrifice-  
mus Deo  
ne forte ac-  
cidat nobis  
pestis.*

Ponto exortam (cum Greg. Thaumaturgus illā suscepisse: Ecclesiam administrandam) & causam eius atque progressum simulque modū describit h s verbis: *Feria quaedam publica & vniuersales erant in vrbe demoni cuidam domestico patrio quodam ritu ac more solenni celebrari cōsuetæ ad quas vna cum vrbani celebrandas vniuersa propemodum gens ex tota ea regione confluebat, atque eorum qui concurrerant theatrum plenam erat, & eorum qui postremi affluerant multitudo subsellis vndique superfundebatur, &c.* Tum cōmunitatis ab omni multitudine erumpit vox, dæmonem cuius diem festum agebant implorantium, & ab illo sibi laxitatem fieri petentium, cum magnus ille vir (Greg. Thaumaturgus) hoc audiret quodam ad eos misso, laxitatem ait ipsis mox datum iri maiorem quam optarent. Hac autem ab eo voce tanquam tristi quadam sententia prolata, pestilentia frequentem illum serias agentium & ludos celebrantium conuentum excipit. Ac statim tripudiantium choris lamentatio miscebatur, adeo vt in luctus & calamitates eius voluptates conuerterentur, cū pro plausibus & cantu tibiatarum aliq̄ super alias nœniæ cantusq; lugribres urbem passim inuasisset. Cum enim semel morbis homines aggressus esset opinione citius propagabatur, atq; serpebat ignis in modum domos depascens, adeo vt ædes quidē sacræ, quo speculationis atq; remedij confugiebant, iis qui morbo peribant repletæ, fontes vero, aquæ ductus, scaturiginesq; ac putei eorū quos atrocitate morbi sitis exurebat, refecti essent, in quib. aqua morbi incendiū restinguere nō valebat: qui semel morbo cor-

bo correpti essent perinde postquam sumptum atq; antequam sumpserent, affectis. Multi etiã vitro transferunt ad sepulchra, eo quod superstites sepeliendis mortuis non amplius sufficeret. *Spectrum pestem prænunciat.* Necinopinato malũ homines inuadebat, sed si spectrum quoddã eas eades quib. perniciēs imminabat accederet, ira certũ exitiũ subsequēbatur.

Vt igitur causa morbi omnib. patefacta est, q̄ dæmon ab ipsis inuocatus male stultorum ac miserorum preces impleteret, qui hanc quē morbum sequuta esset, laxitatē in vrbe efficeret, magno isti viro (Gregorio) supplices fiunt orantes vt per eũ quem ipse Deum agnosceret ac prædicaret, cũ *Pestis occasione multi Ethnici conuertuntur & sunt Christiani.* solū reuera Deum esse & in omnes imperiũ habere confiterentur, mali impetũ susteret & inhiberet. Nam cum spectrũ illud ante futuram pestē alicui domui appareret ac protinus desperationē vitæ habitatorib. iniiceret vna periclitantib. salutis ratio erat si eades illas magnus Gregorius ingrederetur, ac per preces morbum, qui domum inuasisset, repelleret atque summoueret. Cum autem celeriter per eos qui primi ea ratione seruati erant ad omnes fama permanisset omnia quæ prius vanitate atque stulticia adducti curabant omittebantur oracula, sacrificia peculiaria, in delubris simulachrorum commoratio, omnibus magnum sacerdotem intuentibus, & vnoquoque eum ad se familiæ suæ seruandę gratiã alliciente. Mercedem autem ab iis qui seruabatur salutem animarum consequēbatur. Cum vero eiusmodi experimento pietas sacerdotis, patefieret non amplius differendũ censebant quin

mysterium approbarent, qui per opera virtutem fidei cognoscebant &c. Totam etiam Ægyptum his temporibus à peste vexatam fuisse Euseb. tradit in Chronico. De eadem quoque lue Africam infestante ait Pontius: *Erupit postmodum lues dira & detestabilis morbi vastitas nimia, innumeros per diem populos à sua quemque sede abrupto impetu rapiens continuatas per ordinem domos vulgi trementis inuasit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium, exponere suos impie quasi cum illo pestis metu etiam mortem ipsam aliquis posset excludere. Iacebant interim tota ciuitate non tam corpora sed cadauera plurimorum, & misericordiam in se transeuntium contemplatione sortis mutua flagitabant, &c.*

*In vita Cy-  
prian.*

4. Anno Christi 263. ob persecutionem Christianorum sub valeriano excitatam Deus inter alia plagam pestis, belli & famis in Ægyptios Gentiles immisit. Neque solum Ægyptum huiusmodi adeo immani clade contigit exagitari verum & aliæ orbis regiones aliis diuersis & atrocioribus afflictæ sunt malis. Neque dubium est in sanguinis Christiani sub Valeriano effusi vindictam à Deo vindice hæc fuisse immissa.

5. Anno Christi 312. furentis Maximini in Christianos impetus, immissis à Deo cladibus multiplicibus, retardati ac penitus repressi fuerunt dirissime eius imperio fame, peste, & bello afflictæ. *Pestis, inquit Euseb. lib. 9. c. 7. omnes domos integras & familias penitus depascebatur & eos vel maxime quos fames propter alimentorum affluentiam quæ fruebantur consumere & conficere non poterat. Magistratus & præfecti alique prope infiniti qui cum*

*pote-*

potestate & imperio erant omniumq; rerum copia circumfluebant perinde, ac si fames de industria eos missos fecisset, vt peste inierent, acerbissimam mortem & maxime repentinam sustinuerunt. Omnia igitur loca, angiportus, forum, platea, lachrymis, & planctu redundabant, neque aliud quicquam spectare licebat, quam miserabiles sterus, quos pro tibiatarum cantu & strepitu ipsi in more posito ediderunt. Quocirca mors hisce duobus telis peste & fame, hoc modo bellum gerens vniuersas familias breui tempore absumpsit & depasta est, adeo vt iam plane conspici licuisset duo aut tria mortuorum corpora ex vni adibus pariter ad sepulturam elata. Arrogantis tyranni Maximini ostentationis & decretorum per singulas ciuitates contra nos (Christianos) sanctorum tale premium ac merces fuit.

6. Anno Christi 467. Anthemius Imper. *Ob haresin,* veniens in occidentē secum Romam vexit pestem, quia contagia hæreticorum secum duxit in occidentem. Etenim secum in urbem intulit Macedonianos hæreticos, qui continuo miscere cuncta & conuenticula seorsum agere aggressi sunt, adeo vt nisi Hilarus Papa infracto pectore continuo restitisset, candor Romanæ fidei sordibus hæresis infici periclitata fuisset.

7. Victor de persec. Wand. lib. 3. refert post *An. Christi* persecutionem ab Hunerico Rege VVandalorum in Catholicos excitatam fame dira & peste *484.* totam Africam vna depopulatione fuisse vastatam, & tam copiose recenset funera non Africanorum solum, sed & VVandalorum tum fame tum peste pereuntium, vt plane in laelementa *Nota fructus ortos ex semine quod in suis impietatis seminat hæresis.* clamasse videantur in ultionem offensæ diuinitatis

tatis tales tantasque simul immixtas esse in Africam clades quibus omnes desolatae fuerunt urbes. Quorum consideratione & eorum querantante oculos inspectione idem Victor confessor instar Hieremiae seorsum positus lugubres threnos flebili voce crebris interrupta suspirijs dolens ac moerens occinuit.

*Ob sacrilegium.*

8. An. Chr. 555. Pestilentia Alemannos milites templa diripientes inuasit. Nam, ut ait Agathias lib. 2. templa diripiebant simul & deformabant sacraque ex auro vasa & ad peragendam rem diuinam parata pretiosamque caeteram suppellectilem cum sustulissent in possessionem turpiter vendicabant. Sed partim bello, partim morbo interiire. Quam terribilem Dei in se iram expertus sit Leuthares, qui Alemannos ductabat, dum onustus sacrorum spoliis domum reditum parat idem Agathias, his verbis conscribit: Paulo

*In libello de Terramoto-  
zu, c. 5. do-  
cui peste sa-  
pe homines  
puniri ob  
impudici-  
tiam, blas-  
phemiam,  
&c.*

post pestilens morbus cum hos inuasisset multitudinem absumebat & ipsum principem ex Deo ingesta supplicia diuexabant. Quippe cum demens iam factus in apertam est rabiem versus, ut amentes solent & furibundi. Vertigo praeterea crebrior quadam eum excepit, eiulatusque edebat horribiles, cernuusque nonnunquam, vel vtrumque in latus se prouendo illis solo voluabat, abundantique spuma os ipsum proluebatur, tamen oculi horribiles visu inuersique erant, & eo iam miser vesania venerat, ut vel propria membra desuendo gustaret, brachius siquidem, ubi iam mordicus inhaesisset dentibus carne dilacerata in fera bestia morem his vescebatur, defluentemque lungebat cruorem.

*Sic*

Sic demum suo exatiatus & paulatim deperditus miserime ex humanis excessit. Ceteri vero passim moriebantur nil penitus remittente malo quousque tandem vniuersi interiere.

9. An. Chr. 583, dum pestis Gallias depasceret ea etiam tactus abreptusque ex hac vita est Nantinus Comes Engolismensis, qui cum in sancta loca Deique ministros mala multa patrasset ultimo ipse elogio quid pateretur ob scelera perpetrata testatus est, clamauit enim, vt ait Greg. Turon, lib. 5. hist. Franc. c. 36. Heu, heu, ab Heraclo Antistite exuror, ab illo crucior, ab illo ad iudicium vocor, cogosco facinus reminiscor iniuste iniurias me intulisse Pontifici, mortem deprecor ne diutius crucier hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infælcem animam fudit indubia relinquens vestigia hoc ei ad vltionem beati viri venisse, nam exanimum corpus ita nigredinem duxit vt putares eum prunis superpositum fuisse combustum. Ergo omnes hæc obstupescant, admirentur, & metuant ne inferant iniurias sacerdotibus, quia vltor est Dominus servorum suorum sperantium in se. Hæc Greg.

*Ob persecu-  
tionem pio-  
rum & in-  
iustitiam.*

*Heraclo  
Episc. Bur-  
degalensis  
Nantinum  
ob immen-  
sa scelera  
perpetrata  
excommu-  
nicat.*

10. An. Chr. 964. exercitum Othonis Imp. dirinausit pestis ob iniurias ab ipso illatam Benedicto Papæ, vt testatur Ditmarus eius temporis nobilissimus scriptor.

11. Sub Herode Rege grauiß. pestilentia Hierosolymorum urbem afflixit, & maximam senatorum partem absumpsit propter iniuste cæsam Mariam men Reginam.

*Ioseph 15.  
antiq. c. 12.*

12. An. Chr. 1065. pestilētia diuinitus in vzar Scy-

*Religione  
flectitur  
Deus.*

Scytharum gentem Rom. Imper. inuadentem immissa ad sexcenta fere millia hominum interemit. Imperator enim Constantinus Ducas indixit ieiunium, & sibi, & populo frequentes supplicationes adhibuit, ipse pedes cum lachrymis incedens & contrito corde.

*V. Acta A-  
lexandri  
III. Pont.*

13. An. Chr. 1167. cum Fridericus Imp. urbem Rom. obsideret & ignem iuberet immitti in Ecclesiam S. Petri immisit in eius exercitum Dominus Deus tantam subitanæ mortis pestilentiam, ut infra 7. dierum spatium fere vniuersi maiores ipsius principes, qui secum Ecclesiæ aduersabantur subitanea morte corruerent, & miserabiliter morerentur. Reliqui quoque Barones & milites ac cætera pugnatorum maxima multitudo cum languerent & nullum sanitatis possent remedium inuenire, spiritum miserabiliter exhalabant quorum cadauera vsquequaque inhumata iacebant.

*Ob lasas S.  
Reliquias  
& imagi-  
nes.  
V. Niceph.  
lib. 18. c. 28.  
29.*

14. An. Chr. 600. Pestis depascebat Auares, ob violatum sepulchrum (vel S. reliquias) Alexandri Martyris, teste Theophane in Miscella: Ecclesiam, aut Alexandri incenderunt, sepulchrūque ipsius argenteo tecto coopertum spoliāt, sed & iniuriis corpus martyris afficiunt, Deus autem vindictam martyris faciens Alexandri, pestilentiam languoris barbaris intulit, & in vno die septem filios Chaiani (Regis Auarum) per febrem & inguinariam passionem occidit vna cum aliis turbis multis.

*Theophanes.*

15. An. Chr. 746. pestis ingens bubonis dicta in Calabria & Sicilia incipiens velut quidam ignis depal-

depascere inuasit demum Constantinopolim regiam urbem eamq; tres annos depasta est flagellans impium Constantinum Copronymum, & cohibens ab infania quam aduersus S. Ecclesias, & S. ac venerabiles imagines intentabat. Theodoros Studica orat. de s. Platone: Eodem, ait, die aliquis mortuum efferebat & ipse mortuus efferebatur, duo simul in feretro, quatuor in iumento portabatur, &c. in quorum vestibus salutaris crucis signum caruleo colore velut à manu aliqua pulcherrime pingente, sed Dei potius digito & superna manu expressum cernebatur, eo mors statim afferebatur, &c.

Ut nostri maiores præsertim Clerici hoc flagellum Dei auerterent singulari zelo & feruore in cultum Dei exarserunt & intercessionem Sanctorum implorarunt, uti sequentia testantur exempla.

1. An. Chr. 544. sub Iustiniano Imp. lues magna in oriente grassari cœpit, cui (ut ait Procopius de bello persico libro 2.) remedium nullum inuentum præterquam ex Deo, vnde venit. Incipiebat autem hoc modo: Phantasmata dæmonum multis humana specie visa sunt, quot enim in ipsa incidere, percuti se ab aliquo viro putabant moribusque subito irruerat. Tanquam lymphati, seu spiritu maligno agitati, amicos vocantes minime audiebant, in locis quoque angustiis coercebantur. In stultitia corripi sibi visi aut inuadi clamabant, auertereque fugiebant, quorum curatores & ministri dira, atque intoleranda patiebantur, quod furentes, aut è lecto se præcipitare, aut ad flumina ob sitim properare volentes vix retinebant.

*Antidota*

*Spiritualia*

*pestilentia.*

*Sic & Eth-*

*nicus Imp.*

*m. Aurel.*

*restituit*

*cultum cru-*

*minum, ut*

*ingruentem*

*indies ma-*

*gis pestem*

*propulsaret*

*Iul. cap.*

*Pestis im-*

*missa in*

*Orientem*

*per angelos*

*malos.*

*Effectus*

*mirandi*

*pestilentia!*

nebant. Tribus mensibus huiuscemodi lues Cō-  
stantinopoli præualuit, & ab initio quidem pau-  
ci, deinde in singulos dies quinque sæpius etiam  
decem millia efferebantur, hæc & multa alia de  
hac immani peste Procopius. Euagrius scribit  
eam annos 52. inter homines grassatam esse, neq;  
Orientem solum, sed vniuersum ferme terrarum  
orbem ab eadem fuisse depastum nonnullasque  
urbes omnibus fuisse habitatoribus per eandem  
orbatas, atque in illa ipsa loca, quæ antea inua-  
sisset sæpe reuersam, plura in super symptomata  
in agrotantibus accidisse ac plane diuersa ab eis  
quæ Procopius tradit. Quod vero non amplius  
quam tribus mensibus ciuitatem Constantino-  
polititanam occupauit miraculo tribuitur, nam  
tantum beneficium solemnibus die festo in hono-  
rem Dei genitricis instituto, anniuersariaq; die in  
Ecclesia repetendo remansit posteris perpetua  
memoria consignatum, cum idem Hypapanti est  
nominatus, id est, humilis occurfus Simeonis,  
cum Deipara suum filium Iesum Christum in  
templum intulit. Sed hoc festum CCC. annis  
ante Iustinianum Imp. institutum esse ex diser-  
tiss. S. Chrylostomi, Amphilocho, Ambrosij,  
Gregorij, Nysseni, Cyrilli, Hierosolymy, & Me-  
thodij orationibus, quas ad populum habue-  
runt, probat R. P. Del Rio in opere Mariano,  
& addit: Festum iam olim institutum cum Iustina-  
ni imperio maximi terra motus orbem perterrere  
sanxit Imperator, coli diem certis operibus pœniten-  
tia, & supplicationibus superadditis ad diuinam iram  
auertendam.

Lib. 4. c. 28.

Const. libe-  
rantur à  
peste inter-  
cessione  
Deipara  
virginis.

Dei geni-  
trix sedat  
pestem.

ἡσυχία  
vel ἴω  
obuiam  
procedo.

Festum pu-  
rific. Ma-  
ria dicitur

ἡσυχία  
ἴω

ἡσυχία  
ob Simeo-  
nis & Ma-  
ria sanctiss.  
occursum.

Vult

Vult igitur sub Iustiniano hanc solemnita-  
tem duntaxat esse aduictam. Baron. in Marty-  
rologio asserit Gelasium, qui Anno quadringen-  
tesimo nonagesimo secundo, Papa designatus  
est, huius festi in occidente seu Latina Eccle-  
sia fundamenta iecisse, cum lupercalla penitus  
abstulit.

2. Anno Christi 565. (quo Iustinianus Imp.  
mortuus est) pestis inguinaria vniuersam inua-  
sit Italiam, peruasitque etiam regiones Borea-  
les, teste Paulo Diacono de gest. longob. libro  
1. cap. 4. Greg. Turon. testatur eam homines in  
amentiam & furorem deducere consueuisse, &  
quomodo Rhemensis ciuitas ea fuerit libera-  
ta, his verbis describit (de glor. confess. capi-  
te 79.)

Cum omnes terrerentur huius cladis auditu, cu-  
currit Rhemensis populus ad Sancti Remigij sepulchrum  
congruum huius cause flagitare remedium. Accensis ce-  
reis lychnisque non paucis, hymnis, psalmisque celestibus  
per totam excubat noctem. Mane autem facto quid  
adhuc precatur desit, in tractatu rimatur. Repe-  
riunt etenim reuelante Deo qualiter oratione promif-  
sa adhuc maiori propugnaculo vrbs propugnacula mu-  
nirentur. Assumpta igitur palla de beati sepulchro com-  
ponunt in modum feretri: accensisque super cruces ce-  
reis atq; ceroferalibus dant voces in canticis, circumeunt  
urbem cum vicis, nec pretereunt vllum hospitium quod  
non hac circuitione concludant. Quid plura? Non  
post multos dies fines huius ciuitatis lues aggre-  
ditur memorata. Verumtamen vsque ad eum locum  
acce-

*Pestis hac  
etiam Gal-  
lias & Ger-  
maniam  
peruasit &  
triduo ho-  
minem ex-  
tinguebat.  
Rhemenses  
effugiunt  
pestem opa  
S. Remigij.*

accedens quo beati pignus accessit, ac si constitutum cerneret terminum, initio ingredi non modo, non est ausa, sed etiam quae in principio peruaserat huius virtutis impulsu reliquit. Hæc Greg. Turon.

3. Idem quoniam modo Treuerensis ciuitas, ab eadem ingruente, tunc lue fuerit liberata per Sanctum Nicetium, hoc tempore eius Episcopum narrat in libello quo eiusdem Sancti res gestas profecutus est, his verbis: Cum lues inguinaria Treuericum populum in circuitu ciuitatis valde vastaret, & sacerdos Dei pro ouibus commissis Domini misericordiam, imploraret assiduo, factus est sonus de nocte magnus tanquam tonitruum validum super pontem amnis, ita ut putaretur vrbs ipsa absorberi. Cumque omnis populus exterritus in lectulis resedisset, lethiferum sibi interitum opperiens, audita est in medio vox vna cæteris clarior, dicens: *Et quid hic, o socij, faciemus? Ad vnam enim portam Eucharis sacerdos obseruat, ad aliam Maximinus excubat, in medio versatur Nicetius, nihil hic vltra praeualere possumus, nisi finamus hanc urbem eorum tuitioni.* Hac audita voce statim morbus quieuit, nullusque ab eo vltra defunctus est.

4. Quomodo precibus S. Galli Episcopi populus Atuernensis ab eadem lue sit liberatus refert, his verbis (hist. Franc. li. 4. c. 5. & in vita S. Galli) Cum lues illa in diuersas regiones desequeret, & maxime tunc Arelatensem prouinciam depopularetur S. Gallus Atuernensis Episcopus non tantum pro se quantum pro populo suo trepidus erat. Cumque die noctuque pro populo deprecaretur,

retur, vt veniens plebem suā vastari non cerneret  
 per visum noctis apparuit ei Angelus Domini  
 quitam cæsariem quam vestem in similitudinem  
 candidam efferebat. & ait ad eum: *Benefacis o sã-*  
*cerdos, quod sic Dominum pro populo tuo supplicas, ex-*  
*audita est oratio tua, & ecce eris cum populo tuo ab*  
*hac infirmitate liberatus.* Expergefactus autem &  
 Deo gratias pro hac consolatione agens, quod  
 eum per cœlestem nuncium confortate digna-  
 tus est rogationes illas instituit, vt media Qua-  
 dragesima p̄fallendo ad basilicam B. Iuliani mar-  
 tyris itinere pedestri venirent, sunt enim in hoc  
 itinere quasi stadia trecenta sexaginta. Tunc et-  
 iam in subita contemplatione parietes, vel do-  
 morum, vel Ecclesiarum signari videbantur, vnde  
 a rusticis hæc scriptio Thau vocabatur. Cum  
 autem regiones alias lues ista consumeret ad ciui-  
 tatem Aruernam, S. Galli intercedente oratione  
 non attigit. (Sic & cum An. Chr. 590. lues ingui-  
 naria inuaderet populum Rom. Vnde sunt sagittæ  
 cœlitus de lapsæ in homines quos mox pestis  
 improuisa percuteret.)

5. Quomodo populus Constant. ad auerten-  
 dam pestem An. Chr. 557. totus in supplicati-  
 onibus fuerit retuli ex lib. 5. Agath. in libello de Ter-  
 remotu, c. 5.

6. Quomodo Constantinopolitani An. Chr. <sup>V. Euang. li.</sup>  
 578. precibus S. Eutychiepiscopi ab exilio reuo- <sup>5. c. 13.</sup>  
 cati, a peste liberati sint Eustathius his refert ver-  
 bis. *Non ignoratis magnam & diuturnam antequã re-* <sup>Apud sur.</sup>  
*uerteretur (Eutychie) pestem extitisse, qua quidẽ ita sa-* <sup>10m. 2 die</sup>  
*uerebat, vt nisi hic à Deo electus tanquam alter Phinees* <sup>6. April.</sup>  
 D *obstitis-*

Eutych. pe-  
stem preci-  
bus auer-  
tit.

oblitisset, omne genus hominum, atque omnis etas in-  
terisset. Quomodo autem placatus est Deus? Supplicatio-  
nibus quas ipse cum Christi studioso populo adhibuit, à  
sanctiss. magna Ecclesia incipiens vsque ad eadem sancte  
& immaculata domina nostra Dei genitricis semperque  
virginis Maria, que in Blanchernis colitur. Dum igitur  
supplicationes ad Christum Deum nostrum, quem ipsa  
virgo de Sp. S. concepit, fierent, pepercit ille populo, ange-  
lumq; cohibuit, qui ciuitatem sine intermissione percu-  
tiebat. Ab eo igitur die, vsque ad beati viri vitæ finem  
Christus Deus noster à populo prouocatus iram cohi-  
buit.

7. Cum An. Chr. 583. ingens pestis Gallias de-  
palceret, & Chilperici Regis Francorum filij duo  
ea conflictarentur & extinguerentur; Regina  
Fredegundis, inquit, Gregor. Taron. hist. Franc.  
libro 5. cap. 34. sero pœnitens ait ad Regem: Di-  
nos male agentes pietas diuina sustentat: nam saepe nos  
febris & alius malis corripuit & emendatio non suc-  
cessit. Ecce iam perdimus filios. Ecce iam nos lachry-  
ma pauperum, lamenta viduarum, suspiria orpha-  
norum interimunt, nec spes remanet, cui aliquid  
congregemus. Thesaurizamus nescientes cui congrega-  
mus ea. Ecce thesauri remanent, possessore vacui, ra-  
pinis ac maledictionibus pleni. Nunc si placet venite  
incendamus omnes descriptiones iniquas. Sufficiat si-  
sco nostro, quod suffecit patri Regique Clotario. Hæc  
effatæ Regina pugnis verberans pectus iussit li-  
bros exhiberi qui de ciuitatibus suis per Marcum  
venerant proiectisque in ignem iterum ad Re-  
gem conuersa. Quid tu, inquit, moraris? fac, quod  
vides à me fieri, vt et si dulces natos perdimus vel pœnitiam  
perpe-

Pœnitentia  
Regina.

perpetuam euadamus. Tunc Rex compunctus corde tradidit omnes libros descriptionum igni, cōflagratisque illis misit qui futuras prohiberet descriptiones. Rex multa Ecclesiis siue basilicis, vel pauperibus est elargitus.

*Rex in magliorem frugem mutat.*

8. An. Chr. 681. graui fame & peste laboratum in Anglia quomodo autem ab ea lue libertati sint serui Dei narrat Beda libr. 4. c. 14. his verbis. Cum monasterium cui Eappa præerat inuasisset

*Obiit eadē peste impia Regina Auſtregildis.*

visum est fratribus triduanum ieiunium agere, & diuinam suppliciter obsecrare clementiam, vt misericordiam sibi dignaretur impendere, siue periclitantes hoc morbo à præſenti morte liberaret, seu raptos è mundo à perpetua animæ damnatione seruaret. Erat tunc temporis in eodem monasterio puerulus quidam de natione Saxorum nuper vocatus ad fidem, qui eadem tactus infirmitate non pauco tempore recubans in lectulo iacebat. Cum ergo secunda memoria ieiunij ac supplicationum dies ageretur, contigit forte ipsum puerum hora ferme secunda diei in loco in quo æger iacebat solum inueniri. Cui diuina dispensatione subito beatissimi Apostolorum principes dignati sunt apparere, qui salutantes illum dicebant, *Noli timere, fili, mortem, primum expectare debes, donec missa celebrentur, ac viatico dominici corporis ac sanguinis accepto infirmitate corporis & morte absolutus ad æterna in cœlis gaudia subleueris. Clama ad te presbyterum Eappam, & dicito illi quia Dominus exaudiuit preces vestras & deuotionē ac ieiunia propitius aspexit, neque aliquis de hoc monasterio, siue de adiacentibus ei possessiunculis, hac*

D 2 clade

clade vltro moriturus est præter te solum, qui hodierna  
 es die liberandus à morte, & ad visionem Domini Chri-  
 sti, cui fideliter seruisti perducendus in cælum, quod di-  
 uina vobis misericordia per intercessionē religiosi ac Deo  
 dilecti regis Osvaldi, qui quondam genti Nordanhum-  
 brorum & regni temporalis auctoritate, & Christiana  
 pietatis, quæ ad regnum perenne ducit, deuotione subli-  
 miter præfuit conferre dignata est. Hac enim die idem  
 Rex ab infidelibus in bello corporaliter extinctus mox ad  
 sempiterna animarum gaudia assumptus in cælum, &  
 electorum est sociatus agminibus. Celebrant ergo missas  
 per cuncta monasterij oratoria, & cunctis conuenienti-  
 bus ad Ecclesiam fratribus communicent omnes sacrifi-  
 cii cœlestibus. Quæ verba cum vocato ad se Pres-  
 bytero puer narrasset, & Presbyter missas fieri, &  
 omnes communicare & puero de eodem sacrifi-  
 cio dominicæ oblationis particulam deferri præ-  
 cepisset eodem die puer defunctus est, & nemo  
 præter ipsum tempore illo ex eodem est mona-  
 sterio raptus de mundo. Copiosius hæc Beda.

9. Cum An. Chr. 590. pestis inguinaria Italiã,  
 Hispaniam, atq; Galliam peruaderet Rex Franco-  
 rum Guntheramnus ad eam auertendam iussit,  
 ait Greg. Turon. lib. 9. hist. Franc. cap. 22. omnem  
 populū ad Ecclesiam conuenire, & rogationes  
 summa deuotione celebrari, & nihil aliud in  
 usum vescendi nisi panem hordeaceum cum a-  
 qua munda assumi, vigiliisq; adesse instanter om-  
 nes iubet, per triduum ipsius elemosynis  
 largius solito præcurrentibus, ita de cuncto po-  
 pulo formidabat, vt iam tunc non Rex tantum,  
 sed etiam Sacerdos Domini putaretur totam  
 suam

*Pestis cura  
 ra precibus  
 vigiliis, &  
 ieiuniis.*

suam spem in Domini miseratione transfundens, &c.

10. Eodem Anno Gregorius Magnus electus *Greg. Tur. lib. 10. c. 1.*  
 in Rom. Pont. ad hanc luem auertendam litanias  
 indixit, eadem pio studio frequentauit, & hac  
 parzes, pia populum ad pœnitentiam prouocauit.  
*Pestis tempore concio S. Greg.*  
 Oportet, fratres charissimi, vt flagella Dei que  
 ventura debuius, saltem presentia & experta timeamus  
 conuersionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis  
 nostri duritiam ipsa iam quam patimur pœna dissoluat,  
 vt enim propheta teste, prœdictum est: peruenit gladius  
 vsque ad animam. Ecce cuncta plebs cœlestis ira mucrone  
 percutitur & repentina singuli cœde vastantur, nec  
*Hier. 4.*  
 languor mortem prœuenit, sed languoris moras ( vt  
 cernitis) mors præcurrit. Percussus quisque ante rapitur  
 quam ad lamenta pœnitentia conuertatur. Pensate ergo  
 qualis ad conspectum districti iudicis peruenit cui non  
 vacat flere quod fecit. Habitatores non ex parte subtrahuntur,  
 sed pariter corruunt, domus vacuæ relinquuntur,  
 filiorum funera parentes aspiciunt, & suos ad interitum  
 heredes præcedunt. Vnusquisque ergo nostrum ad pœnitentia  
 lamenta confugiat dum flere ante percussionem vacat.  
 Reuocemus ante oculos mentis quidquid errando  
 commisimus, & quod nequiter egimus flendo puniamus.  
 Præueniamus faciem eius in confessione, & sicut propheta  
 admonet, leuemus corda nostra cum manibus ad Deum.  
*Thren. 3.*  
 Ad Deum quippe corda cum manibus leuare est orationis  
 nostræ studium cum merito bonæ operationis erigere. Dat  
 profecto, dat tremori nostro fiduciam qui per prophetam  
 clamat: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur  
 & viuat. *Ezech. 18. Ion. 3.*  
 Veterinosas namque Ninuitarum culpas

*Matth. 27.* culpas tridua poenitentia absterfit, & conuersus  
larro vite premia etiam in ipsa sententia sua mor-  
tis emeruit. Leuemus igitur corda & praesumamus  
nos iam percepisse, quod petimus. Cuius ad precem  
iudex flectitur, si a prauitate sua petitor corrigitur.  
Imminente ergo tanta animaduersi-  
ones importunis fletibus insistamus, ea namque que  
ingrata esse hominibus importunitas solet, iudici ve-  
ritatis placet, quia pius & misericors Deus a se vult  
veniam precibus exigi, qui quantum meremur non  
vult irasci.

*Psal. 49.*

Hinc etenim per psalmistam dicitur inuoca me in  
die tribulationis tuae, & eripiam te, & magnifi-  
cabis me ipse ergo sibi testis est, quod inuocantibus  
misereri desiderat, qui monet vt inuocetur. Proin-  
de, fratres charissimi contrito corde & correctis o-  
peribus crastina die primo diluculo ad septiformem li-  
tania deuoto mente cum lachrymis veniamus. Nul-  
lus vestrum ad terrena opera in agros exeat, nullus  
quodlibet negotium agere praesumat, quatenus ad  
Sanctae DEI genitricis DOMINI Ecclesiam con-  
uenientes, qui simul omnes peccauimus, simul o-  
mnes mala, quae fecimus, deploremus, vt districtus  
iudex dum culpas nostras nos punire considerat ipsa  
sententia proposita damnationis parcat. Haec tenus S.  
Gregorij sermo.

Hac septi-  
formis li-  
tania per  
diuersarū  
personarū  
& locorum  
ordinem  
erat distin-  
cta clerus  
exibat ex  
Ecclesia  
&c.

Omnes septem ordines personarum, hu-  
ius litaniae, (Clericorum, Monachorum, An-  
cillarum Dei, virorum, viduarum, scemi-  
narum, conjugatarum, pauperum & infan-  
tium) de singulis distinctis Ecclesiis exeun-  
tes cum precibus ac lachrymis in Basilica Bra-  
tae Ma-

ræ Mariæ congregabantur. Et quia non semel  
 huiusmodi ind. etæ fuerunt litanie habent ve-  
 teres Rituales libri vltimi litanis esse pro-  
 cellum ad Basilicam Sancti Petri, atque ab eo-  
 dem Gregorio Sanct. imaginem Deiparæ ma-  
 gna veneratione delatam, fuisse autem illa  
 traditur, quæ hæcenus extat in Basilica Sanctæ  
 Mariæ ad præsepe & à populo honorifico cul-  
 tus frequentatur. Et tunc mirandum illud acci-  
 disse tradunt, vt cum peruenisset præcedendo  
 Gregor. ad molem Hadriani in signum recon-  
 ciliati numinis visus fuerit Angelus nudatum  
 gladium in vaginam reponere, eoque sym-  
 bolo morbum cessasse, significare voluisse,  
 quemadmodum per sagittas visas cœlitus la-  
 psas idem fuerat diuinitus præmonstratus. Sic  
 itaque in tempore concitata iracundiæ Grego-  
 rius factus est reconciliatio.

*V. in Triū-  
pho virt. in  
loco de cul-  
tu imaginis  
exempl. 3.*

*V. Ord. Ro-  
manum.*

*Greg. 4.  
dial. t. 36.*

*Syr. 44.*

II. Cum Anno Christi sexcentesimo o-  
 ctuagesimo, pestis ingens vastaret Italiam,  
 visibiliter, ait Paulus Diaconus libro sexto, capi-  
 te quinto, apparuit, quia bonus & malus ange-  
 lus noctu per ciuitatem pergerent, & ex ius-  
 su boni Angeli malus Angelus, qui videba-  
 tur venabulum in manu ferre quotiens venabu-  
 lo ostium cuiuscunque domus percussisset tot ex  
 eadem domo die sequenti homines interirent.  
 Tunc per reuelationem cuidam dictum est, quod  
 pestis ipsa prius non quiesceret, quam in Basilica,  
 quæ B. Petri ad vincula dicitur S. Sebastiani Mar-  
 tyris altarium poneretur. Factumq; est, & delatis  
 ad urbem Romam B. Sebastiani martyris reliquiis

*V. Anasta-  
si. in Aga-  
thone pont.*

*Siegb. in  
Chron.*

mox vt in iam dicta basilica altarium constitutum est pestis ipsa quieuit. Hucusq; Paulus Diac. Extat, inquit, Cardin. Baron. adhuc integrum ipsam altare, nec non eiusdem S. Martyris imago in suo opere expressa.

*Qua Episco-  
pi agere de-  
beant tem-  
pore mor-  
talitatis.*

12. Cum Anno 599. pestis grassaretur in Afi-  
ca & Oriente S. Greg. Pont. ad Dominicum Epif-  
copum Carthag. scribebat qualiter se gerere de-  
beret eiusmodi luis tempore, eumque ad mone-  
bat non vt salutis suae consulens dereliqueret gre-  
gem, sed vt pro eo vitam exponeret: *Vestra*, in-  
quit, eos lingua (sicut & credimus) magis ac magis a  
prauo operis perpetratione coerceat, bonorum praemia,  
malorum poenas edisserat, vt qui bona minus diligunt,  
saltem mala pertimescant, & ab his se qua sunt ple-  
ctenda contineant. Nam inter flagella positos flagellis  
digna committere contra ferientem est specialiter su-  
perbire & seuiantis acrius iracundiam irritare. At-  
que est primum genus dementiae nolle quempiam a ma-  
lis suis iuste quiescere & Deum iniuste a sua velle vltione  
cessare.

Sed quoniam in his diuino adiutorio opus est iniun-  
ctis, dilecte frater, precibus omnipotentis Dei clemen-  
tiam exoremus, vt & nos digne ista tribuat exhibere &  
populorum ad haec operanda misericorditer corda com-  
pungat.

13. Anno Christi 717. Constantinopolitana  
ciuitas Sarracenorum obsidione in maximum  
est discrimen adducta, sed liberata, vt testatur  
Theophanes, Dei genitricis auxilio, ciuibus, ait  
Beda de sex atat. Multa instantia ad Deum claman-  
tibus plurimi eorum fame, frigore, pestilentia  
perie-

perierunt ac pertæsi obsidionis recesserunt. Erat  
 populus Constant. Dei genitricis studiosissimus  
 cultor, cuius ope quam læpissime fuit à barbaris  
 vrbs liberata. Theophanes addit duas classes Sar-  
 racenorum pariter male periisse, cum, inquit,  
 Deo cooperante per intercessionem intemeratę  
 Dei genitricis Marię protinus submersi sunt ini-  
 mici &c. trucidatis etiã ex Sarracenis à Bulgaris  
 viginti duobus millibus. Cum tot tantaq; atro-  
 cia vna simul passi sunt Sarraceni, experimento,  
 inquit Theophanes, didicerunt quia Deus & san-  
 ctis. Virgo Dei mater Maria hanc muniunt vr-  
 bem & Christianorum imperatorem, & non est  
 omnimoda dimissio Dei in iis qui eum inuocant  
 in veritate, licet admodum quid castigemur pro-  
 pter peccata nostra, hæc Theop. qui fere semper,  
 cum magnum aliquid à Deo consequutum esse  
 Constantinopolitanum populum tradit, id acce-  
 ptum precibus sanctissimę Dei genitricis affir-  
 mat non ob aliam causam quam quod celeberrim-  
 us illic esset beatissimę Deiparę cultus, cui ead-  
 em ciuitas fuerat dedicata. Greg. Pont. Rom.  
 Epif. ad S. Germanum Patriarcham Constanti-  
 nop. Si, ait, Bethulia per manus Iudith Israelitis  
 seruata est, cuius opus Holofernis erat sublatio  
 quomodo non oportebat & tuam sanctitatem  
 huiusmodi propugnatrice (Deipara) vtentem  
 hostibus ciuitatis præualere, ipsamque victoria  
 coronare? Cum autem Gregorius in præce-  
 dentibus agat de cultu eius imaginis, signifi-  
 cat eius venerandam effigiem supra muros so-  
 lennibus ritibus fuisse circumductam & sic ab

*Paul. diac.  
 in gestis  
 Long. li. 6.  
 c. 47. tradit  
 intra Cost.  
 trecenta  
 hominum  
 millia peste  
 interuisse.*

*Jud. 4.*

D 5 immi-

imminenti periculo ciuitatem tunc libera-  
tam.

14. Cum Anno Christ. 982. Oriens laboraret  
peste Lacedymonij destituti humano auxilio ad  
opem diuinam implorandam assurgebant, lega-  
tionemq; decernebant ad Niconem virum san-  
ctiss. de qua in rebus ab ipso præclare gestis hæc

*Nota qua  
lege & ex-  
ceptione cu-  
rare promit-  
tat pestem. cam  
Expellant  
Catholica  
urbes ha-  
veticos.*

inter cætera narratur: Venire illum cupiebāt quod se  
diuinis eius precibus liberandos considerent. Ille vero in-  
gruentis mali propulsione spondit si modo ipsi Iudæi  
tam gentem ex vrbe sua pellerent, ne execrandis eorum  
(vt aiebat) moribus piaculisque religionis sue diuinitas  
contaminarent: in his, ait, si me audieritis, & pestis à vo-  
bis recedet, & ego quod superest vitæ ducam vobiscum.

Cap. 4.

Quibus verbis monita alia adiiciens, sacras etiam  
Ieremiæ voces subinde aspergebat: *via tua fece-  
runt hac tibi, & iniquitates tuae preualuerunt & du-  
ro ludo percussa es, cumque illi eius oratione com-  
moti seipso condempnarent atq; omnia quæ iul-  
ferat facturos promitterent, nihil amplius cun-  
ctatus cū legatis illis profectus est, non canthe-  
rio aut lectica vectus, nec multo comitatu stipat-  
sed solo virtutum choro circumseptus. Ad eius  
porro aduentum lues cessauit, & Iudæi vrbe pul-  
si sunt. Videres accurrentes quotidie ex vniuerso  
Peloponneso ægrotum omnis generis cateruas,  
quibus ille non minus animæ quam corporis curam  
impendebat, mellitis enim adhortationib.  
ad pietatis zelum eos accēdebat, ad salutem cui-  
que suam pœnitentiæ ope disponebat.*

15. Anno 1029. Lemouicini aspectu corporis  
S. Martialis peste seuisissima liberati sunt. Lues gra-  
uiffi.

missima ait author Aquitanicæ hist. Lemouicinos deuorauit, incendens corpora, & exardescendo deuorans, donec omnes Aquitanicæ Episcopi Lemouicæ congregati corpus B. Martialis ab imo sublatum sepulchro mortaliū v. sibus ostenderunt, & mox pestis ipsa cessauit.

SIGNVM IV.

*Affabilem se prabere.*

1. Vid res ab Apostolo Paulo gestæ & in Apostolorū historia à B. Luca descriptæ aliud spirant quam admirandam mansuetudinem & comitatem? Quod totæ eius Epistolæ declarant nisi incredibilem termonum morumque affabilitatem & suauitatē? id liquido apparet ex salutationibus officij plenis ad calcem epistolarū adscriptis, tū ex rogandi hortādique formulis, denique ex generali descriptione morū suorū. 1. Cor. 9. v. 19.

Rom. 16. v.  
Phil. 2. v. 1.  
ad Philom.

2. S. Ambr. 2. de off. c. 7. Quantas, inquit, Moyses à populo Dei illatas absorbebat contumelias, & cū Dñs insolentes vindicare vellet, se tamen p̄ populo offerebat frequēter, vt indignationi diuinę plebē subduceret. Quā miti sermone post iniurias appellabat populū, iolabatur in laboribus, delinibat oraculis, fouebat operibus? Et cū Deo cōstater loqueretur, homines tñ humili & grata appellatione affari solebat. veriff. est. n. illud Syracidisc. 6. v. 5. *Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos &c.*

Moyses vocatur sacerdos. Ps. 98.

Affab. conciliat sibi hominum beneuolentiam.

3. S. Greg. Naz. in laudatione magni Athanasij hoc præter cætera commemorat tāquam magnam quod esset vita sublimis, animo humilis, atque

atque ea quidem virtutis excellentia vt nemo ad eam aspirare posset, sed simul ea comitate vt eius congressus & colloquium esset omnibus expofitum, essetque sermone iucundus iucundior moribus, neque in eo vel mollities dissolute, nec seueritas factuosa & importuna appareret.

*De S. An-  
tonij affabi-  
lit. eiusque  
pramio V.  
Triumphū  
virtutum.*

Certe Clerici boni blandi sunt & faciles, eorum animi & aures omnib. patent, & aditus prae-bent facilimos, inferiores non aspernantur, sed potius omnem humanitatem praestant omnib. nec irascuntur intempestiue accedentibus, aut inepta rogantibus. Odiosa enim morositas est leuioris animi, & qui nec alias ferre, nec se ipsum vincere potest. Si benignitas & comitas honoratis duntaxat hominibus exhibeatur nihil omnino praclarum habet. Quis enim id non faciat: nam nec aliter licet: illud vero ex virtutis officio est cum affabilitas etiam in homines multo inferiores atque etiam in tennes exercetur.

## SIGNVM V.

*Ab Ambitione seu honorum cupiditate alienissimum esse & omnes dignitates respuere.*

*Phil. 2. v. 6 1.*

**C**Hristus magnus ille pastor ouium (ad Heb. 13. v. 20. atque ad eum princeps pastorem (1. Pet. 5. v. 4.) semetipsum exinanivit formam serui accipiens, deinde vt seruus per annos 30. & fabri filius intra maternos parietes latuit, inde in publi-

publicum progressus quasi seruus & peccator à seruo suo Ioanne Baptista cum summo honoris omnis contemptu baptizari voluit, desertum vero ingressus diabolum de ambitione omnium regnorum mundi se tentantem acri obiurgatione repressit, & Apostolum Petrum à dedecore & contumelia futuræ passionis dehortantem coercuit. Adhuc cum populus trans mare Galilææ obpatratum miraculum eum rapere & regem facere vellet, in montem aufugit. Et quia docuerat se non venisse ministrari sed ministrare, tanquam minister linteo se præcinxit, & pedes discipulorum, inter quos erat proditor Iudas, lauit, dicens, *exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis. demum humiliavit se vsque ad mortem, mortem autem crucis, hoc est, omnium ignominiosiss. & omnib. mundi honoribus è diametro contrariam.* Ecclesiasticus ait: *Noli querere à Domino ducatum, neq. à Rege cathedram honoris.* Hinc honoris cathedram cum quererent Christi discipuli duo eos his verbis redarguit: *principes gentium &c.* idem respondit Matt. 23. v. 6. scribis & pharisæis cum eos acriter reprehendisset quod amarēt primos accubitus in cœnis &c. Tertia tentatio diaboli qua Dominum ipsum inuadere non dubitauit, fuit de ambitione regnorum omnium mundi, quam & Dominus acriore responso velut Satanicam profligauit, dicens, *vade Satana.*

2. S. Ambrosius à populo & Imp. Episcopus Mediolanensis postulatus noctu ex vrbe se proripuit seu aufugit, & cum Ticinum iter intendisset,

Matt. 3. v.  
13. 4. v. 10.  
16. v. 23.  
Ioa 6. v. 15.  
Mat. 20. v.  
28.  
Ioan. 13. v.  
4.  
Phil. 2. v. 16  
Heb 12. v. 2  
ca. 7. v. 4.  
Mat. 20. 25.

V. Locum  
de humilitate  
Paulin.

set, non sine miraculo mane deprehendit se esse in porta Mediolanensi.

*Epiph. Epi. ad Ioan.* 3. S. Hieronymus ita refugit omnes honores, vt licet sacerdos, tamen ministeria sacerdotis in suo monasterio exercere reformidavit.

*Metaphr.* 4. S. Chrysoft. vt ipse fatetur li. i. de sacerdotum rumor increbuisse de se ad Episcopatum rapiendo sese occultauit seu veritus ne ad honores eueheretur in solitudinem aufugit sed Flavianus diuinitus monitus è spelunca extractum sacerdotem fecit, vi deinde Antiochia ad Archiepiscopatum Constantinopolitanum pertractus.

5. S. Greg. vt habet Ioã. Diac. li. i. c. 44. electus summum pontificem, non solum aufugit, seu clandestina fuga ab vrbe decedere decreuit, & tunc exitum omnem diligenti septum custodia videret dolio se condi & exportari fecit. Tum proximi montis vastam solitudinem penetrans antrum quoddam adiit satis ibi se latere sperans, literis etiam Mauritium Imp. compellauit ne consentiret electioni. Indicio autem cœlesti columnæ igneæ proditus & ad gubernacula pertractus seu pontifex factus prius se epistolis seruum seruorum Dei appellauit.

*Lucida nubes loco in cœdens prodidit latentem.* 6. Isaac Monachus cum rescisset decerni sibi presbyteratum de Scythia transmigravit in Ægyptum, vastæ solitudinis secessum quæritas vt hominum effugeret conspectum. Sed qui diuinitus eligebatur latere non potuit. Cum enim fratres in Ægyptum vsq; illum quæsitum profecti essent & asellus quem secum habebant per desertum fugiens ad speluncam ipsius substiisset, dum a se latere cõprehendunt, monachum conspiciunt. Quare læti ipsum vt secum redeat hortantur, igitur cum se ille

mutianimalis indicio deprehensum agnouisset, intellexit Dei voluntatē, & fratrum votis annuens ad monasteriū reuersus presbyt. officiū suscepit.

7. *B. Cypr. de Cornelio Papa* (lib. 4. Epi. 2.) Qui ait, Episcopatū ipsum nec postulat, nec voluit, nec vi. (vt ceteri quos arrogantia & superbię sue tumor inflat) inuasit, sed quietus & modestus, & quales esse cōsueuerūt q. ad hūc locū diuinitus eligūt, vim passus est vt Episcopatū coact⁹ exciperet: laudantur & multi alij sancti qui dignissimi esēt,

tamen oblatum Episcopatū repudiarunt, atque in primis 8. *Moyfos* & 9. *Ieremias* qui post oblatam etiam à Deo præfecturam imbecillitatis suę memores se purgarunt 10. *Ionas* vero etiam aufugit.

11. *Grego. Thaumaturgus*, quem iam fuga elapsū Phidanus Amasię Epif. licet corpore absentē in Antistitē Neocæsariensē consecrauit. 12. *Greg. Nazianzenus* qui in pontum fugit, ne à parente ad Episcopatū Nazianz. eueheretur, pro qua fuga Apologeticum doctiss. scripsit qui exstat. 13. *S. Marti.*

quē inuitū ad thronū Episcopale Turonicū tractum testatur *Seuerus Sulp.* 14. *S. Ammonias* Eremita aurē sibi p̄cidit ne fieret Episc. 15. *S. Malac.* auctore. *S. Bern.* nō ante Episcopatū in Hibernia suscepit q. Episcopi anathema ei comminatētur.

16. *S. Bernar. S. Thom. aquinas. S. Bernar.* aliiq; multi honorem Episcopalem delatum non semel repudiarunt 17. *B. Petrus Damiani* Cardinalis Episcopatum suum deseruit & ad monasticen rediit.

Plurimi etiā quod Episcopatu excidissēt quem cupide ambierāt, facti sunt heretici & heresiarchę vt *Simon magus* (q. nō solum ambiuit Apostolicū primatū sed pretia coercere voluit) *Theobutes*

*Exo. 4. 10.*  
*Ier. 1. 6.*  
*Iozn. 1. 3.*  
*Greg. Nyss.*

*Pallad. in hist. Lausica cap. 12.*

*li. 1. v. 9. 10.*

*Act. 8.*

(de quo Euseb. li. 4. hist.) Valentinus (de quo Tertull. li. contra Valentinianos) Marcion (teste Epiph. hier. 42.) Montanus (teste Theod. lib. 3. de hæret. fab.) Nouatianus (vt habet Euseb. li. 2. hist. c. 33.) Sabellius (de quo Epiph. hæret. 57.) Arius (de quo Theod. li. 4. hæret. fab.) Aërius (de quo Epiph. hæret. 75.) Nestorius (de quo Theod. li. 4. hæret. fab.) Ioannem Wicleff. factum hæresiarcham cum Episcopus esse non posset testatur Thomas Waldensis li. 2. doctrinæ fidei c. 60.

*Apol. 1.*

Greg. Theologus ait: *Sit sane aliquis Episcopus nō modo à vitiorum contagione purus, verum etiā ad summum virtutis fastigium euectus, haud equidem video quam scientia instructus aut quibus virib. fretus huiusmodi Præfecturam suscipere intrepidi queat. Nam profecto ars quaedam artium, & scientia scientiarum mihi esse videtur hominem regere animal omnium maxime varium & multiplex. Id porro hac demum ratione quispiam perspexerit, si animarum curandarum rationem cum corporum medicina contulerit, quantoque hæc nostra laboriosior quam illa sit expenderit, ac tum materie natura, tum artis facultate, tum actus sine præfatione, illius enim labor circa corpora versatur omnino tandem interitura, at huius studium circa animam impenditur quæ ex Deo est, atque diuina supernaque nobilitatis particeps illius medicus regiones & tempora, & ætates, & anni partes ceteraque huius generis explorabit, medicamenta agrotanti propinabit, victusq; rationem præscribet, noxiaque obseruabit, ne præsidium artis agroti cupiditates obsistant, ignem etiam interdum & ferrum, asperioraque medicamenta nonnullis adhibebit, quæ tamen si perquam laboriosa & molesta esse videantur, nihil*

*V. Chryso.  
hom. 15.  
in 2. Epi.  
ad cor.*

tamen eorum perinde arduum atque difficile est ut mo-  
 res, & affectus, & vitam, vitæque instituta atque alias  
 huiusmodi res inestinas perspicere ac meditari, atque a-  
 gressibus omnibus belluiniisque vitiis à coniunctione nostra  
 expulsis, id omne quod mansuetum est ac Deo gratum in  
 eorum locum subrogare ac confirmare. Quia illud etiam  
 mecum considero, quod omnia ea que modo enumeravi,  
 velut medico seruata, constanter in sua natura manent,  
 nec versute quicquam contra moliuntur: at nobis ingenij  
 solertia, & cæcus nostri amor, & quod facile cuiquam ce-  
 dere nec scimus nec sustinemus, plurimum ad virtutem  
 impediendi adfert, ac velut instructa acie sese iis qui  
 nobis opem ferunt opponit, quantumque studium à nobis  
 adhiberi conueniebat ut morbum medicis detegeremus,  
 tantum ad medicinam fugiendam adhibemus, atque in  
 nostram perniciem fortes sumus. Velenim tarpiter &  
 abiecte peccatum supprimimus non secus ac malignum  
 quendam morbum & subputridum in intimis anima re-  
 cessibus occultantes, vel excusationes in peccatis proferi-  
 mus verborum patrocinium vitiis nostris exquirentes, vel  
 etiam obstrictis aspidis surde ritu auribus nostris obstina-  
 to studio in hoc incumbimus, ut ne incantantium vocem  
 audiamus. Accedit quod sicut non eadem medicamenta,  
 nec eadem alimenta corporibus omnibus offeruntur, sed  
 alia aliis, eodem quoque modo anima diuersa ratione di-  
 sciplinaque curantur. Alios enim mouet oratio, alij an-  
 tistitis exemplo componuntur, alij calcaribus opus habet,  
 alij si eno: alius laus prodest, alius reprehensio, modo vtra-  
 que tempestiue adhibeatur alios cohortatio ad officium  
 ducit, alios oburgatio atq; hæc rursus alios si palam ar-  
 guantur, alios si remotis arbitris increpentur. Quidam  
 in studiose obseruandi sunt ut ne minima quidem & le-  
 uissima

uissima eorum errata disimulentur, contra in alijs ad nonnulla conuere satius fuerit, ita ut videntes non videamus, & audientes non audiamus, sicut dici solet. Quia etiam cum nonnullis ita agendum est, ut irati hominis ac de salute eorum desperantis speciem praeferas, cum tamen reuera nec ipsis irascaris, nec pro perditis ac deploratis habeas, alij rursus leuitate & humilitate curadi, coniunctaque animi alacritate ad meliorem spem reuocandi, alios vincere, alios cedere plerumque vtilius fuerit. Aliorum item opes & potentiam, aliorum egestatem calamitatemque vel laudare, vel execrari. &c.

Quoniam hunc Apologeticum Gregorij Nazianzeni legerat prudentissimis Romanorum pontificum S. Greg. Romanus ita in prologo; partis sui pastoralis scribit: Ut longe ante nos reuerenda memoria Grego. Naz. edocuit non vna eademque exhortatio cunctis congruit, quia non cunctos per morum qualitas astringit. Sepe namque alijs officiant qua alijs profunt. Quia & plerumque herbae quae haec animalia nutriunt, alia occidunt, & leuis sibilus equos mitigat, scutulos instigat. Et medicamentum quod hunc morbum imminuit alteri vires iungit, & panis qui vitam fortium roborat, paruulorum necat, pro qualitate igitur auditium formari debet sermo Doctorum, ut & sua singula congruant, & tamen à communis edificationis arte nunquam recedat. Subiicit deinde 36. formulas admonitionum, quomodo aliter hi, aliter illi, viri aliter & foeminae, viri aliter quam senes, domini quam serui &c. sint admonendi.

Ob dictas aliasque causas S. Patres & plerique omnes Scholae Theologi indicant temere facere eos qui licet idonei sibi videantur appetunt vel

ambunt Episcopatus munus. S. Greg. Naz. cū in Apologético multas rationes attulisset, cur refugisset honorem Episcopatus, quem tamen tandem oblatum accepit, ita sermonem concludit: Vide nequam recte & iuste vtriusque metus causam discepte, ne nec minime oblata prefectura cupide appetatur, nec oblata repudietur. Illud enim temerarium est hominū hoc praefectorum & contumacium, vtrumque vero ineporum. Atque ipse inter nimium audaces & nimium ignavos & timidos quodammodo interiectus sum, & his qui ad praefecturas omnes temere profiliunt, timidior, & his rursum qui ab omnibus abhorrent praesidentior.

S. Chry. li. 3. de sacerdotio cum explicasset quam formidabile & periculosam sit munus Episcoporum & sacerdotū? Sacerdotis, ait, animū honoris illius desiderio vndiq; vacare oportet. Nā si ad eum principatū adipiscendum vehementi animi affectu rapietur, eo adeo impotentiore sane ambitionis suae flammā incendat, ac vi tandem captus, vt sibi adeptum honorem stabiliat nulli non peccato seruiet.

S. Aug. in actione, ait, non amānus est honor in hac vita siue potētia, quoniam omnia vana sub sole, sed opus ipsū, quod per eundem honorem vel potētiā fit, si recte atque vtiliter fit, id est, vt valeat ad eam salutem subditorum quae secundum Deum est. Propter quod ait Apostolus, qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat.

S. Bern. o peruersitas, o abusus filiorū Adam, quia cum ascendere difficilimū sit, descendere autē facilimū, illi & ascensū leuiter ascendunt & difficiliter descendunt, parati ad honores & celsitudines, graduū Ecclesiast. ipsis etiā Angelicis humeris formidādos. Et agēs de inidoneo ad Episcopatum. Talis alius quidem non prodest, sibi vero obest plurimū.

19. de Civ. Dei c. 19.

Ser. 2. de

Serm. 20. in Cant.

*Hom. 35.* Auctor operis imperfecti in Matth. *Quicumque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in caelo, nec inter seruos Christi computabitur qui de primatu tractauerit.*

*Lib. 4. in  
Luc. c. 4.*

S. Ambros. Hoc ipso perniciosior ambitio est quod blanda quadam est conciliatricula dignitatum, & saepe quos vitia nulla delectant quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subruere facit ambitio criminosos. Habet enim forenses gratiam, domesticum periculum, & vt dominetur alius prius seruit, curuatur obsequio, vt honor donetur.

*1. Tim. 3.*

Quoniam in honoribus multa sunt pericula peccandi (ideo enim S. Paulus ait: Neophytus accens in fide non fiat Episcopus, ne superbiat) prudentes admodum faciant Clerici qui haec pericula frugiunt. Recte S. August. ait: *Locus superior sine quo regni populus non potest etiam si ita teneatur atque admittatur vt decet, non tamen decenter appetitur.* Et B.

*29. de ciu.  
c. 19.*

*4. in li. 4.  
Reg. c. 4.*

Greg. de Saule domilante: *Quia nunc in Ecclesia qui se subtrahant tantis honoribus pauci sunt, qui se ingerant multi, notare qui se ingerunt debent, quia is qui a Propheta absconditus domi dicitur non ad spirituales Ecclesiae dignitatem sed ad saecularem regni gloriam quaerebatur, non enim in Pontificem hunc quaerebant, sed Regem facere volebant. Videat ergo sacerdos quam mente fugiendum sit culmen S. Ecclesiae si culmen saeculi conscendere tam caute Reges fugerunt.* Et: *Sicut is qui inuitatus renuit, quae sitis refugit sacris est altaribus ad mouendus: sic qui vltro ambit vel importune se ingerit est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere quid agit nisi vt crescendo decrescat & ascendendo exterius, interius ad profana decrescat.* Et

*lib. 7. Epif.  
109.*

Et: *Sicut is qui inuitatus renuit, quae sitis refugit sacris est altaribus ad mouendus: sic qui vltro ambit vel importune se ingerit est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere quid agit nisi vt crescendo decrescat & ascendendo exterius, interius ad profana decrescat.* Et

Ille ad dignitatem pastoralis officij debet prouehi qui ad *li. 1. post. ca.*  
 aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur, qui per *10.*  
 pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur sed non,  
 plus quam decet ignoscens, ab arce rectitudinis inclina-  
 tur. Quia nulla illicita perpetrat sed perpetrata ab aliis  
 re propria deplorat? Qui ex affectu cordis aliena infir-  
 mitati compatitur, sicque in bonis proximi sicut in suis  
 prouectibus letatur. Ad dignitatem pontificalis excellen-  
 tiarum recte peruenit qui ita se imitabilem ceteris in cunctis  
 qua agit insinuat ut inter eos non habeat quod saltem de  
 transactis mens erubescat: Qui sic studet uiuere ut pro-  
 ximorum quoque corda audentia doctrina valeat fluentis  
 irrigare. Qui orationis usu experimento iam didicit quod  
 obtinere a Domino qua poposcerit possit, &c. Qui adhuc *c. 11.*  
 desideris terrenis adstringitur caueat ne districti iram  
 iudicis grauius accendens dum loco delectatur gloria fiat  
 subditis auctor ruina. Solerter ergo se quisque metiarur  
 ne locum regiminis assumere audeat, si adhuc in se vitium  
 damnabiliter regnat, ne is quem crimen deprauat pro-  
 prum intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

Cum Dominicus Carthaginensis Episcopus *li. 1. epi. 39.*  
 eidem amice gratulatus esset de Pontificatu, respō-  
 dit, agnoscere se quidem eius integerrimae chari-  
 tatis affectum sed sibi tamen alium longe sensum  
 esse, quoniam ex consideratione eius ordinis me-  
 tem transuerberaret vis doloris. Graue namque, *Nota que-*  
 inquit, est pondus sacerdotij prius quippe sacerdoti neces- *relam, do-*  
 se est ut ceteris ad exemplum uiuat, ac deinde seruandū *lorē & me-*  
 uerentem per ostensa exempla non eleuet, de predica- *tum ponti-*  
 tionis semper ministerio cogitet, intensissimo timore con- *ficus.*  
 siderans quod recessurus ad percipiendum regnum Domi- *Luc. 19.*  
 ni & talenta seruis distribuens, dicat, negotiamini dum  
 venio.

venio. Quod profecto negotium tunc vere nos agimus si uiuendo & loquendo proximorum animas lucrari, si infirmos quosque caelestis regni gaudia predicando in superno amore roboramus, si proteruos ac tumidos gehennae supplicia terribiliter insonando flectimus si nulli contra veritatem parcimus, si supernis amicitias dediti humanas amicitias non timemus, sed ad hoc ego pondus meae firmitatis expauesco, & quod accepto regno paterfamilias redeat rationem nobiscum positurus aspicio. Sed quae

Heb. 13. per  
uigilant ra  
tionem red  
dituri pro  
animabus.

eum mente sustineo cui de suscepto negotio animarum lucram aut nullum aut pene nullum reporto? Idem lib. 1. *Epist. 4.* dolebat & querebat quod uerustā nauē & uehemēter contractā suscepissēt in quā undiq; fluitantes intrarent, & cuius tabulę propter quotidianam & validā tempestatē quassatā naufragiū sonarēt.

*S. Chrysost. ho. 35. in Matt.* Quis ait sapiens uisum subicere festinat seruituti, labori, & periculo tali. Et de Episcopo ait *ho. 3. in act.* Eriam quod alij peccant illi imputatur, si uel vnus tantum decedat non baptizatus nonne totam ipsius subuertit salutem? vnus enim animae perditio tantam habet iacturam ut nulla ratio possit estimare. Etenim si vnus animae salus tanti quod ut ob hanc filius Dei fieret homo, tantumque pateretur cogita quantam poenam eius merebitur perditio. Ne mox hi dixeris, peccauit presbyter, aut diaconus, nam omnium horum crimina redundat in caput eorum qui hos elegerunt.

2. de confid.

Hinc *S. Bern. ad Eugen.* Tu es cui clauis tradita cui oues credite sunt, nec modo ouium, sed & pastorem

*Ep. 237. ad*

tu vnus omnium pastor es: & altiore locum sortitus non tutiorem, sublimiorem, non securiorem &c. Et

*Eug.*

*Ep. 38.*

quendam Card. Iudicium graue iis qui praesunt, si non etiam prodesse laborant. Ne inueniaris in Christi hanc

*Sap. 6.*

ditate querens que tua sunt, sed memor esto semper Apostolici illius: Nihil intulimus in hunc mundum haud *1. Tim. 6.*  
dubium quia nec quicquam auferemus. Quamobrem  
eam que immortalis est animam serua &c.

Cypr. lib. 1. Ep. 2. Fautore quodam, inquit, nocendi  
quanto fuerit amplior summa dignitatis & honorum,  
tanto maior exigitur & usura poenarum.

S. Ambr. de dig. sacer. c. 3. vt lenius est de plano cor-  
rumpere, sic grauius est quod de sublimi ceciderit dignitate,  
qua mira que de alio est grauiore casu colliditur. Honor  
quidem Episcopalis hominib. praclarus est, sed si ruinam  
suscipit, dolor magnus est, magna sublimitas magnam  
debet habere cautelam. Honor grandis grandiori debet  
solicitudo vallari cui plus creditur plus ab eo exigi-  
tur.

S. Hieron. Qu' d eos iuuare poterit Episcopi no- *In ca. 12.*  
men & presbyteri, vel reliquus ordo Ecclesiasti- *Hier.*  
ci cum magis grauentur dignitatib. suis & po-  
tentes potenter tormenta patiantur? Et: Grandis  
dignitas sacerdotum, sed grandis ruina eorum qui pe-  
ccant. Latemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. *In ca. 44.*  
Non est tant' gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris de *Ezech.*  
sublimioribus corruisse.

Hugo ille cuius extant commentaria in scriptu-  
ram vniuersam doctissima ex Dominicanorū or-  
dine ad cardinalatum euectus An. circiter 1230. ū  
ad exitū vite propinquaret ita dixisse fertur: Quā-  
to mallē vel elephantino morbo oppressus in meo paupere  
insituto vixisse q̄ Cardinalis fuisse? Et tamē hic ex o-  
ptimis Card. fuit. Cum. n. aliquando mille Turo-  
nenses libræ (erat eo tēpore grandis pecunia) of-  
ferretur, nō vt aliq̄ d diceret cōtra equitatē, sed vt

Plura exē-  
par. in  
Theatro  
vind. diui-  
ne.

aliquid reticeret quod erat pro equitate, omnino reiecit & auersatus est Damna ex ambitione pro-  
uenientia vel hoc vnicū docet exemplum. Fuit, ut Sanderus l. 1. Schism. Angl. narrat, in Anglia Thomas Volsesus, qui humiliac potius plebeio loco natus cum ad Henrici octavi sacellū obrepisset, deinde etiam regis eleemosynis præfectus esset ita Regis benevolentiam sibi conciliauit, ut Linconiensis primū Episcopus, deinde Dunelarsis, tū etiā Vintoniēsis, simulq; Archiepiscopus Eboracensis, mox totius regni Cancellarius, quæ post Regē princeps dignitas est, postremo Cardinalis & in vniuerso illo regno pōtēticius à Latere Legatus crearetur. Accedebant deinde cōplures Abbatia locupletissima, annuæ pensiones permagna, quotidiana munera ingentia. Accedebat gratia duorū summorū principū Caroli V. Imp. & Francisci Galliarū Regis q. pene ceratim ī hoc hōc sibi deuinciēdo laborabāt, ita vt Carolus sepissime ad eū & amārissime sua manu scribere, & in extrimis litteris eius se filiū & cognatū appellare non grauaretur. Verū cū in super etiā summi Pontificatus cupiditas eū inuasisset, vt se per Carolū id minus consequi posse cognouit, totus in Franciscū conuersus primus omnium impiū illud funestūq; Angliæ consiliū cepit vt Henricū Regē ad diuertitū cum Catharina Caroli matertera faciendum impelleret, hoc quidē animo vt eo ad Gallias nuptias conuerso Regē illum arctius sibi adiūgeret. Itaq; cū in eo efficiendo summā vim ac contētionem adhibuisset: cælumq; & terrā, vt dicitur, miscuisset, hoc quidem quod volebat non obtinuit illud

illud consequutum est, quod nolebat, ut Henricus Catharina relicta alteram sibi foeminam per scelus ascisceret, simulq; & se & totum regnum à fide Catholica à Romanæ sedis obseruantia se-  
lungeret. Nec vero Volsæus, tantorum malorum origo, tantum flagitium tulit impune. Nam paulo post Regis gratia, Cancellariæ munere, altero etiam Episcopatu & palatio, quod magnificen-  
tissime extruxerat, spoliatus, postremo in magna nobilium corona comprehendi à satellitum ma-  
nu iussus, dum in Londinensem arcem trahitur, in ipso itinere, tot miseriarum totq; calamitatum concursu oppressus animam exhalauit. Cuius hoc etiam dictum fertur cum in eo capiendo clamaret satellites, tene illam oblatam Regiam maiestatem, respondisse ipsum. *Vtinam non magis diuinam maiestatis læsa reus essem: nunc autem dum Regi nimium seruo & Deum offendi, & Regis gratiam perdididi.*

*V. Platum  
de off. cand.  
c. 31.*

SIGNVM VI.

*Auaritia infestiss. hostem esse, atque adeo tenacitatis omnem etiam leuiss. suspicionem deuiter.*

**C**hristus cum filius Dei esset, vel in forma Dei, Deo equalis, Rex Regum, & Dominus dominantium exinaniuit se, & formam serui pauperis accepit, in stabulo ut pauper natus, pã-  
nis inuolutus & in præsepio depositus, in sinu  
E 5 paren-

*Phil. 2. v. 6.  
De auaris  
sacer. Mal.  
1. Quis est,  
Etc.  
Eze. 34.*

*Luc. 9. v. 8.* parētum pauperum suo labore & alienis opibus sustentatus ita de se dixit: *Vulpes foucas habent & volucres caeli nidus, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* Pauper deniq; & nudus in lecto crucis mortuus est & in alieno sepulchro humatus. Deniq; pauperes elegit discipulos, eisque auctor fuit vt ad arctissimam totius vite paupertatē relictis omnibus quæ in mundo haberent, vel habere potuissent religione voti se obstringerent, (propterea quod desiderium habendi alias curas officio clerici necessarias absorbet) imo omnib;

*Mat. 19. v. 21.* Christianis consuluit eandem paupertatis perfectionem dicens diuiti adolescenti: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo.*

*Abdias.*

2. *S. Bartholomæus* Apostolus India Rege offerente sibi camelos argento auroque oneratos, eo quod filiam eius ab immundo spiritu liberam reddidisset, nihil prorsus accipere voluit, sibi his nequaquam opus esse dicens, neque ad hoc se venisse, vt munera acciperet, sed vt in Christum credentibus viam adipiscendæ salutis monstraret:

Hæc res non minus quam dictum miraculum impulit Regem vt baptisma suscipere, & relicto regno discipulus Apostoli fieret. Sic nec *Elifæus* dona accipere voluit (4. Regum 5.) Nec *Samuel* (Syr. 46.) nec *Daniel* (cap. 5.) nec *Petrus* (Actorum 8. num. 20.)

*V. Theo. li. 4. c. 10. Niceph. li. 14. c. 20. & 10.*

3. *Iudas Thadæus*, cum *Abagarum* gentis ultra Euphratem positæ Regem graui valetudine laborantem solo tactu sanitati restituisse et magnam

vim

vin argenti atque auri pro eo sibi oblatam con-  
 stanter recusavit: *Si nostra*, dicens, *dereliquimus,* cum de mis  
 nerum con-  
*quomodo aliena accipiemus?* Tantum diuitiarum temptu.  
 contemptum in tam paupere viro Rex admira-  
 tus, non ita cupide paulo ante expetierat sani-  
 tatem, vt tunc Christi suscepit fidem, neq; enim  
 dubitauit veritatem ab eo sincere predicari à quo  
 abierat captatio lucri.

4. Apostolus Paulus de seipso scribit 1. ad Theff.

2. *Neque aliquando fuimus in occasione auaritia,* &c. 1. Reg. 12.

Hinc S. Hier. ep. ad Oceanum. *Auaritiam*, ait, *in Sa-*  
*cerdote vitandum,* & Samuel docet, nihil eripuisse  
 se coram populo probans, & Apostolorum pau-  
 pertas, qui refrigeria sumptuum à fratribus acci-  
 piebant, & præter victum atque vestitum nihil se  
 aliud nec habere, nec vellegloriabantur.

5. S. Ambrosius cœlesti potius, quam humana  
 voce (idque officij omni conatu detrectans) de-  
 lectus Episcopus nil habuit prius quam vt omni-  
 bus sese bonis paternis exueret, vt nudus & ex-  
 peditus nudum sequeretur Episcopum anima-  
 rum nostrarum (Christum) omne aurum atque  
 argentum, ait Paulinus, quod habere poterat,  
 Ecclesie vel pauperibus contulit, prædia autem  
 quæ habebat, reseruato germanæ suæ vsufructu,  
 donauit Ecclesie, nihil sibi quod hic suum  
 diceret relinquens. Idem & sacra vasa ad re-  
 dimendos captiuos liberaliter promenda do-  
 cuit.

6. Hilarion abbas Orioni à quo legionem dæmo-  
 num expulerat, dona immodica secū allata porri-  
 genti, *Nonne legisti,* ait, *quid Giezi, quid Simon passi*  
Hier. in vi-  
 ta Hil. c. 6.  
*sint,*

sint, quorum alter accepit pretium, alter obrulit, ut ille venderet gratiam Spiritus Sancti, hic mercaretur.

V. Locos de  
Simoniacis  
de munerū  
contemptu.

Cumque Orion flens diceret: accipe & da pauperibus, respondit: Tu melius potes tua distribuere, qui per vrbes ambulat & nosti pauperes, ego qui mea reliquitur aliena appetam? Tristi & in terra iacenti, nolite, inquit, contristari sibi, quod facio pro me, & pro te facio. Si enim hæc accepero, & ego offendam Deum, & ad te legio reuertetur. Alteri quem itidem à nequitia spiritu vexatum sanum fecerat decem auri libras offerenti, hordeaceum panem porrexit, dicens: Qui tali cibo aluntur non pluris estimant aurum quam lutum, alius ab ipso curatus cum plurima munera offerret, audiuit dictum Christi: Gratis accepistis, gratis date.

Cap. 8.

Cap. 14.

7. Leo X. Pont. purpuream crumenam quotidie aureis nummis sibi repleti iubebat ad incertas exercendæ liberalitatis occasiones Sacerdotes fraterculos & sacras virgines, quæ intra septa religiose pudicitiam custodirent menstruis subsidiis eleemosynæ nomine iuuabat &c. Iouius in Leon. 10. lib. 4.

Si ciuitas legationem aliquam decernat ad Regem suam de negotio maximo & in quo ciuitatis maxima utilitas aut salus ipsa verferetur, seligat oratores eosque ad hoc ipsum ornet honoribus, augeat comitatu, prosequatur amplissimo viatico, isti vero his omnibus acceptis, cum ad Regem venerint, publice utilitatis obliti propriam quisque causam tractare cœperit, quis non eos clamet infideles & communis boni proditores esse? Eodem modo clerici

clerici tantis facultatibus quasi splendido viati-  
 co instructi, si ad priuata & molumenta & com-  
 moda conuertantur, fidem deserunt, pro-  
 dentque publicam causam & depositum quo-  
 dammodo fallunt. Hinc Sanct. Bernhard. con-  
 tra eos acerbè inuehitur qui cum sint de crucifi-  
 xi patrimonio nimium incrassati, impinguati, di-  
 larati, animarum vel salutem vel ruinam nihili  
 aestimant. *Qui, inquit, Christi opprobria, sputa, fla-*  
*gella, clauos, lanceam, crucem & mortem, hæc omnia*  
*in fornace auaritiæ conflagrant & profligant, in acquisitio-*  
*nem turpis questus & pretium vniuersitatis suis mar-*  
*supiis includere festinant.* Et: Timeant Clerici, ti-  
 meant ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorum quas  
 possident tam iniqua gerunt, vt stipendiis quæ sufficere  
 debebant minime contenti sint, superflua quibus ege-  
 ni sustentandi forent impie sacrilegè, sibi retineant,  
 atque in vsus suæ superbiæ atque luxuriæ victum paupe-  
 rum consumere non vereantur, duplici profecto ini-  
 quitate peccantes, quod & aliena diripiunt, & sa-  
 cris in suis vanitatibus an turpitudinibus abutun-  
 tur.

Sileruus, quem Abrahamus ad vxorem filio  
 suo deducendam misit, herilis sponsæ nullam  
 in itinere rationem habuisset, si indignius eam  
 tractasset, gemmis aut ornamentis spoliasset,  
 quod supplicium meritis esset? aut quem in  
 eum animum habuisset, tum sponsus Isaac,  
 tum Abrahamus sponsi pater? Sic cum Clerici  
 serui Christi sponsi de Ecclesiæ sponsæ commo-  
 dis nihil aut parum cogitant, toti in sua com-  
 moda intenti sunt, aut ex eius quasi spolij orna-  
 re se

Serm. 10. in  
cant.

Serm. 23. in  
cant.

Gen. 24.

De poeris  
auar. V.  
Theatrum  
vind. diu.

re se & ditare student æternum illum sponsum  
grauissime offendunt, itaque ad eius seuerissimi  
tribunal soli & nudi rapti tanquam serui villica-  
tionis suæ rationem vsque ad nouissimum qua-  
drantem reddere cogentur, ubi enim tota vita in  
examen veniet, & iudicium (1. Pet. 4.) incipiet a do-  
mo Dei, scrutabor, inquit Deus (Soph. 1.) Hierusa-  
lem, (Deo dicatos) in lucernis.

Clerici boni, vt suspicionem illiberalitatis vi-  
tent, reddituum procuracionem, aut dati vel ac-  
cepti supputationem per alium, vti suadet S.  
Bern. fidelem ac prudentem curant, vel si vtrum-  
que in vno coniunctim non inuenitur, (vt sit de-  
fidelis & prudens) fidei committunt. Si vero  
nec satis fidelis suppetat malunt minus fidelem  
sustinere, quam ei se labyrintho immergere  
cum & Saluatori Oeconomus fuerit Iudas, & S.

4. de confid. Bern. dicat: Quid Episcopo turpius quam incumbere  
suppellectili & substantiola sua scrutari omnia, scru-  
tari de singulis, morderi suspicionibus, moueri au-  
quaque perditis, vel neglectis? Et Sanctus Grego-

Li. 9. ep. 49. rius: Cum diuinae lectionis testimonio Idolorum serui-  
tus auaritia nuncupetur, quo studio de domo Dei ser-  
lenda cognoscitur, & a quibusdam sacerdotibus, quod ge-  
mentes dicimus non cauetur.

Matth. 16. Si animum in cœlum & cœlestia erigant cle-  
rici facile despicient diuitias. Quid enim pro-  
est, &c. Superioribus diebus cum Provincia-  
lis quorundam Religiosorum pie ad me dice-  
ret: Non colligam meus thesauros iubei: Recte  
nec enim esset venenum conijcere in angustam vestra-  
fam

familiam vel societatem, iuxta illud, Religio peperit divitias, & filia deoravit matrem. Qui operibus tabernaculi præsidebant oblationes superfluas prohibebant, &c. Ex fidelium oblationibus, ait Baronius. Anno Christi 57: Ecclesia ordinis & officia solita victum accipere iam ab ipso Ecclesia nascentis exordio, certum est, imo cum adhuc superstes Dominus munus prædicationis obiret, ex quo quæ dabantur vna cum suis victum capere consueverat. Perseveravit auclufque est idem vsus temporibus Apostolorum ad quorum pedes suorum bonorum credentes oblationem liberam spontaneamque faciebant simulq; deserebant, ex quibus cum ipsi tum cæteri qui egerent, victitarent. At sicut fides est amplioribus spatio propagata, ac proinde sicut Christianorum, ita etiam hæc inferuentium coagmentatus est numerus Clericorum, ita auclufque est pariter maior oblationum proventus, vsque adeo ut Gentilium invidiam, & Imperatorum quantumlibet Christianorum in se odia concitarent, qui verentes ne profusioribus vicuarum largitionibus illi locupletes nimis, filij vero ipsarum pauperes redderentur, eas restringere & cohibere (arbitrio voluntatis potius quam recti iudicij ratione) sæpe conati sunt. Erogabat eas Episcopus cuique Ecclesia ministro, prout opus esse videbatur, sumebat quisque mensuram sportulam. Hinc Cyprianus Clericos sportulantes appellat eos qui hæc victus stipendia ab Ecclesia capiebant, Epist. 66.

Cum Constantinus Magnus Imp. An. Christi 319. immunitatē clericis concessisset, ut ab omnibus muneribus excusaretur, illud accidit ut Decretiones, atq; eorū filij nec nō prædialites nonnulli non

Num. 23.

Ioan. 12.

Iudas &c.

Horat.

Quod satis

est cui con-

tingit nihil

amplius

optet.

Ammian.

Mar. l. 27.

V. Apud

Baron. An.

Chr. 390.

& 370.

Lib. 20. de

Episcop. &

Cler. eod.

Theod.

lib. 26. c.

eodem.

Cypr. ep. 34.

Ex sportu-

lis quas

accipiebāt.

Tanta e-  
rat gloria  
rerum Ec-  
clesiastica-  
rum ut no-  
bilissimi  
Decurio-  
nes cupe-  
rent in cle-  
rum ad-  
scribi.

non religionis amore, sed ut ea amplissima poti-  
rentur immunitate, sese ad clerum transferent.  
Quamobrem cū videret Constantinus eiusmodi  
homines ex religione quæstum quærere, nec  
recto pede (Gal. 2.) ingredi in Euangelium veri-  
tat s, legem sanxit qua prohiberet eiusmodi cu-  
riis obligatos, vitandi oneris causa ad clericatum  
confugere. Idem edictum reperit An. 326. idque  
his verbis concludit: *Opulentos seculi necessitatu  
subire oportet, pauperes Ecclesiarum diuitiis sustentari.*  
Vtinam pecuniæ inhiantes tanquam faci inuti-  
les iusta repulsa à melle Dataria Apostolica ac-  
cerentur.

## SIGNVM VII.

*Beneficia Ecclesiastica seu sacerdotia plu-  
ra nolle occupare.*

Platina.

1. Calistus III. Pont. dum Episcopus esset  
Cardinalis beneficium aliquod in com-  
mendatione nunquam acceptauit dicens se  
sponsa & quidem virgine contentum esse,  
est, Ecclesia Valentina.

2. de Confid.

Bernar. ad

Rubertum:

Quid tibi

blandiris

de dispensa

tione cuius

conscientia

renerur di-

uina sen-

sia ligata.

2. S. Bernar. Eugenio Pontifici scribens: *Nu-  
sum, inquit, tam rudis ut ignorem vos positos dispen-  
satores, sed in edificationem non in destructionem: ne-  
cessitas vrget excusabilis est dispensatio, vbi vtilitas  
prouocat dispensatio laudabilis est, vtilitas dico com-  
munis non propria. Nam cum nihil horum est non pla-  
fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.*

Ex his Diui Bernhardi, verbis Thomæ

Campegius Episcopus Feltrensis in tractatu suo de pluralitate beneficiorum infert: Ne sibi dispensati blandiantur propter superioris auctoritatem quoniam etsi curi sint quoad militantem Ecclesiam ne desuper molestentur & ne poenas incidant iuris positivi, non tamen ipsi, nec dispensans tanquam infidelis dispensator curi sunt in foro conscientiae, hinc D. Albertus cuidam Canonico Coloniae redeunti ex curia cum dispensi. Poteras ire in infernum sine licentia, nunc ibi cum dispensi. (in plural. benef.)

3. An. Christ. 1238. Lutetiae disputatum fuit auctore Gulielmo Episcopo de plura sacerdotia obtinentibus, & tandem decretum determinatum ac constitutum, ut nemo nisi vni praesertim nisi lethali noxa se vellet obstringere, seu neminem sine periculo peccati mortalis duo beneficia posse tenere, quorum alterum sufficit ad sustentationem.

4. Scribunt contra pluralitatem beneficiorum Calixtus, item Dionysius Carthusius, Guilielmus Perardus (vel de petra alta) Episcopus Lugdunensis in summa virt. & vit. to. 2. tract. 4. de auaritia, c. 11. & multi alii. Prohibet eandem concilium Tridentense sess. 24. cap. 17. quod utinam Clerici aureis litteris describerent & obseruarent. Recte enim Picus mirad. in ep. Magna insania Evangelio non credere, cuius veritatem sanguis martyrum clamat, Apostolica resonat vox, prodigia probant, ratio confirmat, mundus recusat, elementa loquuntur, daemones confitentur. Sed longe maior insania est, si de Evangelij veritate non dubitas, vivere tamen quasi de eius falsitate non dubitas.

V. Langbo-  
crucium de  
vita & ho.  
eccl. li. 4. c.  
26.

Annal  
Francorū.

Naucterus.

S. Ber. Qui  
non unus  
sed plures  
in benefi-  
ciis est, non  
unus sed  
plures erit  
in suppli-  
ciis.



5. Contra eandem ambitiosam plurimum beneficiorum cupiditatem militant hæ rationes  
 1. ipsa cupiditas & affectus habendi plura est peccatum. Esaie enim 5. dicitur: *Va qui conuergis domum ad domum, & agrum agro cepulato*  
*Cum infer* &c. nunquid habitabitis vos soli in medio terra? quo  
*nus eorum* modo ergo non erit vix eis qui accumulunt beneficia  
*animas ab* neficia beneficiis, & coniungunt dignitates ad  
*forbebit,* dignitates, & copulant etiam more auarorum  
*plura de-* negotiatorum minimas modicasque præben  
*siderare ces* das maximis, ac si ipsi soli in medio Ecclesie  
*sabunt.* viuere ac dominari deberent? Sanct. Chrysostomus  
 ait: *Nullum malum Deus fecit, sed omnia vasa  
 bona, quoniam bona etiam sunt pecunia, sed non  
 demum si in eos qui possident dominatum non ob  
 neant. Neque enim bona est lux illa qua non delet ten  
 bras, sed eas auget. Neque eas dixerim diuitias qua  
 pertatem non adimunt sed augent. Quare non sunt  
 lum diuitie, sed pauper animus qui diuitias conuertit  
 Rom. 12. paupertatem. 2. Est contra ius naturæ, quod vnus  
 1 Cor. 12. membrum habeat locum in diuersis corporibus  
 Eph. 4. ergo vnus Ecclesie minister in diuersis Ecclesie  
 membrum esse nequit. 3. Eidem iuri naturaliter  
 pugnat quod caput vnus corporis sit membrum  
 alterius, ergo prælatus vel caput vnus Ecclesie  
 non potest esse manus, id est canonicus vel ca  
 tor in alia. 4. Nihil magis natura abhorret  
 quam monstrum: at res monstruosa est, cum  
 qui in vna Ecclesia debebat esse caput, vel  
 culus, residet & officium explet in alia, atque  
 priore in priuat capite, cum eodem tempo  
 in diuersis locis esse non possit. 5. Ius Pontificis*

cum seu Iura Canonica passim prohibent plu-  
 ralitatem beneficiorum, capite Sanctorum di-  
 stinctione septuagesima, & quaestione prima  
 capite Clericus, &c. 6. Ius Caesareum seu le-  
 ges civiles improbant ut quis duas militiae pra-  
 fecturas simul habeat. (qui militare non pos-  
 sunt, l. his quidem, &c.) 7. Quid rationi na-  
 turali magis aduersum quam unum varia Ec-  
 clesiae stipendia in variis & distantibus saepe lo-  
 cis, & quibus varia incumbunt onera in se su-  
 scipere? Cum nulla Resp. humana suos iudi-  
 ces, consules & alios officarios stipendiis in  
 absentia frui & vagari permittrat, & nullus in  
 sua quantumvis ampla & ditissima domo uni  
 ministro absentis salaria plurimum persoluat cur  
 sola domus Dei, Ecclesia Sancta, suo priuatur  
 ministerio? Cur per hanc inordinationem  
 multorum alit accipitres, educat canes, saginat  
 equos, nutrit lenones ac adultores patrimonio  
 Christi dilectissimi sui sponsi quos flagellis,  
 alapis, effusione sanguinis acquiunt? 8. Mul-  
 ta ex hac pluralitat. benefic. s. quantur incom-  
 moda & absurda: Unus qui vix unicum offi-  
 cium (propter quod datur beneficium) potest  
 perficere nec rebus eius necessariam curam  
 impendere, plurimorum sibi vendicat stipen-  
 dia, quae multis literalis, vitae puritate ac bonae  
 fame testimonio pollentibus viris abunde pos-  
 set sufficere, si aequa fieret distributio. 2. Qui  
 in diuersis distantibusque locis possident bene-  
 ficia, eos necesse est vagari & saepe us huc atq;  
 illuc discurrere, redire colligere, negotia, procurare

*In vet. test.  
 leuita qui  
 capiebat in  
 Bethlehenn  
 non pote-  
 rat capere  
 in Hierusa-  
 lem.*

*Cultus di-  
uinus po-  
tius erat  
augendus.*

nunc hic nunc illic aliquo tempore residere, qui  
diuagationem corporis sequitur morum dilu-  
lutio & animi inconstantia. 3. Deus priuatum  
debito cultu, & obsequio quod sibi à pluribus  
impendendum erat. 4. Numerus ministrorum  
Dei Ecclesie minuitur, dum idem plura occu-  
pat ministeria, sicut autem cœlum ornant stelle  
sic Ecclesiam splendidiorem reddunt persone di-  
uinum ministerium puto corde, morum grati-  
tate, animi alacritate, ac mentis deuotione, non  
non voce exequentes & fructus labiorum suo-  
rum altissimo reddentes. 5. Detrahitur honor  
& commodis Ecclesiarum. 6. Hospitalitas debi-  
ta non obseruatur. 7. Iura & libertates Ecclesie  
rum perduntur & negliguntur. 8. Ruinis paten-  
t edificia quæ magnificentia maiorum extru-  
ta. 9. Cura animarum negligitur. 10. Viti-  
orum sibus fomentum præbetur. 11. Voluntas testu-  
torum & fundatorum defraudatur, seu, sicut  
uorum multi quibus hæc stipendia distribu-  
berent condignis præmijs seu sustentationis  
stipendijs, ita defuncti suis suffragijs & ipsi fun-  
datores subsidijs à se intentis priuantur atque  
ratione violatur iustitia, frangitur fides, com-  
mittitur fraus, animæ defunctorum à pœnis  
dius liberantur, à cœli gaudijs diutius suspen-  
duntur, ac per hoc tota cœlestis curia lætitia  
de eorum habent præsentia, spoliatur. 12. Multi-  
gna hinc oriuntur scandala, cum multi patrimo-  
nio pauperis Christi impinguantur, in crassantibus  
dilatantur.

*S. Antonius ait: Querere aut etiam recipere*

male plura beneficia quam Cardinalis status, vel necessitas, vel decencia exigat, peccatum esse, propterea quod hoc nihil sit aliud quam auferre iis qui egent, imo non modo venari superfluas opes, sed etiam oblatas admittere putat esse culpam.

Aluarius Pelargus ait peccari à Cardinalibus cū nimis dilatant redditus occupantes multa beneficia, deuorantes stipendia multorum ministrorum. Quod enim multorum esse debet vni non est accumulandum, licet quo quisque altiori in statu est eo maioris illi sumptus sint concedendi.

S. Hieron. in c. 22. Eccl. asserit eos auare sectari sacra, qui nequaquā illo sunt cōsenti, qui seruiūt altari viuunt de altari, sed postquam ad ministerium Dei accesserint Cræsi diuitias congregant.

Paulus Curtesius iustum volumen de Cardinalatu scripsit ad Iulium II. in illo inter cætera collegit viginti rationes cur omnium Cardinalium redditus debeant esse æquales. Quisnam autem modus Clericorum redditibus statui debeat relinquendum est sapientum arbitrio qui tum dignitate tum dignitatis oneribus perpensis id æquilibrium atque decernant. Tantum illud maneat abundantiam quæ iustos & rectos limites excedat peccatum esse.

Eheu quam multi sunt qui licet multis beneficiis Ecclesiasticis sint non ornati, sed onusti, ut adeo tamen magno ære alieno obruti sunt, ut collati cum ijs qui vnico beneficio sunt contenti pauperrimi, miserissimi, & mēdicitati proximi mihi esse videantur. Cum aliquando vnum ex huius-

p. 3. tit. 21. c. 2.

Natura paucis est contenta. Tim. 6. habetes alim. etc.

2. de planctu Eccl. 6. 16.

V. Theatrū vind. diuina.

lib. 2.

huiusmodi Metaphysico hominum genere amice hortarer vel potius ab ipso peterem, vt ratione opimi q̄ possidebat sacerdotij (si nollet propter alia tua beneficia & officia) ad minimum diebus dominicis rem diuinam vellet peragere, adderemque, me, cum idem sacerdotium per alio me infcio & inuito pro me Romæ esset impetratum, omnium primo quaesuisse & legisse fundationem istius beneficij, cumque ex ea didicissem me illud sine vulneribus consciētiae obtinere posse, Bullam, vt vocant, summi pontificis ab omni mora Dominis qui eam impetrant retinuisse (licet monitus essem vt aliquem ex cognatis eo beneficio ornarem) doleo, & ex animo doleo, tum sacerdotem Dei altissimi mihi laico nihil aliud respondisse quam, fundationis istius litteras esse antiquas. Nam si antiquæ, certe illis satisfaciendum est, non enim propterea, sunt antiquatæ.

## SIGNVM VIII.

*Ad beneficia Ecclesiastica indignos non promouere.*

v. locum de  
ordinib. sac-  
cris.

**M**ilites qui parati sunt ad omnia bella, ne dijudicant sint ne iusta & ratione susceperint, sic & illi qui ad honores, ad gradus ad beneficia ecclesiastica promouent indignos, eos de quibus non satis eis constat an sint digni. Quod enim per se iniustum est, tum multo est iniustius cum alij digniores excluduntur.

## SIGNVM IX.

*Beneficum esse in proximum.*

**B**eneficētia Clericus prope accedit ad Deum  
 cuius natura est semper benefacere. Est autē  
 beneficētia in proximum duplici in genere, vna  
 quæ pecunia & subsidio rei adiuuat, altera quæ  
 opere impenditur, vt dando consilio, eripiendo  
 ex periculis & alijs huiusmodi factis. S. Ambr. ait.  
 Sciopleroque sacerdotes quo plus contulerunt  
 plus abundasse. 2. de off. cō.  
15. 16.

## SIGNVM X.

*Benignum esse.*

**S.** Paulus vult Episcopum esse benignum, non  
 iracundum, non percussorem, (hoc est, ait Tit. 1.  
 Ambr.) manus improbas ad eadem non habeat, 1. Tim. 3.  
 & suspicionibus prauis minime percutiat cōsciē- li. de digni-  
sacerdotali  
 tias aliorum: ab alijs illatas patienter ferat iniu-  
 rias, vt mentis modestiam cunctis hominibus  
 tranquillam demonstret & firmam patientiam  
 cunctis ostendat) & non litigiosum (id est, ait  
 idem Ambros.) Ne per eandem linguam, per  
 quam laudes refert DEO, & diuina libat sa-  
 crificia, litium venena proferat, quia non de-  
 cet de ore Episcopi benedictionem simul &  
 maledictionem egredi, ne per eandem linguam  
 qua DEVS laudatur homo maledicatur,  
 F 4 quia

quia non potest de vno fonte dulcem & amarum  
producere aquam.

lib. 3. de Sa-  
cerdotio.

2. S. Chrysoſtomus docet Episcopum debe-  
re esse ab omni iracundia & furore alienum. He-  
iusinodi, inquit, ingenio pradi, qui ad contumelia-  
rum, incommodum, moleſtum aliquod verbum gra-  
uiter excandescunt, ab Episcopatus cancellis, à sacerdotij clas-  
sibus procul arcenti sunt. Nam Episcopum inedia m-  
me cruciari, extenuarique, tum eundem nudis pedibus  
non ingredi, id certe nihil incommodabit Ecclesia vni-  
uersitati. at vero agrestioris animi ferocitas furorque  
tum domino possessorique suo, tum etiam proximorum  
gentium calamitatum auctor saepe fuit. Atque is qui  
dem qui virtutes illas non prestant, nulla à Deo com-  
minatio, at temere excandescendibus gebenne flama-  
mas aternas Deus comminatus est.

## SIGNVM XI.

*Bibliothecas instituere aut colligere, atque  
de quasi ex armamentariis tela depro-  
mere unde fidei hostes atque ipsa  
peccata confodiant.*

1. **A**lexander Episcopus & martyr instituit  
bibliothecam Hierosolymitanam. 2. Ro-  
mani Pontifices Vaticanam, vti & alteram quæ  
apud Canonicos D. Petri Romæ habetur.
3. Franciscus Ximenius Archiepisc. Toletanus  
& Card. eam quæ extat compluti.
4. Clariss. ille Bessarion Romanæ Ecclesie

Cardinalis, patriarcha Constantinop. Bibliothecam graecam triginta millibus numerum aureorum empram Venetiis extruxit apud S. Marci eodem.

5. Cogitabat Sixtus V. Pontifex se patrem patronumque orbis Christiani, nullumque maius emolumentum in Ecclesiam posse redundare, quam è S. Patrum scriptis & rubricis ad haereses omnes conuellendas, neque ignorabat omnium aetatum Sectarios in id incumbere ut veritatem suaeque sectae repugnantia dogmata studiose expungent, vel ab exemplaribus rejiciant. Bibliothecam instruxit tanta magnificentia in Vaticano loco quem Belvedere nominant, conuerso in eum vltimo antiquo theatro quod illic visebatur, ut omnem non modo eloquentiam, sed cogitationem superet. Ad hanc namque libros omnes intulit è priori loco, nouis auxit, deperditos restituit & marmoream in ea tabulam quae hanc inscriptionem refert appendit: Sixt. Pont. Max. Bibliothecam Apostolicam à sanctiss. prioribus illis Pontificibus qui B. Petri vocem audierunt in ipsis adhuc fugienti Ecclesiae primordijs inchoatam, pace Ecclesiae redita Laterani institutam, à posterioribus deinde in Vaticano ut ad vsus Pontificios pacatior esset translata ubique à Nicolao V. auctam à Sixto IV. insigniter excultam quo fidei nostrae & veterum Eccle-

*v. in apparatu sacro. p. Ant. sessiori rorum Bibliotheca.*

in nos deriuandam toto orbe celeberrimam, ei loco depresso, obscuro, & in salubri sita esset, aucto per amplo vestibulo, cubiculis circum & infra scalis, porticibus, totoque aedificio à fundamentis exstructo, subsellijs pluteisque directis libris dispositis, in hunc editum, perlucidum, seculubrem, magisque opportunum locum exultantibus picturis illustribus vndique ornauit liberalibusque doctrinis & publicæ studiorum vtilitati adcauit,

*Bibl. Alexandrina à ptolomæo Philadelpho 70.000. luminum millibus ditata est.*

6. Cum Ioannem II. Episcopum Hildesheimensem in Bibliotheca sibi commonstraretur rogantem aulici & Canonici in armatum optime instructum deduxissent hisce libris Episcoporum contra hostes defendendum esse dictumque ab eorum auge inquit talem Bibliothecam, nec vix meæ instituto nec moribus congruentem, statimque relicto Episcopatu ad priuatam vitam rediit non multo post Augustæ Vindelicorum factus Episcopus, vbi inter libros, quibus Bibliotheca illa munifice instructa est, tranquille vixit.

## SIGNVM XII.

*Blasphemos dignis pœnis mactare.*

*ho. r. ad pop. Ant.*

*De pœnis blasphem. V. Thantu wind. dio.*

**S**anct. Chrysostomus ad hoc hortatur etiam quemuis Christianum, cum inquit: *Si quem in publico in templo & foro Deum blasphemantem audieris accede, increpa & si verbera infligere oporteat, ne recuses: ipsius faciem alapa percute, conteres os ipsius percussione manum tuam sanctifica. Et si vlli accusaueris*

& si in carcerem traxerint, sequere, & si iudex penas  
 pro tribunali repositas, dic cum libertate quod An-  
 gelorum Regem blasphemavit si enim Regem terra blas-  
 phemantes punire oportet, multo magis Deum contume-  
 lia afficientes commune crimen est publica iniuria, cuius-  
 que volenti licet accusare. Discant & iudei & gentiles,  
 quod civitas saluatores sint Christiani, & curatores,  
 & praesides, & magistri, & discant dissoluti, & perversi  
 quod Dei seruis ipsos timere oporteat & si quis tale lo-  
 qui aliquando eligant sese vndique circumspiciant, ac um-  
 bras timeant anxiantes ne forte Christianus audiens  
 influat & vehementius puniat. Non audisti quid Ioan-  
 nes fecerit? Tyrannum vidit hominem nuptiarum leges  
 subuertentem & cum fiducia in medio fori dixit: Non li-  
 cet tibi habere uxorem Philippi fratris tui. Ego autem non  
 ad tyrannum te duxi, neque ad iudicem, neque pro nuptiis  
 temerarius, neque pro seruis contumelia affectus, sed pro  
 favore in Deum aequaliter castigare deposui, &c. Et: is  
 qui taliter illud fodere, non pro reatibus suis tunc  
 accusabatur, integrum enim depositum reddidit  
 sed quoniam ipsum non multiplicauit, quoniam  
 non castigauit ceteros, quoniam argentum ad nu-  
 mularios non detulit, non increpuit, non corre-  
 xit proximos peccatores inordinatos, idcirco abs-  
 que misericordia in illas intolerabiles penas mit-  
 tebatur.

Mar. 6.  
 Luc. 3.

## SIGNVM XIII.

*Bona Ecclesiastica non alienare, nec consanguineis & propinquis deferre.*

**Q**uia res Ecclesiae ex propria natura alienari non  
 possunt cum humanae conuentioni nullatenus sub-  
 iiciantur.

*Cōceditur  
tamen cer-  
tis urgenti-  
bus casibus  
necessitatis  
maiorisue  
utilitatis  
alienatio.*

*Fulgos l. 4.  
c. 3 Egnat.  
li 4. c. 3.*

*Successor  
male alio  
nata possess  
reuocare.*

ijciantur. v. li. i. septim. decretal. t. 7. c. v. constitu-  
tionem Pauli II. & cap. 4. Paul. IV. cap. 6. Pij. IV.  
I. Clemens IV. summus Pontifex factus Ann.  
1265. ante Sacerdotium coniugatus Bononiæ le-  
gum doctor atque professor, cum duæ eius filia  
ex legitimo matrimonio susceptæ adhuc innuptæ  
dotem ab illo pererent præsentî dignitati pater-  
næ conuenienter respondit, *Papam non habere fi-  
lias, sufficere illis debere patrimonium totum illis reli-  
ctum*, atque ita inanes dimisit, seu (vt ait P. Pla-  
tus de Card. ca. 25.) alteri filia vt in monasterio  
collocaretur 30. libras Turonenses, alteri vt nu-  
beret trecentas numerari iussit, ea lege vt aqua-  
lis conditionis, viro nuberet Nepoti nihil ipse  
vnuquam dederat, sed Gallia Antistites in gra-  
tiam Pontificis tres contulerant in eum Canoni-  
catus, multis deinde roganibus vt aliqua eum  
dignitate cohonestaret non modo nunquam ad-  
duci potuit, vt illud faceret, sed eum etiam com-  
pulsit & coegit, vt ex tribus illis beneficiis vnum  
quod mallet retineret, reliqua resignaret. Ali-  
quanto post obitum eius repertum est hoc Breue  
ad nepotem Petrum Grossum in cœnobio Do-  
minicanorum Barchinonensi: *Multis de nostra pro-  
motione gaudentibus, nos soli sumus qui certius immi-  
sitationem oneris experimur. Et idcirco quod aliis gau-  
dium, nobis metum subministrat & fletum. Sane, vt  
scias qualiter his auditis debeas de habere, scire te vo-  
lumus quod humilior solito debes esse. Neque enim quod  
nos vehementer humiliat debet nostros extollere, ma-  
xime cum honor huius seculi momentanius sit, & sicut  
ros transeat matutinus. Nec ad vos, nec fratrem tuum,  
vel ex aliis nostris aliquem venire volumus sine nostro spe-*

ciāli mādato, quia spe sua frustratus, si secus venire praesumeret, oporteret ut rediret confusus. Sed nec in sororia nuptiis gradum queras propter nos altiore, nec enim nos haberes propitios, nec in aliquo adiutores. Si tamen eam filio militis simplicis desponsaueris in tercentū libris Turonensibus tibi proponimus subuenire. Et si aliter quaesueris nec à nobis denarium speres unū. Et hoc ipsum secretū esse volumus, & tibi & matri solummodo notum esse. Illud etiam scias quod nullam nullamque de sanguine nostro sub nostra sublimitationis obtentu iustari volumus. &c.

Ann. 1334.

2. *Benedictus XII.* Pont. nullum ex suis propinquis ad vllum Ecclesiae munus accersuit, solebat enim dicere, Pontificem non habere propinquos.

3. *Nicolaus IV.* Pont. in cognatos & affines ita semper affectus fuit, ut ijs nihilo se plus debere diceret quam cuius bono, itaque hoc quasi domestico vinculo expeditus eo facilius omnes suas curas in communibus Ecclesiae commodis curandis defigebat.

Ann. 1288.

4. *Laurentius Iustinianus Patriarcha Venetus* rogatus à consanguineo quodam non ita paupere ut pecunia eum iuuaret in filiae dotem, respondit Confidera quæso frater, si parum dederō non est quo opus habes, si multum, defraudauerō multos ut vni satisfaciam, & præterea quidquid illud est quod est ad cibos potius pauperū quā ad intortos crines aut margaritas ab Ecclesia traditū est.

Hoc est publica non privata commoda querere.

Publica priuatis anteferenda bonis.

5. *Euectus* erat sacerdos quidam præter omnem expectationem ad Episcopatum. Affines tā in prospera eius fortuna exultantes non magis officij causa quam emolumentī spe ad congratulandum

landum confluebant. hic nepotem, ille patrum  
 alius sororium se esse, dicentes ille, vero ab illo  
 ferio perquirens quot annos nati essent, cum  
 tem singulorum obseruasset: *Et quid hoc monstrum  
 est, inquit, trium dierum spatium tot mihi natos esse, quod  
 nudius tertius à nemine vestrum agnoscebar? Caterum si  
 Episcopi amici esse velitis, qui sacerdotis esse renuissimam  
 sic habetote, sacerdotem vestro destitutum auxilio  
 nrope ad Episcopatum promotum esse, Episcopum vero  
 Melchisedechi exemplo absque patre & matre suum  
 nullos priuatos agnoscere amicos, nec pietati religio-  
 que consecrata bona in consanguineos transfusurum.*

6. *Vrbanius VII.* Pont. pecuniam quam Cardini-  
 lis parsimonia & moderatione sua collegerat  
 propinquis (quos multos & tenues habebat) &  
 virginibus collocandis reliquit.

7. *Adrianus VI.* Pont. difficulter cognatos ad be-  
 neficia prouehabat, non quia eis candide non fa-  
 ueret si idonei fuissent, sed quia, ut dicere solebat  
*adificari Sion in sanguinibus* nollit, hoc est, quia  
 sacris respicere necessitudines natura nollit, &  
 quæ ibi locum non haberent. Quinimo in ijs et-  
 iam in paribus dotibus, aliorum potius quàm suo-  
 rum rationem habiturus videbatur proinde le-  
 teris magnatum quorundam inferioris Germa-  
 niæ sollicitatus ut quædam propinquum suum ad-  
 lescerent & forma & ingenio præstantem, qui tum  
 magister philosophiæ creatur studia altiora Lou-  
 nij sequebatur galero Cardinalitio ornaret, ne-  
 quaquàm voluit. Patruelis filium, ait P. Plat., in Sen-  
 Gymnasio literis studentem, quod non vocatum  
 Romam venisset confestim meritorio equo in-  
 poli

de offic.

Card. c. 15.

positum remisit, & alios satis arcta affinitate con-  
iunctos qui ex Germania ad eum accurrerant,  
cum singulis sagum laneum & mediocre viaticū  
donasset, pedibus item, vti venerant, reuerti  
iussit.

8. *Cælestinus V.* vt narrat Aluarus cum audisset fratris filium in curiam venisse eijci statim iussit, & cum multi Cardinales deprecatores se interposuissent, multo labore & præcibus hoc ad summum impetrarunt, vt ei simplex ac tenue quoddam beneficium concederet quo accepto statim ille remissus est domum.

9. *Marcellus* Pontifex factus neminem suorum Roman venire passus est, ne fratrem quidem Alexandrum, cuius etiam filios duos quos ipse Rome educabat à nemine saluari, raro in publicum nec nisi ad sacrum fere audiendum prodire permisit. Narrat etiam Onuphrius, qui fuit ei, familiarissimus, eiusq; intinia consilia norat, fuisse ei deliberatum & fixum tantum fratri eiusque liberis largiri quantum nobili alicui eo loco nato habere conueniret, non tamen vt ultra priuatam conditionem se efferrent, nec ad vilam proueherentur dignitatem, imo vero de Ecclesie fructibus ne altem quidem donare constituisse, nisi ex Cardinalium omnium sententia.

Quia S. Vdalricus Episcopus Augustanus Adelberonem nepotem suū in successore studuit promouere per visum ad Dei tribunal raptus dicit se ob hoc studium erga nepotem ad purgatorum esse condemnatū (seu pœnis purgatorijs manci-

lib. 2. de  
planctu  
Eccl. ca. 15.

*Tō. 10. ann.* mancipandum. Plane vnus duntaxat Iesu Christi  
*Ch. 971.* filij Dei (ait Baron) fuisse in diuinis scripturis le-  
*Ioan. 14.* gitur gloriatio: *in me nō habet quicquam* (princeps  
mundi.) Reliquorum vero (eiusdem Iesu Chris-  
*1. Ioan. 1.* ti Deigenitrice Maria excepta) etiam ipsorum  
Apostolorum vera est, confessio: *Si dixerimus*  
*3. Reg. 8.* *quoniam peccatum nō habemus ipsi nos seducimus.* Nō  
est homo quamuis sanctissimus qui non peccet  
licet aduersus peccata bellum iurauerit sempiternū,  
ea detestans, damnans, cauēs, fugiēs, abomi-  
nans, infectans, ac puniens. Fallax diabolus anti-  
quus hostis, decipiendi arte versutus, quos aper-  
to Marte frustra se aggredi posse cognoscit, de lo-  
ge, specie ostensa recti, fallere sanctos nō frustra  
laborat. Ecce tibi sanctissimus Vdalricus anno  
natus 81. & proxime moriturus, ablegare cupiens  
*Nota qui-* secularia à se negotia quibus semper carere de-  
*bis armis* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*diabolus* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*pugnet cō-* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*tra sanctos.* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*2. Tim. 2.* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*ca. 24.* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*S. Vdalrici* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*testatur,* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*fuisse doctum,* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*in seruitio* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*De quo e-* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*studiosum* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*in bonis* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*operibus* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*strenuum,* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*in di-* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*scipando* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*eloquentem,* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*in donando* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*largum,* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*com-* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*patientem* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*aliorum* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*molestijs,* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*ad mileros* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*suble-* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*uandos* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*festinum,* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*atque* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*multis* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*virtutibus* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*et* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus  
*multis* re rebus diuinis mancipatum monet Apostolus

mulatum. An non tot tantisque pollens virtutibus, etiam si fuisset extraneus, erat ab eo successor oprandus & dum vlueret coaptandus? eo- que magis quod cum Reges manus iniecissent in Episcopatus, saepe contingeret è militia saeculari, militantes inquam in Palatina militia sese obtudentes in Episcopos eligi. At laudauerit ista homo, atque iuste probarit, adeo autem impro- bato imo & punita admodum seuera fuisse scimus in primis Adalberone morte repentina ex hac vita subducto, ipsi vero Episcopo non nisi expia- to peccato digno sanctorum consortio iudica- to.

At ubi culpa dices, quam necesse est precedere poenam? nouit eam ipse cum ante diuinum il- lud terrificumque tribunal vocatus audiuit eam quam & ipse in se reuersus astantibus patefecit, dicens: *Quia secundum desiderium suum consentie- bam ei, nolunt me impunitum in suum recipere con- sorsium.* Quibus indicatum est, non spiritus, sed fuisse carnis illum impulsus, vt nepotem eligeret successorem seu sibi surrogaret, illo petente, obnixaque petente, & a viro san- ctissimo & timetandem assiduis precibus extorquente, quem ex hoc aestimare debuisset indignum, dum illud peteret, quod refugit omnis dignus. Po- tentissimum diaboli solum est, amor affinium, quo etiam sanctos appetit, quia *nemo carnem* Ephes. 5. *in diuina odio habet sed nutrit & fouet eam.* Eam au- tem pie odisse nos debere monuit Dominus si- Luc. 14. *subleues suos seque ad bellum gerendum aduersus* Matth. 16. *eos gladium ministrasse testatus est, adeo vt*

G euadat

euadat, nemo nisi qui eos non sibi propinquos  
sed inimicos esse intelligat, & in eos, vt in hostes  
arma spiritualia comparet, quibus non obstitit,  
profit, eoque remedio se suoq; lucretur, per  
vero se cum suis, quibus indulgear.

Regula Canonorum ipsis in Concilio  
quisq; præscripta, ait, cap. 116. Res Ecclesie  
sunt fidelium, pretia peccatorum & patrimonia  
perum; fideles namque fidei ardore & Christi amore  
censo ob animarum suarum remedium & celestium  
tria desiderium suis propriis facultatibus sanctam  
pletem fecerunt Ecclesiam, vt his & milites (nisi)  
Christi alerentur, & Ecclesia exornarentur, pa  
res recrearentur, & captiui pro temporum opportu  
tate redimerentur. Quapropter vigilantia ac  
cura prouidendum est, his qui eius facultates ad  
ministrant, ne eas in suos solummodo vsus conuertant  
&c.

Magna certe est dementia, magno suo damno  
alijs vtilitatem comparare, & quidem suo  
tuali damno, eoque æterno, vtilitatem cogit  
emere temporalem & breuem. Recte ergo  
Hieron. Moses cum posset successores principum  
filios suos facere & posteris suam velut heredi  
tariam relinquere dignitatem, non hoc tamen  
legit, sed Iosuem ex aliena familia, atque etiam  
aliena tribu, vt disceremus has dignitates non  
gaini deferendas, esse sed vitæ, &c. Et Conc. Carth.  
3. statuit vt quæ Episcopus vel quæ Clericus ex  
pere ditior factus emisset ex bonis Ecclesie  
Ecclesie cederent, nec illo in quemlibet quo  
titulo transferendi eidem facultas esset.

In c. 1. ad  
Tit.

Cap. 49.  
Ecclesia si  
bi vendica  
bit qua Cle  
ricus ex re  
bus Ecclesie  
bona qua  
stia.

Adhæc est communis sententia (ait Binsfeld. in Pastoral. c. 13. p. 4.) Doctorum Clericos habentes Ecclesiastica beneficia, si fructus honestam & dicentem sustentationem excedentes expendant in viis profanos aut illicitos, & ad delicias, voluptatem, aut pastum, aut ut consanguineos & amicos ditiores reddant, aut augeant, si notabilis sit excessus mortaliter peccare.

*Quidquid  
habent Cle-  
rici paupe-  
rum est, V.  
Binsfeld.  
Concl. 8.  
1. de off. c. 3.*

S. Ambros. ait ad Clericos: Melius est, ut ipse tuis saluentis quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, non tamen ut illi ditiores fieri velint ex eo quod tui conferre potes in opibus: Neque enim propterea te Deo distulisti, ut illos ditiores facias, sed ut tibi vitam perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata tua redimas, putant se parum postulare, pretium suarum bonarum vitam tuam fructum adimere contendunt, & accusant quod eos ditiores non feceris cum te velint æterna vitam mercede fraudare.

Canon Apostolorum 37. est: Omnem negotiorum Ecclesiasticorum curam habeat Episcopus, & ea, quæ Deo contemplante, dispenset, nec ei liceat ex eis aliqua omnino contingere, aut parentibus propriis, aut Deo sunt condonare. Quod si pauperes sunt tantummodo pauperibus subministret, ne eorum occasione Ecclesie depraudentur.

Etiam Concilium Tridentinum interdicit, Sess. 25. c. 2. de reform. ex redditibus Ecclesie Clerici consanguineos aut familiares suos augere studeant, & iuvet, ut omnem humanum erga fratres, nepotes, propinquos, carnis affectum, unde multorum in Ecclesia malorum seminarium extat petitus deponeret.

*Copiosus  
hac P. Plat.  
de off. card.  
c. 24.*

Potest tamen Clericus de bonis Eccles. & re & dotare sororem aut consanguineum quod eget, & non habet aliunde, imo & filias quando aliunde non habet, in quo tamen seruare moderationem. Cum quanto timore na Ecclesiastica sint distribuenda, cum periculo possideantur & congregentur, ac maximo discrimine salutis propriae & alienae morte relinquuntur, de eo consule Scholastici Theologi disputant & accurate tractant hanc quaestionem, an qui Ecclesiasticis fructibus fruuntur eorum fructuum ac prouentuum sint domini, an vero vsus tantum eis sit conce- Certe si dominium non habent nihil sunt quam administratores qui non possunt ad libitum profundere, aut cui volunt, sed ut rem alienam caste sobrieque dispensent, vero dominium habent, tamen ea quae vitui superflua sunt in pauperum alimenta di oportet, cum ad huc finem redditus tuti. Non solum autem cum extrema necessitas (haec enim vel saeculares ipsos sed simpliciter in egestate pauperibus oportet. Fas igitur non est ista superflua ad suas vel suorum diuitias cumulandas, rum statum augendum & promouendum. Urbanus Pont. Res, inquit, fidelium qua Christianorum fratrum vel indigentium conuer- vota sunt fidelium, & pretia peccatorum & pauperum. Quare pro certo habendum est se omnino clericum sine magna culpa ex

fisticis opib. propinquos suos locupletare. Quo  
 circa S. Anton. Non thesaurizent, inquit, nec tribuat  
 sanguineis plusquam indigent, & plusquam eis con-  
 grui. Andreas Barbatius in libro quem scripsit ad  
 Bessationem Card. sentit, quidquid Cardinalis ac-  
 quirat ex Cardinalatu acquiri Ecclesiae, nec dona-  
 re posse nisi exiguam partem. Quod si ex ea pecu-  
 nia emerit bona, illa bona Ecclesiae deberi, imo  
 vero si in ipso paterno solo edificaret, non tantum  
 id quod edificauit, sed etiam totum ipsum Eccle-  
 siasticis sit cedere. Addit hoc eo certius esse si quis eo te-  
 pore quo ad Cardinalatum prouectus est non ha-  
 buit propria bona, si vero dubium sit an habuerit,  
 sunt etiam praesudicium esse pro Ecclesia. Disputat etiam  
 summus Pontifex concedere possit Cardinali  
 ut, erogandi facultatem de rebus ex Cardinalatu que-  
 ritis, multaque adfert cur non possit, quia cum haec  
 bona Ecclesiae sint, non debet ea suo iure priuari,  
 quod si concedat, ita intelligi debere ad pias so-  
 ciales causas & ad eleemosynas faciendas, siue ad  
 remunerandos benemeritos, non autem ad lo-  
 cupletandos propinquos.

P. 3. tit. 21. c. 2.

De Card. p. 1. q. 11.

Part. 1. q. 3.

Part. 1. q. 4.

C. quisquis 12. q. 2.

Ut paupe- ribus parti- culam ali- quam liceat cognatis dare.



ni subiaceat. Et (cap. peruenit, i. q. 3.) Quicumque  
Episcopus decimas & oblationes laicis confert, & fami- rates,  
lis, vel. quod grauius est, consanguineis, inter maxime trimor-  
bareticos & inter Antichristos, non minimus habet quocum-  
tur. Concilium Tridentinum, vult vt hie idem  
gnati pauperes sint ij, vt pauperibus distribu-  
tur.

2. de off. c. 30

Certe pauperes cognati etiam aliis pauperibus  
profertur & possunt & debent. S. Ambrosius  
vt nec deferantur cognati cum opus est, nec  
detur quam opus sit. Est etiam illa, inquit, proba-  
liberalitas, vt proximo: feminis tui non despicias si  
cognoscas. Cum autem graui tuo damno ex bo-

Necessaria  
vita.  
Necessaria  
persona.

Ecclesiae aliis benefaciat Clericus, videndum  
subleuetur necessitas, non vt expleatur cupi-  
tas.

Potest subuenire cognatis, non solum  
non habuerint vnde viuant, sed etiam si non  
buerint, vnde decenter viuant & conuenienter  
loco & conditioni suae, modo in eo ipso quocum-  
gentibus suis benigne fecit, meminere non  
tural amore propinquitatis duci ad benigne-  
ciendum, sed studio Christianae charitatis. Neam pe-  
qui hoc naturae duntaxat affectu impellitur, non ob-  
dit meritum apud Deum. Potius igitur, quae hoc  
facit faciat ex vera charitate, vt sit vera elemosina  
na, ne diuina mercede frustretur.

4. de conf.

Sanctus Bernhardus de Cardinalib. loquitur  
Qui, inquit, non de dote viduae & patrimonium  
crucifixi se vel suos ditare festinent. Viduam vocatis  
Ecclesiam, quasi orbam suo sponso Christiane

qui in caelum abiit, eius autem dotem, facultates, quibus illa instructa est, quas etiam patrimonium Christi appellat, quoniam haec quoque bona Christi sanguis adeptus est: ideo *Hom. Ecce* ut sic idem Sanctus Bernhardus: De altari, inquit, nos reliquit, *nos reliq.*  
 non superbiat, non luxurietur, denique non ditetur, nec, contra sancti cuiusdam plane dignam omni acceptione sententiam, ex clericali ditior fiat. Non sibi de bonis Ecclesiae ampla palatia fabricet, nec loculos inde congreget, nec in vanitate aut superfluitate dispergat, non extollat de facultatibus Ecclesiae sanguineos suos, aut neptes (ne filias dixerim) numerum tradat.

Sanctus Hieronymus: Amico, ait, quippiam aperire furtum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium est, ac episcopi quod pauperibus erogandum sit & esurientibus plurimis, vel cautum esse aut timidum, aut, quod si non periculis sceleris est aliquid inde subtrahere omnium rationum crudelitatem superat.

Si quis sibi ipsi totum mundum acquireret, animam vero perderet, stultissimus esset ac demerentissimus. Quanto ergo dementior, qui vitam suam perdit, aut periculo perdendi, se exponit, non ob suam, sed ob alienam vilitatem? Nonne hoc faciunt etiam illi qui beneficia sua mature resignant cognatis, ut de manu in manum transferantur, nec unquam ex illo domo exeant, ut loquitur Psalmo dicitur: *Hereditate possidemus sanctuaria Domini Dei.* Boni certe Clerici despiciunt peccatorem propinquos, quos sciunt DEO misericordissime esse charos & laudant promouent-

*Bern in vi-  
ta S. Ma-  
lach.*

*Epist. 43.**In Euang.  
hom. 38.*

que duntaxat Deo acceptos Greg. Naz. in testimonio Alyplanam Gorgoniae sororis suae filiam mulierem frangi esse ait, sibi que ob id charitativam praedicat, despectis reliquis eius duabus sororibus Eugenia & Nonna iuxta illud Psalmi 14. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius (viri boni) malignus, timentes autem Dominum gloriosum.* Sanctus Hieronymus sororem suam virginem lapsam, sed ad poenitentiam revocatam esse ad Chiomatium & collegas scribit S. Greg. Papa lapsa Gondiana virginis amicitiae suae ad populum pro conclone agit.

## SIGNVM XIV.

*Bona ex rebus Ecclesiae quaesita in pauperes erogare.*

*Epist. 2.**Hier. 12.*

**C**um reddita pace Ecclesia ubique bono afflueret, complures ex ijs, qui eadem ministrabant pietatem convertentes in quiescentem, tepescente in eis sanctitatis vitae studio vel cura pauperum frigescente, colligendi deliciae tantummodo ardore flagrant, agrum agro iungentes & domum domui copulantes hos plane fugillat S. Hieronymus, hos utroque admonet Nepotianum, cum ait: *Obsecro te, & repetes iterumque, iterumque monebo, ne officium clericus genus antiquae militiae putes, id est, ne lucra saecularis Christi quaeras militia, nec plus habeas quam quando mundanus esse coepisti, & dicatur tibi, clerici eorum non praesentem*

rini eis. Nonnulli enim sunt ditiores monachi quam fue- Ecclesia  
 rant seculares, & Clerici qui possident opes sub Christo ingemiscit.  
 pauere, quas sub locuplete & fallaci diabolo non habue-  
 rant, ut suspiraret eos Ecclesia diuites quos mundus tenuit  
 ante mendicos. Et: Negotiatorem Clericum & ex inope  
 dittem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem  
 fuge. Cum vero ad eiusmodi negotiatorum po-  
 tentius dicendorum quam Clericorum auaritiam  
 compescendam segniores essent Episcopi legis  
 vindices, & ipsi interdum eodem morbo lague-  
 rent, merito Episcopus Romanus ad vendicandam  
 eiusmodi ex bonis Ecclesie partas ac male con-  
 gestas opes per prouincias consuevit mittere ex-  
 actores, quos nominant collectores de quorum  
 importuna exactione cum multi querantur ait  
 Baron. hoc facile vitabunt, & prudenter arte de-  
 ludent qui bona Ecclesie quae supersunt non co-  
 gregarint, sed in pauperes erogarint. Habitan-  
 tes enim in terra saluginis (pauperes) clamorem no-  
 audient exactoris. Lutherus autem edidit Anno  
 1523. libellum quo principes prophanos hortat-  
 ur ut omnia bona Ecclesiastica ad se trans-  
 ferant & in suos vsus conuertant. V. Tho-  
 mam Bozium de signis Eccles.

tom. 1. lib. 12.

ca. 13.

Hac Baro.  
 to. 5. Anno  
 Christi  
 397.

Lib. 39.

V. locum de  
 Eleemofy-  
 na.

G 5

S I-

## SIGNVM XV.

*Breuiaria quibus diuina laudes recitantur, & lectiones sacrarum scripturarum ac vita sanctorum siue earum commemoratio- nes continentur, tanquam uxores spirituales ardentissime a- mare.*

**A**D honestatem enim & munus proprium Clericorum pertinet vt multo amplius q̄ plebei vacent precibus iisque certis & secundum certa tempora distinctis. Nam & in veteri testa- mento, Leuitæ soli (qui typum nostrorum Cleri- corum gerebant) Psalmis decantandis vacabant vt patet ex c. 15. & 16. li. 1. Paralip. in testamento nouo (vt liquet ex c. 6. act.) Apostoli posthabita reu- temporalium sollicitudine orandi officium & cõ- cionandi sibi tribui voluerunt, Nos inquentes orationi & ministerio verbi instantes serimus. Sicut enim nõ omnium sed certorum Ecclesiæ Dei mi- nistrorum est verbum Dei publice exponere po- pulo, ita conuenit etiam certos homines sacros institui qui vacent publicis precibus habendis diuinoque officio celebrando. Si enim Resp. ci- uilis certos asciscit milites qui pro tuendis vrbis manibus noctu diuque vigilent & excubent, cur non & spiritualis vel Ecclesiastica Resp. pub. deligat sacros milites qui similiter nocturnis di- urnisque horis vigilent & armis spiritualibus ac-

fida-

fiduarum precum incursum hostium spiritualium  
 auerant? maxime eum Dominus ipse dicat: *Super Esa. 62. v. 6*  
 muros Hierusalem constitui custodes tota die & nocte,  
 in perpetuum non tacebunt. Ad quæ verba scribit S.  
 Hieron. Qui custodes (pastores Ecclesiæ) nec die-  
 bus debent nec noctibus tacere, sed semper Domini cle-  
 mentiam deprecari, ut grex illius & muri Hierusalem  
 custodiantur & valentur eius auxilio. unde & ad eos ille  
 custodes atque doctores sermo dirigitur: O vos qui recor- *V. locos de*  
 damini Domini, eiusque clementiam die ac nocte precib. *horis Ca-*  
 fatigatis cauete ne vnquam in ore vestro fileat oratio, *nonicis, &*  
 Hæc S. Hieron. *de Oratio-*  
*ne.*

SIGNVM XVI.

*Calumnias non leuiter contemnere,  
 nec præter modum reformi-  
 dare.*

**N**ulla enim, ait S. Chrysostr. res magis famam au- *Lib. 5. de*  
 gere seu bonam seu malam quam vulgus incom- *sacerd.*  
 positum, ut quod audire & eloqui temere soleat, nulla  
 pro suo veritatis habita ratione. Si quis ob populi dicta a-  
 nimio statim deiici cœperit, nã is nihil vnquam quod gene-  
 rosam admirandumque sit parere poterit, siquidem me-  
 stitia, itemque cura ac sollicitudines perpetuæ, animi  
 vires maxime possunt prosternere.

S. Bern. Ego plagis conscientie meæ nullum iudico *Ser. de filio*  
 accommodatius medicamentum probis & contumeliis prodigo.  
 non est proinde quod permouear homuncio omni appro-  
 prio dignus & despectione.

S. Aug.

2. Confes. c.  
2.

S. Augustinus Tu Domine semper aderas misericorditer fauens & amarissimis aspergens offensionib. omnes illicitas iucunditates meas.

Lib. 3. Ep. 9.

S. Cyprianus; magis optamus & cupimus contumelias & iniurias singulorum clementi patientia vincere quam sacerdotali licentia vindicare.

## SIGNVM XVII.

*Horas Canonicas quotidie religiose & cum deuota cordis attentione tanquam persum seruitutis sue persoluerere.*

dist. 29. c.  
fina.

**I**N variis Episcoporum Synodis variæ leges late sunt de diuino officio à Clericis certis horis peragēdo. I. Synodi Toletanæ primæ verba sunt: Si quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet Clericus Ecclesie deputatus, si intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo Ecclesia est, & ad quotidianum psallendū officium matutinis vel vespertinis horis ad Ecclesiam non conuenerit, deponatur a Clero, si tamen castigatus veniam ab Episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

Cap. 131.

Patres Concilij aquisgranensis prescripserunt se Canonice Regulā.

2. Regula Canonicis in Concilio Aquisgranensi 1. sub Ludouico Imp. 1. anno Domini 816. prescripta (quam nostra Cathedr. Ecclesia monast. habet manuscriptam) *scrudeant*, ait. *summo prece Canonici predictas horas vigilantissima cura custodire, & in his diuinum officium humiliter ac deuote persoluerere.* Mox enim ut datum fuerit signum festinato omne

ad Ecclesiam conueniant, qua non pompatice aut inho-  
 nelle, vel in composita, sed cum reuerentia & Dei timore cil.  
 mediantur religiosissime illic standum & psallendum  
 est. Omnes ab otiosis sermocinationibus auditum pariter  
 castigent & lingua, in Ecclesia cum timore & veneratio-  
 ne stantes aut orent, aut cantet, aut legant, aut audiat. secularium  
 Laudes Deo in communi persoluentes, pro suis populorū-  
 que oblationibus viuunt, delictis Dominum exorent. De-  
 bent quoque iuxta Apostolum primo omnium ab his fieri  
 obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actio-  
 nes, pro omnibus hominibus. Caueant etiam ne pro requie  
 sibi in locis diuino cultui mancipatis concessa otio tor-  
 peant, sed magis in persoluedis diuinis laudibus prom-  
 ptiores ac deuotiores existant, & per hanc quietem bene-  
 ciprantes ad eam quae sine caret peruenire valeant. Qui  
 vero has horas frequentare, & in his (vt dignum est) caele-  
 ste neglexerit officium persolvere digna inuectione corri-  
 piatur, vt & ipse emendetur, & caeteri timorem haben-  
 tes huiusmodi negligentia caueant. Qui segniter aut  
 corde ad matutinum aut ad aliud quodlibet diuinum  
 obsequium peragendum occurrerit, dignum est vt non cū  
 aliis in choro sed omnium vltimus, aut certe (vt erubescere  
 discat) in loco huiusmodi negligentibus a Pralatis  
 constituto stet, foris vero nullatenus remanere praesumat  
 ne otio aut fabulis vacet, & a Dei laudibus penitus alie-  
 nus existat. Psallentium in Ecclesia Domino mens con-  
 cordare debet cum voce vt impleatur illud Apostoli (1.  
 Cor. 14. v. 15.) psallam spiritu, psallam & mente. Quonia  
 quamuis vbiq; Dominum per potentiam, praesentiam,  
 & essentiam diuinitatis nouerimus esse, praecipue tamen  
 eum, cum diuino assistimus officio per gratiam nobis cre-  
 dimus adesse, de qua re Beda venerabilis presbyter in ex-  
 posit.

V. To. 3. C8  
 Omnia fere  
 collegia Ca  
 non. nunc  
 fundata  
 sunt secun-  
 dum hanc.  
 Regulam.  
 c. Tim. 2.

Preparat se  
 ad diuinū  
 officium hu  
 militate  
 & contri-  
 tione. Ter-  
 ribilis est  
 locus iste  
 vt canit  
 Ecclesia.  
 Conueniat  
 ad Ecclesia  
 antequam  
 officium sit  
 inceptum.  
 Ca. 132.

posit. Euangely Luca ita dicit: Non late, crebro Angelus electis inuisibili adesse presentia, ut eos vel ab hostibus laedi defendant insidiis, vel maiori celestis desiderij gratia susollant, Apostolo testante qui ait. Nonne omnes adstratorij spiritus sunt? &c. maxime tamen Angelici spiritus nobis adesse credendi sunt cum diuinis specialiter incipiamur obsequiis, id est, cum Ecclesiam ingressi vel in orationibus sacris aurem accommodamus, vel psalmodiam operam damus, vel orationi incumbimus, vel etiam missarum solemnia celebramus, vnde ait Prophet.: in conspectu Angelorum psallam tibi. Nec dubitare licet vbi corporis & sanguinis dominici geruntur mysteria supernorum ciuium adesse conuentus. vnde studendum est solertiter, cum Ecclesiam vel ad diuina laudis debita soluenda, vel ad agenda missarum solemnia intramus, semper Angelicam presentiam memores cum timore & veneratione competenti celeste compleamus officium. & ne si (quod absit) id negligenter aut inhoneste, vel tepide expleuerimus, & ad perficiendum pigri aduenerimus, in sententiam quae dicitur: Maledictus homo qui opus Dei fecerit negligenter, miserabiliter labamur. Ergo solerti industria nobis obseruandum est, ne quid in Ecclesia Dei ineptum, ne quid indecens, aut cogitatione, aut verbis, aut actibus perpetremus quatenus & conspectu Angelorum (al. Dominus) digni efficiamur, & Dominus ad nos veniens non quod dedemner in nobis sed potius quod remuneret inueniat. Tales ad legendum, cantandum, & psallendum in Ecclesia constituantur, qui non superbe sed humiliter debitas domino laudes persoluant & suauitate lectionis ac melodiae, & doctos demulceant, & minus doctos erudiant, pluresque velint in lectione vel cantu populi adificatione quam popularem vanissimam adulationem. Studendum summo opere

Heb. 1.

Ps. 139.  
ca. 132.

Ier. 48.

ca. 133.

ca. 137.

opere cantoribus est ne donum sibi diuinitus collatum  
 vitiis sordeat, sed potius illud humilitate, castitate, &  
 sobrietate, & ceteris sanctorum virtutum ornamentis  
 exornent, quorum melodia animos populi circumstantis  
 ad memoriam amoremque celestium non solum subli-  
 mitate verborum sed etiam suauitate sonorum erigat.  
 Cantorem autem sicut traditum est a sanctis patribus  
 & voce & arte praeclarum illustremque esse oportet, ita,  
 ut per illectamenta dulcedinis animos incitet audien-  
 tum. Psalmi in Ecclesia non cursim & excelsis atque in-  
 ordinatis seu intemperatis vocibus sed plane & dilucide  
 & cum compunctione cordis recitentur, ut & recitan-  
 tium mens illorum dulcedine pascatur, & audientium  
 aures illorum pronuntiatione demulceantur: Hæc &  
 multa alia lege in Regula Canonicorum vide et-  
 iam Concilium Agathense (quod citatur in de-  
 cretalibus) dolentes de celebrat. Miss. ca. presby-  
 ter) & Lateranense habitum sub innoce-  
 ntio. III.

*ca. dolentes  
 de celebrat.  
 Miss.*

3. In Cornelio Senonens. Anno 1528. consti-  
 tutum fuit, ut laudes diuinæ non cursim ac fe-  
 flinanter sed tractim cum pausa decenti (præ-  
 fertim in media cuiuslibet versiculi Psalmorum)  
 reuerenter ab omnibus persoluantur: ut Cleri-  
 ci in Choro seruent grauitatem quam locus &  
 officium exposcunt, non cum aliis confa-  
 bulantes seu colloquentes aut litteras, seu  
 scripturas alias legentes, & cum psallendi  
 gratia ibidem omnes conueniant, muta aut  
 clausa labia non habeant, sed omnes præsertim  
 qui maiori funguntur honore in psalmis hym-  
 nis, & canticis Deo alacriter modulentur  
 cum

*Tit. de de-  
 cret. mor.  
 c. 17.*

cum dicitur Gloria Patri &c. omnes confurgant cum nominatur gloriosum nomen Iesu, omnes caput inclinent, nemo ibidem cum horę in comuni cantantur legat vel dicat priuatim officium &c. Eadem in concilio Basil statuta sunt ca. 17. & simile quid in Coloniensi vt de Archiep. cathedra coll. Eccl. c. 5. vt & in Hildesemensi & Treuirensi Coloniense Concilium excipit eum quem alio officium Ecclesię aut publicum alio statim rapit.

4. *Misnensis Ecclesia* olim nullo neque diurno neque nocturno tempore à cantu vacabat, sed hymnis cęlestis concentus perpetuitatem intertata diuinas laudes quolibet die noctisque momento celebrabat. Estque laudanda Ernesti Albertique Saxonię Principum religiosa libertas qui continentem illum chorum inuenere annuisque fructibus stabilitum & fundatum liquerunt. P. Ioan. Brus. lib. 3. de instit. Christiani pueri.

*Lib. 12. hist.*  
c. 47.

5. *Nicephorus* narrat quod zeno Episcopus puero coniunctionem fęminę auersatus totum in ministerio Dei fuerit, atque vbi ad eam peruenit senectutem vt iam centesimum attingeret, num haud quaquam vnquam neglexit aut pretermisit receptos, statosque vel matutinos, vel vespertinos hymnos Dei, & reliquam sacrum ministerium suum, principio psalmodiarum esse, eis que præire solitus, nisi grauis interueniens morbus eum impediuisset.

*Tract. de ordine an-*  
*siphonarij.*

6. *Amalarius Fortunatus* Episc. Treuirensis ait: *Debitor es sumus nos qui ex oblationibus fidelium*

uimus tam pro eorum peccatis intercedere quam pro no-  
siru.

7. Radulphus Decanus olim Tungtensis (li. de *V. Locum*  
obseru. prop. 8.) omnes, inquit, Ecclesiastici ad librum de labore  
Psalmorum per diligens studium merito debent se transf- *Etc.*  
fere, vt ea qua tenentur quotidie orare & psallere di-  
scant intelligere & sic intelligendo gustent interiore gu-  
sta dulcedinem ipsius sapientie, salutaris scilicet libri, di-  
uine laudis. S. Hieron. ad Rusticum. Discatur psalte-  
rium ad verbum.

8. S. Bernardus ad Canonicos : Moneo vos pure *V Dionys.*  
semper & strenue laudibus interesse diuinis, strenue qui- *Richel. de*  
dem, vt sicut reuerenter ita & alacriter Deo assistatis, *vita Ca-*  
non. An. 19  
non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes  
vocibus, non pracidentes verba dimidia, non integra tra-  
siliantes, non factis & remissis vocibus muliebre quiddam  
halba de nare sonantes, sed viriliter dignum est sonitu, &  
affectu voces S. Spiritus depromentes : pure vero vt nihil  
aliud cum psallitis, quam quod psallitis, cogitetis.

SIGNVM XVIII.

Divina officia per se, non per substitutos, obire  
& cum effectu, celebrando & cantando,  
non instar mutarum statuarum,  
iis adesse, cum sint omnia  
personalia.

1. EX diuersis hymnis à S. Ambrosio compo-  
sitis & in Ecclesia cum solis, nec non ex  
H pre-

*Beneficium subtrahi debet non seruienti.* precibus & orationibus D. Augustini constat et sanctos praesules non solum Cathed. Ecclesiarum Canonicos) cum choro psallere solitos, & merito quidem cum qui sentit commodum, sentiri debeat etiam onus (iuxta illud: commoda sicutis iungas onus emolumentis) & meliori congruat, ut qui substituitur in honore, succedat onere, & S. Paulus dicat, 1. ad Thes. 3. qui non laborant non manducant, & 1. ad Cor. 9. qui in sacramento perantur, &c.

*Nu. 18. seruiunt in tabernac.*

2. Ipse Christus ad discipulos ait Luc. 22. Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Quicumque vestrum voluerit fieri maior erit vester minister, & qui voluerit in vobis primus esse erit omnium seruus. & filius hominis non venit ut ministraretur ei sed ut ministraret, & Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit, glorificabit eum Pater.

*Matt. 10. Matt. 20. Deo seruire, est regnare.*

3. D. Paulus ad Timotheum scribit Episcopi Diaconi probentur primum & sic ministrent, ne crimen habentes. Qui autem bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent.

4. Deus decimas voluit dari solis filiis Leuitico tabernaculo seruientibus & porrantibus portanda populi, Nu. 18.

5. Canonici à iure Pontificio (in c. cum ad de Cler. non resid. & c. venerabilis, de praeb. Ecclesiae seruitutis (non domini) appellantur nam autem de nonnullis verum non esset Baldi (in c. eum, ca. de consti.) Canonici viuunt Domini, moriuntur ut serui.

*V. Ioan. 10.*

6. Ioannes Langhecuiclus in Speculo C...

Ib. c. ii. ait: Cum Canonici & alij beneficiati diuini obsequij & seruitus Ecclesie adscripti sint, & distributionibus (quæ sunt pars beneficij) ac alijs Ecclesie stipendijs sustententur, atque a laicis ac fundatoribus proventus, redditus, fructus, aliaque bona temporalia ipsis data & legata sint, ad diuina officia & seruitia pro salute animarum suarum ab ipsis in Ecclesia facienda: Clerico stillis officia & seruitia per seipsos non præstiterint, videtur quod contractent & usurpent rem alienam fraudulenter contra Dei, Ecclesie, & fundatorum ordinationem atque voluntatem, & per hoc quasi sacrilegium committant. fraudantes sic benefactores & Ecclesiam debitis seruitus & officiis imo quandocumque aliquid datur ob causam, ea non secuta, repeti potest. Ca. is probat Canonicos per actus suos capitulares à diuinis officijs Chori per se obeundis non excusari.

7. Baron. tom. 7. Anno Christi 528. asserit etiam Iustinianum Imp. sanciuisse vt omnes Clerici diuina munia per seipsos impleant, atque ita radiocinatum fuisse: Si multi laicorum, vt luganiam consulant ad sanctissimas Ecclesias confluentes studiosi circa Psalmodyam ostenduntur quomodo indecens non fuerit Clericos ad id ordinaros non implere suum munus.

8. Horæ Canonice (sub quibus & sacrificium *v. Bern. ser. 7. in cant.*) vocantur officium diuinum vel Clericorum, vt etiam ipso nomine ad magnam diligentiam eis adhibendam Clerici impellantur, vniuersique enim libenter ac diligenter exequuntur summum officium, & cui Clerici in hoc officio non essent calidi

calidi ac feruentis, cum eo Deus ad misericordiam fleatur, Angelorum munus perficiatur, cœlestis patria læticia perfundatur, dæmones cohibeantur?

9. Causæ & rationes propter quas Ecclesiæ preces in septenas horas ab Ecclesia sunt distributæ merito Clericos ad singularem in iis industria inflamment. Nam 1. teste Cypriano

*Ser. 6.  
Dicuntur  
Canonica,  
quia regu-  
lariter in  
patribus ob-  
seruata.*

*Pf. 118. Se-  
pries in die  
laudem di-  
xi.*

*Pf. 62. in  
matu.*

*Pf. 140. sa-  
crif. Vesper.  
Psal. 151.*

*Act. 2.  
Act. 10.*

honorem sanctiss. Trinitatis tertia quoque hora Ecclesia Deum laudat 2. ad memoriã (vt volumus Athan. Basil. & Cassianus) redemptionis consuetudinem, propterea quod 7. horis omnia eius mysteria completa videantur. Nam *Vesperina* (vnde officium Ecclesiasticum initium sumit) Christus cenam cum discipulis faciens Eucharistiã instituit. Hora *Completorii* orauit in horto, captus ad Annam ac Caipham deductus & illusus et *Matutino* in Concilio Pontificum & Phariseorum de nece Christi actum est. *Prima* ad Pilatum & Herodem ductus. *Tertia* flagellatus & spinis coronatus à Pilati milite. *Sexta* Crucifixus, & à terra exaltatus se pro salute nostra maximum Deo patri sacrificium obtulit. *Nona* spiritum emisit, ad inferos descendit, & regnum satanæ destruxit. *Vesperina* rursus hora de cruce depositus & sepultus est. *Completorii* vero sepulchrum signatum est à militibus & custodia septum. *Matutina* sub aurora resurrexit, *prima* apparuit sanctis mulieribus. *Tertia* Spiritus sanctus descendit in Apostolos. *Sexta* S. Petrus oras mandatum accepit de gentilibus in Ecclesiam recipiendis. Et S. Paulus conuersus & Gentilibus Prædicator destinatus. *Nona* Con-

nelius centurio primitiæ gentium, per Angelam  
 ad audiendum S. Petrum missus. 3. Angelico ma-  
 gisterio Cano, horarū ordo est constitutus. A<sup>de</sup> 9. Ioan.  
 V. Cass. li. 2  
 de instrum-  
 tis mona-  
 ch. c. 4. 7.  
 narrat in martyrologio trucidatis tempore Dio-  
 cletiani multis sacerdotib. circa eorum reliquias  
 auditam cælestem psalmodiā, mane, vesperi, ter-  
 tia, sexta, & noua, quibus martyres illi Deum lau-  
 dare consueuerant.

10. Quia populus variis rerum curis & nego-  
 tiis impeditur decet vt Clerici inter populum &  
 Deum mediatores, pro populo frequentius orēt  
 & subsidia necessaria remissionemque peccato ū  
 à Deo petan, vnde Sacerdotes Osee 4. peccata  
 populi comedere dicuntur.

Consule de his prolixam meam Orationem  
 de prisca & nostræ ætatis Ecclesiasticis deque  
 modo ac via auitam felicitatem ac venerandam  
 antiquitatis faciem reuocandi: est inter themata  
 mea oratoria partis 1. thema 18. Lege etiam Pasto-  
 rale Binsfeldij par. 4. c. 8. 9. 10. 11. 12.

S I G N V M XIX.

*Castitatem corporis amare thesaurumque pu-  
 dicitie in vasis fictilibus repositum con-  
 stantissime tueri.*

4. **S.** Ambrosii castitatem probant libri ipsius de  
 Virginitate ad sororem suam Marcellinam  
 & è mundi remotioribus regionibus atq; ex ipsa  
 Mauritania multarum virginum aduentus Me-  
 diolanum vt à S. viro velamine sacro ornarentur.  
 Diuina enim sapientia libenter vtitur ministris  
Lib. 5. Am-  
 brosi de  
 virginibus  
 vocat Ba-  
 ronius ve-  
 re aureos  
 to. 4. anno,  
 377.

H 3

qui

qui iisdem donis præditi sint, quæ vult confectio  
in alios.

2. Continentiam & castitatem vitæ S. Chryso-  
membra ipsa pene demortua dum adhuc viueret  
horrationesq; perpetuæ ad eas virtutes, assidue  
corporis mortificatio, summa vigilantia, quod  
esset abstemius, mors deniq; ipsa, quam præcellens  
ingens crux & cum cruce germina conuersionis  
variorum populorum, indicarunt. Recte idem Chry-  
in Matth. hom. 83. *Quo non oportet esse puriorem  
fruentem sacrificio? Quo solari radio non splendidiorem  
eam manum quæ carnem hanc diuidit? os, quod igne  
rituali repletur, lingua, quæ tremendo nimis sanguine  
rubescit?*

3. S. Aug. ait S. Ioannem Euangelistam à Christo  
plus cæteris amatum quod neque uxorem dux-  
rit, & ab ineunte pueritia castissimus vixerit.  
Ioan. tract. ult. prope finem. De cœlibatu Ioannis  
quod nunquam nuptias contraxerit.

*F. Hieron.* 4. Sophronius Hierosolymitanus ait: *Andreas*  
*contra Io-* cœlibem vitam ducens. Præcursoris Domini  
*uin. li. 1.* & cœtus est discipulus.

*Ignat. Sp.* 5. S. Hieron. ca. 36. & adu. Iou. li. 1. infert ex ve-  
*ad philad.* bis Christi Matt. 19. *qui reliquerit, &c. uxorem, &c.*  
*ho. de certâ* Apostolos omnes ex quo à domino electi ipsi  
*S. Petri &* cuti sunt. Uxoribus relictis, qui coniugati erant  
*Pauli.* carnali copula abstinuissent. Sicque reliquissent ux-  
res, ut quod pertinet ad illum actum desisterent  
esse viri. Petrus enim nomine omnium respondit  
*Ecce nos relinquimus omnia, &c.* Idem ad Pammachium  
Episc. 50. *Apostoli, inquit, vel virgines vel post nuptias*  
*continentes: Episcopi, presbyteri Diaconi, aut virgines*

eliguntur. aut vidui, aut certe post sacerdotium in aeternum pudici. 6. Epiph. hæc. 29. ait: Iacobum Hieros. Episc. semper virginem permanisse, & nudis pedibus incedere consueuisse. Hinc etiam Iudeis admirationi erat qui ipsi soli sancta sancto-ram intrare permittebant, & plerique postea ob illius necem Hierosolymam euersam putabant. Eufos. lib. 2. c. 23.

7. Ignatius, & Trallianos. Quid Diaconi nisi imitatores Angelicarum virtutum Deo ministrantes ministerium purum & immaculatum vt Sanct. Stephanus S. Iacobo, Timotheus & Linus Paulo. Anacletus & Clemens Petro. Idem Scitbens ad Philadelphos adnumerat Clementem &c. Pont. inter eos qui virgines vsque ad & obitum permanferunt. Sic enim alloquitur virgines: *Fruar vestra sanctimonia, vt Iesu filij Naue, vt Melchisedech, & Elisæi, vt Hieremiæ, & Baptistæ Ioannis, vt dilectissimi illius discipuli, vt Timothei, vt Titi, vt Euodij, vt Clementis, qui in puritate exegerunt hanc vitam.*

8. S. Apostoli Pauli cœlibatum multis probat Cardinal. Baron. Anno Christi 57. inter cetera vt tur hoc argumento. cum ipse dicat: *Volo vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est sollicitus est quæ Domini sunt quo modo placeat Deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est: quis adeo mente captus existimet eum, qui ad tam ingentem molem agitandâ, nepe Apostolatû Gentiû omniû administrandû*

1. Cor. 7.  
Confert  
virginitatem conu-  
gio.

H 4 dele-

2. *Thim. 2.* delectus erat, voluisse insolubilib. coniugii vit  
culis devinciri, ac negotiorum domesticorū cum  
perstringi, cum ipse etiam Timotheum moner  
Suo exem-  
plo ad per-  
petuum  
cast. horta-  
tur.  
1. *Cor. 7.* dicat: labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo mi  
tans Deo implicat se negotiis secularibus, ve ei place  
cui se probavit? Declarans quid à cunctis præstas  
dum optet, ait: Volo autem omnes homines esse sicut  
meipsum. &c. Quoniam vero hæc subobscuram  
deri poterant, eadem dilucidius aperiens addit  
Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis  
sic permanerint, sicut & ego, &c.

9. Anno 1552. obiit *Franciscus Xaverius*, quibus  
rum quanta terrarum spatia obierit, quot in locis  
sit oneratus, quot hominum milibus domesticis  
sit vsus, quotidie cum illis verba faciens & inspi  
ctans, & nihilominus virgo migravit è vita.

*Sur. in Ap.* 10. Narrat *B. Greg. Turonensis* Episcopus S. Imper  
cerdotem *Niceram* tantæ puritatis cultorem fuisse  
vt reformidaret etiam infantium membra in  
dis manib. contingere, & si quâdo ratione officio  
tangere debebat, non nisi veste interiecta atque  
gisse.

11. *Sozom.* scribit mirabilem *S. Ammonium* v  
cum socio suo *Theodoro* ad *Lycum flauium* pe  
uenisse, & cum navis ad traiciendum abesset, im  
fisse socio vt longius secederet, ne nudus, erate  
nimiamnis vadit, conspicui ab eo posset. Eo  
ro digresso cum subpadiisset & seipsum cont  
ri, ecce diuina manu in alteram ripam delatus  
adeo Deo placebat tantum pudicitij studium.

12. *S. Anselmus* pius Monachus erat, qui  
mortificandum se animo decreuerat à contr  
corpore

corporis proprii manum abstinere, etiam licito, & sedulo seruabat. Dæmon vero inuidens tam sancto proposito. Pondere graui corpus eius afflixit, vt eum proliceret ad illud manu tangendum. Verum ille propositi tenax attingere noluit, S. Anselmus vero certior redditus corpus hominis inspexit, ac deprehendit, non esse nisi impesturam demonis mortificationem illam moleste ferentis.

13. Pieratis amantiss. Prior, vt nihil omnino cum perfidioso mundo contraheret, solitudinē, a terrenisque rebus vacuitatem, adamauit, Antiquosque quinquaginta in Eremo in Aegypto perambulauit, quo tempore ex propinquis suis nullum aspexit: Statuerat enim cum cæteros, tum matrem se feminas euitare. Verum cum sui Episcopi Imperio domum redire cogaretur, vt sororem suam viduam vetulam valetudineque afflictam, fratri desiderio tabescentem ipsiusque operam indigentem adiunaret, homo sanctissimus, clausis oculis germanæ, se aspiciendum fertur præbuisse. Cumque illa omnia quorum causa venerat effecisset, retulit se ad solitudinem, id est, perfugium portumque tutissimum, vbi nullis procellis sancti viri iactantur. Ad desertam speluncam: Nec sorori ingratum fuit, vt videns ille cæcus, qui nunquam oculos præsentem germanam peruerat, ad sedem pristinam quietis cœlique plenissimam remigraret.

14. Refert Palladius visum à se Monachum fuisse, cui ne dormienti quidem volapratibus vmbra libidinosa vllō vnquam tempore obrepserat.

H 5 rit

*Cass. lib. 8.  
trip. c. 1. Pal  
lad. Hist. 87*

*Cum ad fo  
ros usque  
profectus  
esset quibus  
egrediebatur  
soror,  
oculis oc  
clusis con  
sistit.*

*Li. de vita* rit. Narrat præterea aperte cum diabolo hunc  
*Sanct. c. vi.* eundem pugnavisse pessimumque dæmonem  
 impudenter ab hoc petisse, ut vel semel li-  
 dinis flagitio consentiret, virginemque  
 niun pulcherrimam se daturum promississe.  
 terum impius Dæmon mendaciorumque op-  
 fex vanissimis verbis, & verberibus pro-  
 nihil. Nam Pugil strenuus virilique duricia  
 ditus permansit inuictas, eumque nec vel  
 inimici perfregit, nec languida voluptas li-  
 fecit.

*Omnes cle-  
 rici huma-  
 ni generis  
 infestissimo  
 tracti, im-  
 portunissi-  
 mi & odio-  
 sissimi esse  
 velle debe-  
 hant.*

15. Si fœda reperet cogitatio, præcordi-  
 vel minimam mortiferi ignis scintiliã admo-  
 ri intelligeret D. Hilarion, statim vel pugno  
 cædebat. Atque hoc modo secum loqueba-  
 paleis te, non herbis pascam Aselle, & ne luxu  
 ac calcitres, dabo operam. fame, siti oneribus, astu-  
 re, omnique molestiarum congerie disces te non  
 sed iugum patienter tolerare. Nec vero quæ  
 ri solebat non effecit qui herbarum succo,  
 nisi quarto quoque die sumpto, vitam alere  
 potius mortem perferre consueffet. Hanc  
 ctu continentiam, extremamque parsimoniam  
 non solam habuit, nam rasto humum exco-  
 animoque & mente cum Deo colloqui non  
 sinebat. Ita ieiunij, precum, laborisq; armis  
 hostiles impetus, tum corporis appetitum  
 comprimebat.

*In scalaca-  
 stitatis.*

16. Narrat Climacus visum à se Monachum  
 fuisse qui ne cogitationi fœdæ assentiretur  
 ricas frequenter, vbi nares fœtore, oculos  
 mundo visu cruciabat, mentiq; infitas turpitudines

rum imagines hæc faciens euellabat. Res Climacum minime laetit, qui socium & auctorem illius vitæ confortem in cloacas ventitantem puridissimamque in loco gentia flectentem, manusq; supplices tendent in loci indignitate & offensu reprehendit. Sed ex postulanti Climaco, is qui obiurgabatur, respondit, illuc se venisse, ut loci commoditate adiutus obscenæ voluptati resisteret, cuius erant impetus graues & metuendi. Præclare quidem, nam à libidine sensum commode auertimus, cum suauitatem respuimus carnisque leuocitima acerbitate & dolore temperamus.

17. Pugnam carnis difficilem confecit *S. Benedictus*. Nam cum foemina quam aliquando videbat, species animo obiecta esset, seque magis ac magis furioso igne inflammari sentiret, nudasse corpus dicitur, illudque in vepribus ac spinis non longe positis voluisse: dolore sedata libido est sanguinisque è cruentato corpore manantis fluctu, voluptatis incendium extinxit. Tanta ex eo tempore consequuta tranquillitas est, ut nulla amplius cogitatio turpis sacro Dei militi iniecta esse dicatur. Nam qui fortiter dimicant hostis audaciam comprimunt, redduntq; ad nocendum tardiores.

18. Cûs. *Franciscus* molliri animû cogitatione uapidas iuadente vidisset præclaro cõsilio tela refregit inimici. Etenim ad niuem quæ multa erat, accessit pilasque septem nudus ex gelidissima illa massa coi fecit, quas etiam amplexu fouens hoc modo loquebatur: *Francisce omnium maxima tua est uxor, & adsunt duo filij toridemq; filia, seruus & ancilla*

m.

*S. Greg. li. 3  
dial. c. 2.*

*S. Bonan.*

magnam te alere familiam oportet, da operam, et  
 etus & vestitus domesticis tuis suppetat. Conficiam  
 vestes quamprimum, ne prae gelu & frigore liberum  
 genuisti, quique tibi seruiunt famuli moriantur.  
 Quod curarum multiplicium te moles non tam  
 quam prouisa deterret, Deum sequere, cui  
 secundant omni corporis & animi modestia  
 tur.

Hæc Christi signifer Franciscus cum egi-  
 verbaque huiusmodi protulisset, euerforem  
 ducitæ Sathanam conuicit, elinguemque  
 didit tergiuersantemque catnem edomuit. C  
 stique iugum pati coegit. Nec solum Franc  
 bella fortiter conficere solebat, verum etiam  
 ci consulere, quæ nihil esset insidiarum hab  
 fertur enim dixisse comiti aliquando nullam  
 de facie cognitam esse mulierem.

*Ioan. Garz.  
 in vita  
 D. Th.*

19. D. Thomas, cum fratres ad labefactam  
 ipsius constantiam mulierculam immisit  
 nullaque ad propulsandum hostem arma  
 terent, tionem ex foco sumpsit, quo in  
 tem castitati sceminam egregie profligauit.  
 enim permittunt vim vi repellere, ignemque  
 superare.

*A Germa-  
 no & curpis  
 amor &  
 timor est  
 victus.*

20. Cum Germanus (& moribus pulcher-  
 cie.) S. Dominici institutum complecti statu-  
 meretricem ab improbissimo præceptore,  
 ligationis consilia molesta erant ei immittam  
 iniectam sancte fortiterque reiecit, ne faripe  
 etoris animam immutauit, & in eandem  
 liam regulamq; pertraxit.

21. P. Io. Bonifacius in instit. Christiani

lib. 1. qui agit de Castitate, refert de quodā Theologo D. quod iam Senex, & cum non procul abesset à morte de se narrare solitus sit, libidinis se ex parte esse, nilque neque amatorium, neque turpe sibi vnquam placuisse, idem octogenarius tunc cum negotio poscente ad foeminam quandam aduisset, nec eam toto colloquij tempore esset miratus, quæ fuit ex eo mulier, cur se non aspiceret? *Mulier es*, inquit. *Egregia sane vox*, inquit, *P. Bonifac.* quæ virum hunc non minus ornauit, quam præclara librorum volumina, quæ scripsit.

22. *Amon* Ægyptius Abbas à parentibus accipere uxorem coactus Virgini vt Virginitatem seruaret persuasit, diuisis ergo lectulis vsi, sed tamen eodem contubernio, cum iam 18. Annos corpore ac mente integri vna peregissent ipse ad solitudinem Nitriæ se contulit, &c.

*Pallad. hist. 2.*

23. *Amator* Antisiodorensis Episcopus parentum suorum voluntati cedens, inuitus puellam in genere & forma insignem, in matrimonium duxerat. Sed eam suadendo induxit, vt secum castitatem profiteretur. Sulcepto vtrinque voto, angelorum Domini viderunt, & virginittatis coronas de manu eius acceperunt, mox illa virginum monasterium ingreditur, ipse Clericus efficitur, & postquam Episcopus.

24. *Vando* Pipini Gallorum Regis nepos, à Dagoberto regni successore compulsus est ducere uxorem, sed is etiam nuptæ persuasit, vt sacrum virginum Collegium iniret, ipse monachorum,

rum, Abbatisque functus est officio, & miraculo nobilitatis.

*Greg. lib. 4.  
dist. c. 11.*

25. *Vrsinus*, Presbyter ordinatus, ita ab uxore quam antea duxerat, alienus fuit, ut ex nulla causa ipsam ad se propius accedere passus sit. Post nos 40. in tali continentia transactos, dum illam nimiam ageret, & cessante nouissimi singulorum helitu decessisse putaretur, ipsa ad mortem auream adhuc spiraret, explorare coepit.

Mira res: persensit mulieris tactum, qui seipsum iam non sentiebat, tum quidquid vitalitatis mortuo pene corpore residuum erat, totum in se colligit, prorupitque in vocem dicens. *Recedente illa apparuerunt Petrus & Paulus Apostoli*, quos ipso vidente, caeteri videre non poterant, & dum ab eis (ut aiebat) inuitarent, venire respondisset, expirauit.

*Pramia ca  
storu Cler.*

26. *Anianus Alexandrinus* Episcopus Marci Evangelistae successor & discipulus, mulierem quam intuitus, mortem sensit intrare per fenestram scandalizantem oculum eruit, & a se proiecit. Haec solebat corpus in gelidis mersare aquis, diuque & vigiliis fatigare, ut aestuantem in cordis libidinem exstingueret. Hinc montem citur transtulisse.

*V. in Triu-  
pho virt.*

27. *Hadrianus VI.* Pontifex erat Christiani ueritate adeo uerecundus, ut nihil nisi sobria & pudicum vel ioculariter auribus admittere. Certe in omnibus Clericis requiritur Antiqua castitas. Hinc antequam discipuli Christiani sacerdotes consecrarentur, pronuntiati sunt

*Iouin. in  
Had. VI.*

di, dicens  
hacamp  
ris legis  
homo qui  
secrara  
no, in qu  
Adhac  
lam gest  
tant, pra  
Sic & Sa  
Scriptur  
tatur. Q  
dor oste  
nitorem  
anima &  
soluitur  
mus. Ta  
est, quia  
fallitur,  
lamur.  
Præter  
incipie  
to castit  
dent. E  
ordinis  
ab Apo  
ordinar  
rum ser  
Religio  
nem, qu  
tuam ce  
caltem i

di dicente domino: *Et vos mundi estis, & tamē ad-*  
*huc amplius mundati sunt & pedibus loti. Vete-*  
 ris legis Sacerdotibus dicitur (Leu. 22. v. 3.) *Omnis*  
*homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ cō-*  
 sacra sunt, & quæ obtulerunt filiis Israel Domi-

*Io. 13. v. 20.*  
*Sacerd. m. 11*  
*nus, nimis*  
*eximiam*  
*postulat*  
*munditiā.*  
*Vmbra ob-*  
*scura indis-*  
*citur can-*  
*dor.*

no, in quo est immūditia peribit coram Domino  
 Adhæc candida vestis quam non occulte, sed pa-  
 lam gestant Clerici, & suis aliorumq; oculis ostē-  
 tant, præ se fert, & contestatur ipsorum castitatē.  
 Sic & Samuelē iuncta succinctum veste describit  
 scriptura. Quod S. Greg. Morali sensu sic interpre-  
 tatur. *Quid, inq; in Ephod lineo nisi cōtinentiæ cā-*  
 dor ostenditur? Quo Ephod accingimur cum ad  
 nitorem pudicitiae omni ex parte retinemur. Cū  
 animæ & carnis nulla pars à districtionis lege ab-  
 soluitur, per quam ad luxuriæ caliginem de flua-  
 mus. Talis itaque minister in conspectu Domini  
 est, quia de omnipotentis Dei sperata visione non  
 fallitur, cui cum tanto accinctionis nitore famu-  
 lamur.

*1. Reg. 7.*  
*2. in lib.*  
*Reg. c. 3.*

Præterea omnes Clerici in ordinibus sacris  
 suscipiendis, sancto & solemni & perpetuo vo-  
 to castitatem & perpetuam continentiam spon-  
 dent. Est enim votum solenne, quod fit vel sacri  
 ordinis susceptione, vel professione approbatæ  
 ab Apostolica sede Religionis. Quamvis autem  
 ordinandi ad sacros ordines expressis verbis vo-  
 tum seruandæ continentiae non præstent, sicut  
 Religiosi, per factorum tamen ordinū susceptio-  
 nem, quibus ius Ecclesiasticum annexuit perpe-  
 tuam continentiae legem, hoc ipso facto & opere  
 saltem implicite profitentur, maxime cū ab Epi-  
 scopis

*C. quod an-*  
*tem de vo-*  
*to in 6.*

scopis ante sacri ordinis collationem moneantur  
& requirantur, vt si coniugari sint, aut alicui  
matrimonio contrahendo, fidem dederint, &  
deinceps continenter & caste viuere nolint, dis-  
cedant, si non, procumbant, & genua flectant ad  
ordinem sacrum suscipiendum. Neque vt ita fiat  
tioni & æquitati repugnat, hoc est, vt pari com-  
nencia cum Presbyteris Diaconi & hypodiaconi-  
eorum ministri obstringantur, quia de omnibus

*Vsa. 52. 11.*

*Ep. 48. c. 0.*

*in iud. 32.*

his dictum est: *Mundamini, qui fertis vasa Domini.* Vnde S. Leo Pont. ad Anastasium Episcopum scribens: *Omnia, inquit, Sacerdotum tam ex-  
lense est electio, vt hæc que in aliis Ecclesia membris  
cant culpa, in illis tamen habeantur illicita. Cum  
extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum  
tari & procreationi filiorum studere sit liberum, ad  
hibendam tamen perfectam continentiam puritatem  
subdiaconis quidem carnale connubium conceditur  
etiam qui habent, sint tanquam non habentes,  
non habent permaneant singulares & in nuptiis  
in hoc ordine qui quartus exstat à capite dignum  
studiri, quanto magis in 1. vel 2. tertioque seruandum  
ne aut Leuitico, aut Presbyterali honore aut Episcopali  
excellencia quisquam idoneus existimatur, qui  
luprate luxuria necdum refranasse deregitur.*

*In cap. 44.*

*Ezech.*

Rumpentes hoc votum sacrilegium committunt. Hinc S. Hieron. *Melius est non promittere  
promissa non facere.* Anna obtulit Samuellem, Chryso-  
in æterna sanctificatione permansit, & Maria  
obtulit Samson filium, sed sanctificationem  
pillorum eius Dalila libido turpauit, denique  
minus recessit ab eo, & cæcitate damnatus est.

Magna profecto seruandæ continentiæ necessitas est in eo qui se omnipotenti Deo obligauit qui se ipsam eius maiestati suis labijs consecrauit, eiusque promissi innumerabilem illam cœli militiam testem aduocauit, in quot suæ tunc spõsionis testes habuit totidem deinde si fefellerit, in iudicio aduersarios, & accusatores sit habiturus.

Nemo dicat, exuperat meas vires hæc virtus, cum nemo eum promittere coegerit quod vires ipsius superabat. Cur tam promptus ad promittendum, tam imbecillus ad exequendum? aptissime homini tunc inconstanti quadrat illa B. Petri in Ananiam obiurgatio, de agri pretio fraudato: *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in Act. 1.*

Quæ erat potestate? *Non es mentius hominibus sed Deo.*

Cui peccati magnitudo ex supplicij magnitudine apparuit: Etenim & ille & vxor vtra Petri voce tanquam fulmine icti subita morte perierunt, & factus est, ait Scriptura, *timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes qui audierunt.* Idem valet in Clericos, quibus integrum & liberum erat vouere & non vouere, postquam autem vouerint seq; Deo obligarint tum si datam fidem fregerint, non hominibus mentiuntur sed Deo, idque in suum caput, & in suam perniciem. Neque rei difficultas, verum propria ignauia & negligentia castitati ipsorum aduersatur. Recte enim ac vere Chrysostomas: *Non oportet, inquit, dicere, non possum continere & accusare conditorem nostrum. Si enim nos condidit, vt abstinere non possimus, accusandus est, quod in beat esse castos, certe omnes voluerint, omnes poterunt. Ideo & Paulus ait: volo vos omnes esse* *1. Cor. 7.*

esse sicut me ipsum. Pergit deinde Chrysof. ostendere in omnibus rebus & in omnibus artibus non sufficere solam voluntatem, sed necessarium esse studium & applicationem ad opus, ut in agris colendis, in honoribus adipiscendis, deinde in omnibus non satis esse desiderium sed oportere rem aggređi & constanter exequi. Quod idem de tuenda castitate dicendum ait, non rem adeo grauem ut sit supra vires, sed tamen quid applicationis & curæ ac studij diligentia requirere, atqui multi (ait p. Platus de officiis Card. cap. 14.) sic viuunt quasi hoc ipsum de industria ut dæmonem aduersus se ipsum ment, carnem incendant aduersus castitatem omnes commoditates, omnem mollitiã, omnia corporis blandimenta sectantur, ita refrenant omnem austeritatem. Quare nihil mirum debet si his difficilis omnis pudicitia videatur, riginem audient veterem doctorem, & huiusmodi virtutis amatorem acerrimum: Nescitis quid eum solum nutriatis, & ipsam frequenti mollitia & deliciarum luxu foueatis, insolescet necessarius spiritus & fortior illo efficietur. Quod si fiat, obediens eum in suam ditionem redactum suis cogitationibus ac vitis obedire. Nutrimenta igitur spiritus sunt lectio, orationes, assidua sermo doctrina. His aliter conualescit, his victor efficitur, Quod quia non nolite conqueri de infirmitate carnis, nolite dicere aduersus spiritum tuum armas & potentem facite eam caribus satias, vino nimio inundas, omni palpas & ad illecebras nutris. Hæc Orig.

hom. 9. in  
Leu.

DE CASTITATE CLERIC. 131

Apostolus ait nos thesaurum hunc habere in *2. Cor. 4.*  
 vasis fictilibus, id est, infirmis & maxime  
 fragilibus, quæ ad omnem incursum rumpi to-  
 lent. Ex quo sequitur vt omnis diligentia & at-  
 tentio atque animi præuisio adhibenda sit in ijs  
 seruandis, & nisi adhibeatur nemo euadere pos-  
 sit naufragium. *Magnis*, inquit Sanct. Hieronym. *ep. 21. ca. 7.*  
*inimicorum circumdamur agminibus, hostium plena*  
*sunt omnia, caro fragilis & cinis futura post modicum*  
*pugnat sola cum pluribus. Non querit diabolus homines* *ca. 2.*  
*de off. confideles & eos qui foris sunt & quorum carnes Rex as-*  
*sumat. Esca eius, secundum Abacuc, electa sunt. Iob subuer-* *Hier. 29.*  
*tere cupit, & deuorato Iuda ad cribrandos apostolos ex-* *Abac. 7.*  
*citiam petit potestatem. Ecce diabolus omni quidem ho-*  
*ra reterminum conditioni infestus est, multo tamen ma-*  
*nirum gis exultat gaudio si clericos fæde misereq; præ-*  
*deat. capitet, crescit enim peccatum ex eorum dignita-*  
*z huius, crescit Dei iniuria, crescit hominū scandalum,*  
*is quia crescit Ecclesiæ damnum, quibus omnibus im-*  
*ollis probus ille gaudet mirum in modum ac tryum-*  
*ario op hat. Declaratū est hoc eo viso, quod S. Greg. nar* *2. dial. c. 7.*  
*fiat. fiat obiectum esse cuidā, qui in phano idolorum*  
*roger magnam dæmonum cateruam vidit principi suo*  
*s sunt venientium, & actorum rationem reddentium,*  
*s alicui vbi cum multi multos variis hominibus fucos*  
*a non factos exponerent, vnum postremo indicasse tē-*  
*e dicentem Andree Fundano Episcopo iniectam,*  
*ni tue. ita vt domesticæ mulieris amore tactus nutaret.*  
*in fact Quare Principē illū qui reliquos nihil curauerat*  
*mi non de Episcopo inhiāter audisse, & quasi de grā-*  
*di lucro gauisum esse. Ecce quantum risum Cle-*  
 I 2 rici

rici dæmonibus præbent, cum se aut factio aut  
 gitatione supplâtari sinunt. P. Platus dicto  
 duo alia præsidia proponit: primum est, refre-  
 re statim cogitationi subrepenti, quoniam vt  
 stes cum ciuitatem aggrediuntur facilius repe-  
 possunt: Si vero pedem intulerit, ita omnia  
 cupant, ita dominantur vt exturbari neque-  
 cupant, ita dominantur vt exturbari neque-  
 cupant, ita dominantur vt exturbari neque-  
 cupant, ita dominantur vt exturbari neque-

sp. 21. c. 2.

Psal. 117.

cap. 3.

Psal. 136.

1. Cor. 10.

1. Reg. 17.

vtroque S. Hieron. Statim, ait, vt libido in illi-  
 ris sensum, cum blandū voluptatis incendium dulci-  
 calore perfuderit, erumpamus in vocem: Dominus  
 liator mihi, nō timebo quid faciat mihi caro: Nolo  
 cogitationes crescere, nihil in te Babilonium, nihil  
 sionis adolescat. Dum paruus est hostis interfice, ne  
 ne Xizania crescant, elidatur in semine. Quia enim  
 possibile est in sensum hominis non irruere inuati-  
 dullarum calorem, ille laudatur, ille predicatur  
 qui vt cœperit cogitare sordida, statim interficit  
 tus & allidit ad petram, petra autem Christus est.

Iuuat præterea, addit P. Platus, vel me-  
 Custodia sensuum, Præsertim oculorum, quæ  
 si licentia vagandi permittatur, non potest  
 quantam vim habeant ad perdendū. Quod  
 Dauidem talem Dei amicū post tot reuelati-  
 nes, post incerta & occulta diuinæ sapientie  
 nifestata perculit atq; prostrauit nisi vn̄ conser-  
 uatione oculorum, vt omnes tanto exemplo discant  
 dignitatem, neque sapientiam, neq; sanctitatem  
 satis resistere posse eiusmodi periculis iniqui-  
 gnis quas aspectus affert, sensus omnium ac-

mus. S. Hieron. scribit ad Nepot. clericum: Offi-  
 cii tui est non solum oculos castos seruare, sed &  
 linguam: nunquam de formis mulierum dispu-  
 tes. Quo præcipit nunquam loquendum esse,  
 nunquam alios iudicandos de huius vel illius fœ-  
 minæ elegantia aut specie.

5. Vltimum aduersus ignita hæc diaboli iacu-  
 la adiuuentum est temperantia in victu. Cibus  
 enim qui sumitur primum quidem in san-  
 guinem & in corporis alimentum vertitur, quod  
 si abundantio fuerit quam conseruando corpori  
 sufficiat, ex eo quod superest generatur humores  
 obseceni, qui sunt animantibus à natura insiti ad  
 procreandos. Hi vero humores cum geni- *lib. 6. de lo-*  
 fuerint, vt ait Galenus, extimulant animal, *cis aff.*  
 & impellunt ad id cuius gratia facti sunt, co-  
 que magis pro maiore copia. Quamobrem vere *ep. 15.*  
 hoc S. Amb. Cibo, inquit, flamma alitur & deficit,  
 quidem scænum, stipula, lignum, oleum, aliaq; eiusmo-  
 di alimenta ignis sunt, quibus pascitur. Similiter ergo  
 pro corporis cibo alitur aut minuitur, cibo excitatur, *orat. 6. de*  
 soluitur: Luxuria igitur mater libidinis est. S. Chry *pron.*  
 ost. Vt nauis, ait, cum plus equo onerata est, necessario  
 mergitur, nec eam inuare potest maris tranquillitas, nec  
 scientia gubernatoris, non multitudo nautarum, nõ ap-  
 paratus copia, non deniq; vlla res alia: Sic qui delicate  
 & mollior corpus tractant in exicij pelagus demergun-  
 tur, nec eos doctrina & institutio, non admonitio, non  
 consilium, non timor futurorum, non pudor presentium  
 conseruare poterit, ita fluctuantem animam, sed nolen-  
 tem deprimat, & eo proicit, vnde resurgere difficile est.  
 In quas non miseras omnis prosperitatis affluẽ-  
 tia,

tia, licentia (ruinæ proxima) lautarum mensuræ & 6. ira e  
 rum abundantia, quotidianæ epulæ & mollis & 6. ira e  
 etorum apparatus Clericos, nisi caueant, im-  
 lere possunt? Extat Card. Borromei ep, ad  
 dream Battorium Card. Poloniae Regis prop  
 quum, in qua cum præter alia testatus esset  
 Sanctiss. statu Cardinalium exigi omnino  
 moniam, & quidem singularem adiungit  
 nunquam assequeris nisi te carnis maceratione  
 ueris, sensus omnes compresseris, otium ut pestem  
 geris. Denique nisi in huius diuini doni pulcherr  
 conseruationem, quod ille sibi custodiendum dedit  
 nem animi ac mentis tua intenderis, mirum est  
 quam facile ab iis perdat, qui in eius conserua  
 nem non inuigilant. Nec aliam ob causam Sancti  
 lus Timotheum quem ab infanzia educauerat  
 que litteras edocuerat, qui corpore erat imbecill  
 inferno, qui ieiuniis & aqua potu carnis per  
 tiam fregerat, tum serio monet ut seipsum cast  
 stodiat.

s. Tim. 5.

in e. 2. ad Mich.

S. Hieron. Ecclesia Principes, ait, qui delici  
 fluunt, & inter epulas atque lasciuias pudicitia  
 uare se credunt, propheticus sermo describit quod  
 sunt de speciosis domibus, lautisque conuiuuiis, &  
 labore, epulis conquisitis, & eiiciendi propter mal  
 gitationes & opera sua. Et si vis scire quo eiiciend  
 Euangelium lege, in tenebras exteriores, ubi erit  
 & stridor dentium. Si in Apostolorum loco sum  
 solum sermonem eorum imitemur, sed conuers  
 quoque & abstinentiam complectamur.

Mat. 22.

v. locum de peccati oc- casione.

Utinam Clerici obseruarent aurea S. Hieron  
 documenta de hoc argumento tradita ep.

mentis & 6. ita enim alloquitur Ne porianum Clericum: *ad Nepor.*  
 Hospitolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum  
 pedes terant, omnes puellas & virgines Christi aut aqua *v. locum do*  
 liter ignora, aut equaliter dilige. Ne sub eodem tecto *commora-*  
 mansites, nec in praterita castitate confidas. Nec san- *tione mulie-*  
 ctior David, nec Sampson fortior, nec Salomone potes *rum cum*  
 esse sapientior. Memento semper quod paradisi colonum *clericis.*  
 possessione sua mulier eiecit. Aegrotanti tibi quilibet *Gen. 2.*  
 sanctus frater assistat, & germana, vel mater, aut pro-  
 ba quilibet apud omnes fidei. Quid si huiusmodi  
 non fuerint consanguinitatis castimoniam, persona, mul-  
 tas anus nutrit Ecclesia, qua & officium prabeant, &  
 beneficium accipiant ministrando, vt infirmitas quoq;  
 sua fructum habeat eleemosyna. Scio quosdam conua-  
 luisse corpore & animo aegrotare coepisse, periculose tibi  
 ministrat cuius vultum frequenter attendis. Si propter  
 officium Clericatus aut vidua visitatur, aut virgo, nun-  
 quam domum solus introeas. Tales habeto socios quoru  
 conubernio non infameris. Si lector, si acolitus, si psal-  
 tes te sequitur, non ornentur veste, sed moribus, nec ca-  
 lamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu pollicean-  
 tur. Solus cum sola secreto & absque arbitro vel teste  
 non sedeas. Si familiarius est aliquid loquendum, ha-  
 bet nutricem maiorem domus, virginem viduam, vel  
 maritam: non est tam inhumana vt multum prater  
 ea habeat cui se audeat credere. Caueto omnes  
 suspiciones, & quicquid probabiliter fingi potest, ne  
 fingatur, ante deuita. Crebra munuscula, & sudario-  
 la, & fasciolas, & vestes ori applicitas, & oblatos, ac  
 degustatos cibos, blandasque ac dulces litterulas san-  
 ctus amor non habet. Mel meum, lumen meum,  
 meum desiderium, omnes delicias & lepores, &  
 I & risk

rifu dignas urbanitates & ceteras ineptias amato  
in coemedia erubescimus, in seculi hominibus detestamur  
quanto magis in monachis & clericis, quorum & sacro  
d otium proposito, & propositum ornatur sacerdotio

Vtinam clericis nunquam excideret, Episcopum ordinaturum subdiaconos legem perpetuam continentiae huic ordini impositam esse, neminemque in hypodiconorum ordinem cooptandum esse cui vltro hanc legem accipere non propositum, his verbis admonere & edicere debere: Fratres dilectissimi ad sacrum subdiaconatum ordinem promovendi, iterum atque iterum considerare debetis attentius, quod omnes hodie appetitis. Haec enim liberi estis, licetque vobis pro arbitrio ad saecularia vota transire. Quae si hunc ordinem susceperitis, amplius non poteritis a proposito resilire, sed Deo, cui servite regimini est, perpetuo famulari, & castitatem illo adiuvante servare oportebit, atque in Ecclesiae ministerio semper esse mancipatos. Proinde dum tempus est cogitate, & si in sancto proposito perseverare placet in nomine domini huc accedite. Vtinam publicam Ecclesiae Catholicae constitutionem voto perpetuae continentiae hypodiconum maiorum maiouibus ordinibus iniciatorum diligentissime secum semper expenderint. Nam B. Gregorij Pontificis Romani lex est: Nullum facere subdiaconum praesument Episcopi ( Sicilia ) nisi qui se videtur promiserit & quia nullus ad ministerium altaris accedere debet nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Et Synodi Toletanae decretum: ut quos voluntas parentum clericatus

in Pontif.  
Rom. at  
filiis

li. 1. ep. 42.  
op. c. nulli  
dist. 78.

C. I. C. de  
iis. d. 28.

manipulavit, ubi 18. et at is sue complederint annum corā  
 totum cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expe-  
 tendo coniugio ab Episcopo perscruterur, quibus si gra-  
 tia castitatis Deo inspirante placuerit, & professionem  
 castimoniae suae absque cōiugali necessitate sponderint  
 servaturos, hi tāquam appetitores arctissima via leuif-  
 sime Domini iugo subdantur, ac primo subdiaconatus  
 ministerium habita probatione professionis suae à vigesi-  
 mo anno suscipiant. Et concilij I. Aquisgran. (quod  
 Regula Canonica praescribit. Completorio comple-  
 to oportet vt Canonici epulis, non potationibus, vanis-  
 que reseruiant loquelis, sed his penitus postpositis humi-  
 liter & honeste dormitorium petant. Et nequaquam  
 duo in vno lecto, sed singuli in singulis lectis quiescant. Lu-  
 cerna quoque in eodem dormitorio noctis tempore iugi-  
 tate ardeat. Nihil deniq; inhonestum aut indecens in dor-  
 mitorio geratur ab aliquo, nec quisquam aliquem in-  
 iudicium quietare praesumat, nec ad verba inutilia & otiosa pro-  
 inilitur impere cogat.

Certe Dionysius Richelius ait Bestijs decies  
 seuerius deteriores (sunt) qui Virginis filium ore  
 & manibus tractant, quibus contrectant filias  
 Veneris. Idem de vita Cler. art. 14. ait S. Hierony-  
 mus in extremis positum in praesentia corporis  
 Dominici Christum his verbis esse allocutum.  
 Vt sumentibus te indigne certe ad sui reatum &  
 penam te denuo crucifigunt. Heu quid dicam,  
 Domine, quoniam sacerdotes te hodie come-  
 dunt in altari, quemadmodum voluerū & pecu-  
 dum carnes in mensa, quoniam noctu fruuntur  
 mulierum actu turpissimo, & mane te comedūt  
 celebrando. Vt vobis sacerdotibus qui eodem

I 5 ore

v locum de  
 hom. Cano-  
 nicis.  
 ca. 136.

in c. 4. Osea  
 vid. Clich.  
 de vita &  
 mor. sac. c.  
 20.

ore osculamini filiam Veneris, quo paulo ante  
 lumpfistis filium Virginis Mariæ, ô impij Iudei  
 osculo filium hominis traditis? &c. idem Dionysius  
 ait S. Augustinum in persona Christi dixisse: *Nam  
 ô sacerdos me amplius peccando affligere, plus namque  
 me ladir, hoc est, amplius displicet mihi vulnus tui peccati,  
 quam vulnus lateris mei, magis delinquis qui me  
 cælis regnantem fornicando offendis, corpusque meum  
 & sanguinem irreuerenter tractas, & plebem meam  
 pro cuius salute crucifigi dignatus sum, scandalizasti,  
 me in terris ambulanti crucifixerunt.*

Vtinam sibi ob oculos ponerent viginti cano-  
 nes pœnitentiales ad clericos pertinentes, quos  
 ex sanctis patribus proponit Ioann. Langhorne-  
 cius lib. 3. Spec. Canon. c. 10. inter quos hi sunt  
*Presbyter si fornicationem fecerit, quanquam, ut  
 dicuntur Canones Apostolorum, debent deponi  
 men, vt docet B. Syluest. si in vitio non per-  
 uerit, si sua sponte confessus adiecit vt reser-  
 decem annis pœniteat, &c. Si quis sacerdos con-  
 filia spiritali fornicatus fuerit, sciat se graue  
 terium commisisse, ab omni officio deponatur  
 & peregrinando duodecim annis pœniteat, post  
 ad monasterium vadat ibiq; cunctis diebus  
 suæ Deo seruiat. Si Episcopus fuerit, quindecim  
 annos pœniteat, &c. Clerici qui illa incontinen-  
 tia quæ contra naturam est deprehensi fuerint  
 laborare, deiciantur Clero, vel ad agendam  
 nitentiam in monasteria detrudantur, hoc est  
 vitium maius est (teste Augustino) quam  
 gnoscere matrem.*

Sanct. Paulus à Diaconis requirit pudicitiam

*c. Cler. de  
 exer. prob.  
 subdit.*

1. ad Tim. 3. vers. 8. *Diaconos, ait pudicos, Græce*  
*est ἀγνός, quæ vox etiam significat graues & con-*  
*stantes. Et: Diaconi sint vnus vxoris viri, quibus* v. 12.  
 verbis indicat, si necessitas coegerit aliquando,  
 ad diaconatum assumi coniugatos, non esse as-  
 sumendos nisi monogamos vti de impudicitia  
 minus suspectos. S. Ignatij ad Heronem diaco-  
 num monitum est: *Te ipsum castum custodi, vt Chri-*  
*sti habitaculum, templum Christi es, &c.* Sanct. Pau-  
 lus 1. ad Tim. 3. vers. 2. & ad Tit. 1. vers. 6. vult  
 Episcopum esse vnus vxoris virum, pudicum,  
 continentem, filios habentem subditos cum  
 omni castitate. Vnius vxoris virum vocat mo-  
 nogamum, hoc est, qui neque simul neque suc-  
 cessiue vxores duas habuerit, vt exponunt patres  
 Tertull. lib. 1. ad vxorem, Epiph. hom. 59. Amb.  
 ep. 82. Hieronym. in ep. ad Tit. Aug. de bono  
 coniugali c. 18. Chrysostr. ho. 2. in ep. ad Tit. & B.  
 Leo ep. 88. ad Afros ait hoc semper seruatum in  
 Ecclesia, vt digami ad sacerdotium non admittā-  
 tur. Cur autem monogami admitterentur causa  
 est quia monogami minus quam digami vel tri-  
 gami suspecti sunt de incōtinentia, vt habet Tert-  
 ulli. 1. ad vxorem, Epiph. hær. 59. ac Chrys. in loca  
 pauli, atq; ideo liberius hortari poterant homi-  
 nes ad continentiam, vt tradit Ambr. 1. de off. c. vlt.  
 Deinde vult Paulus Episcopum esse continentē,  
 intellige ab vxoris amplexib' vt ad Tit. exponit  
 S. Hier. si ante Episcopatū vxorē duxerit. Si. n. o-  
 mnes cōiugati iuxta doctrinā Apostoli ex cōsēsu  
 ad tēpus ab illis abstinere debēt, vt orationi insta-  
 re possint, certe Episc. & alij sacri homines quib.  
 per-

1. Cor. 7.

perpetuo vacandum est orationi, perpetuo enim ab illis continere debet, quemadmodum omnia veneranda docuit antiquitas, & Bellar. demon. li. i. de cleric. c. 19. Denique ab Episcopo siue coniugato siue non coniugato exigit ut sit pudicus & castus. Etenim sacerdotis animum (inquit S. Chryso. initio libri 6. de sacerdotio) solaribus radiis puriorem esse oportet, ut ne quando Spiritus sanctus desolatam illum relinquat, ut dicitur Gal. 2. illi liceat: Vino equidem non amplius ego, vino autem in me Christus. Nam si qui eremum inhabitant & perpetuo portus tranquillitate perfurorant, tanta diligentia dicere & facere omnia adhibent, ut cum puritate sincera quantam humilis captus ferre potest, ad Dei conspectum accedere possint, quantam putas sacerdotem prae se habere debere tum vim, tum potentiam, ut animam ab omni vindice scelerate, ut spiritalem pulchritudinem illam atque incolumem seruet?

## SIGNVM XX.

*Catechesin docere & promouere.*

*v. inter the  
mata mea  
oratoria  
26.*

1. **C**hristus in congregandis animabus comparauit se gallinae qua nullum animal esse fetus suos (ut Aug. ait) magis infirmatur pietate de mittuntur alae plumaeque; hirtae fiunt, rancida vox querula, obliuiscitur ipsa cibi & incredula supra vires animositate pullos tuetur. Hinc S. S. nodus Tridentina in Catechismo ad parochos

DE CATECHESIN DOCEND IAI

Si ipsa aeterni patris sapientia in terras descendit ut in  
carnis nostra humilitate caelestis vita praecepta nobis tra-  
dere, quem non compellat charitas Christi ut paruulus  
fiat in medio fratrum suorum, & tanquam nutrix fo-  
uens filios suos ita cupide proximorum salutem deside-  
ret, ut quod de seipso Apostolus testatur, eis velit non so-  
lum Euangelium Dei, sed & animam tradere. *Thef. 2.*

2. Ioan. Gerson monachus ordinis caelestinorū *P. Ant. poss.*  
& Parisiensis Academiae Cancellarius quo tem- *bibl selecta*  
pore schismatis turbo peruerterebat Ecclesiam, vi- *li. 4. 2. 6.*

dens animarum pacationem nunquam futuram  
nisi quasi seminaria iuuentutis instituerentur, cu-  
ram puerorum ad fidem pietatemque instituen-  
dorum ipsemet suscepit, id ubi diligenter aggressus  
fuit, ecce procellam obtreptantium, non ferē-  
tium tantum Theologum & concionatorem, at-  
que adeo Parisiensis Academiae Cancellarium ad  
haec quae videbantur aut vilia, aut laboriosiora,  
&c. debere se demittere, ille autem ut sicut fidelis  
seruus paruulos traheret, quorum patrocinium  
Dominus Iesus susceperat, tractatum edidit de  
paruulis ad Christum trahendis. Ac cum in hac  
re ageretur spiritu Dei, sciretque inflare scientiam  
nisi intra humilitatis & charitatis terminos con-  
tineretur, ab illo Domini verbo: *Sinite paruulos sapor.*

*S. Bern. v.  
bi amor est  
ibi non est  
labor. sed*

*venire ad me, &c.* libellum suum aureum inchoa-  
uit, in quo plurimas adfert rationes quibus esse  
Theologis in sanctum hoc negotium incumben-  
dum plenissime ostendit.

3. RR. PP. Soc. Iesu, vnum hominem per Cate-  
chesin è mortis aeternae faucibus ereptum am-  
plissimi regni loco habent. Cum à Christianae  
fidei

*Salus vni<sup>9</sup>  
anima.*

fidei explicatione, vt P. Ignatium auerteret fratrem  
eius natu maior, auditorum paucitatem oppo-  
fuisse r  
nudus  
fodi S  
percut  
petu e  
Christ  
mi.  
2. A  
non sc  
eius pe  
ut, eu  
phæu  
dem c  
ipfom  
ei cor  
sus Na  
quid m  
re tan  
alio m  
postea  
aliqua  
Christ  
Iesu f  
fudit,  
allare  
bus a  
diuina  
do ex  
confi  
CH  
nonn  
in aff

*v. eundem  
in ep. 1. ad  
Cor. ho. 3.*

taxat pusionem quem erudisset sibi satis factis  
confirmavit, nihilque vel fratris voluntatem  
hominum aliorum iudicia veritus Christianæ  
dei rudimenta docere cœpit in patria, ad quæ  
explanationem frater etiam ventitabat, ad audi-  
torium ingens multitudo concurrebat. Sic se  
euenit vt vnico solum accedente puerulo, vel  
vnico gallinæ pullo, Patres de Ignatij familia  
chismum docentes exultent, ac gloriari perse-  
rent fouere pennis arcereque miluum, & se-  
præclare agi putent, si ei vni quem sunt nacti  
duces præbere possint in cœlum. Quanti autem  
vnus animæ salus concionatori esse debeat col-  
dit S. Chrysin c. 2. ad Gal.

## SIGNVM XXI.

*Charitate Dei flagrare.*

*1. ex em. A-  
postol. &  
disci. Chri-  
sti.*

*Ardetissi-  
mus erga  
Christum  
amor.*

**C**haritas Dei multos Clericos non mo-  
diuitiarum dignitatumque sæcularium  
rum etiam vitæ huius contemptores fecit. H  
accensi complures nullis tyrannorum minis  
pliciisque abstinere potuerunt ne nomen Dei  
bique palam prædicarent atque extollerent  
rus, Andreas, Philippus, (Apostoli) crucifigi  
recusarunt, Iacobus & Paulus capite truncati; Iac  
bus, alter de summitate templi dei jci & full  
fu

fuste mactari, *Ioannes* in bullientis olei dolium nudus demitti, *Thomas*, & *Mattheus*, lanceis confodi *Stephanus* lapidibus obrui, *Matthias* securi percuti, *Simon* & *Iudas* cruenti sacrilegorum imperu elidi atque obteri. Reliqui omnes discipuli Christi diuersis tormentorum generibus absumi.

2. Amor quem *S. Paulus* erga Christum habuit non solum eius cor possedit, nec modo regnavit in eius pectore, sed plane de toto Paulo triumphavit, eumque veluti suæ victoriæ gloriosum trophæum ac spectaculum per totum prope orbem circumtulit. 1. Tunc possedit eum, cum ab ipsomet Christo vocatus & prostratus totum ei cor suum tradidit. Vix audierat: *Ego sum Iesus Nazar.* &c. Cum & ipse succlamavit: *Domine quid me vis facere?* Sensit tunc se adeo Christi amore tanquam aurea catena vinciri, vt iam nullo alio magis titulo gloriari posset quam eo quo postea vsus est, *Paulus vincus Iesu Christi*. Fuerat aliquando spirans minarum & cædis contra Christi Ecclesiam, sed vbi sanctissimi nominis Iesu suauitas tanquam balsamus cor eius perfudit, cœpit per omnes gentes illius odorem ita afflare ac spirare, vt dicere non dubitavit, *Christi bonus ador sumus in omni loco*. Si heroicas ac plane diuinas actiones quas in Euangelio permulgando exercuit, innumerabilesque ac grauissimas consideremus ærumnas quas pertulit, vna CHRISTI imperante & vrgente charitate nonne hanc recte dicemus in Paulo tanquam in affluentissimo regno sese iactasse & magnificū quen-

*Paulus trophaū amoris Christi.*

*amor Christi cor eius possedit.*

*Act. 9.*

*v. s. Chryf. in pref. ep. ad Rom.*

*Eph. 3.*

*in eius pectore regnavit.*

quendam in eo dominatū exercuisse? Quis enim  
 amorem erga Christum & Ecclesiam in tot pro-  
 claris obeundis facinoribus explicet dū ad Chri-  
 sti nomen propagandum late omnes peregrinas  
 terras, & omnibus se debitorē profiteretur Ge-  
 cis & Barbaris, sapientibus & insipientibus? Quis  
 si vniuersum mundum genuisset sic currebat,  
 omnes in Regnum Dei festinabat inducere, pe-  
 cendo, pollicendo, orando, terrendo, tanta  
 prudentia & modestia vt omnibus morem gereret  
 omnibus omnia fieret, vt omnes Christo lucrifaceret.  
 Mirum est quod tantas tamque arduas  
 inter pericula, molestias, atq; hominum facinoras  
 minas & iniurias perpetraverit, adeo vt mortem  
 omnes in Paulum conspirasse viderentur, & omnes  
 mentem per Paulum conuertebantur ad Deum  
 per illum quem volebant modis omnibus perire  
 tum salutem æternam consequerentur. *Ma-*  
*in ipso erat in tam multis tempestatibus con-*  
*stantia mentis, & inuidus in rebus aduersis to-*  
*lantis animi vigor. Nullum mare ita sæuis fluctibus*  
*agitatur vt assiduus quatiatur ærumnis per-*  
*Pauli. Foris pugna: intrus timores angoresque in-*  
*dum adeo graues vt ipsemet dicat, grauati sumus*  
*supra modum ita vt taderet nos etiam viuere, in-*  
*quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Ex-*  
*tra quis numeret, famem, nuditatem, catenas, per-*  
*ceres, bestias, iniurias, pericula fluminum, latro-*  
*num, falsorum fratrum, maris, mortis etiam, quod*  
*dicat, quotidie morior propter vestram gloriam, vt*  
*in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus*  
*& colaphis cadimur, & instabiles sumus.*

*Atlas hic  
 totum ter-  
 rarum or-  
 bem hume-  
 ro sustinet.*

*Chryso-  
 st. cogita pel-  
 gi facientis  
 furor em,  
 & vim gu-  
 bernatoris  
 intelliges*

*2. Cor. 7. 1.*

*2. Cor. 15. 4.*

Sed aspice tot inter procellas ac fluctus (incur-  
 santes affi due ac vndique calamitates) scopulum  
 eminentem ac firmum, maledicimur, inquit, & be-  
 nedicimus, blasphemamur & obsecramus, persecutionē  
 patimur & susinemus, imo super abundo gaudio in omni  
 tribulatione, tanquam vas plenum, quod vndique  
 effluit. *Gloriamur in tribulatione*, atq; adeo inuitat  
 amicos, vt sibi gratulentur, ac si ad magnam esset  
 dignitatem, aut fœlicitatem euectus, *si immolor*,  
*super sacrificium fidei vestrae in hoc gaudeo*, & con-  
 gratulor omnibus vobis, id ipsum & vos congratula-  
 mi inibi. Totum hoc ardentissimo amori de-  
 bet adserbi quo erga Christum & propter eum  
 in totam Ecclesiam ferebatur, implebatur, cede-  
 bat. Hic enim ita in eius corpore animoque re-  
 gnabat, vt stimularer eum perpetuo ad multa a-  
 genda præclare, ad grauiss. tolerandas ærumnas  
 inflammaret.

Imo amor Christi ita de Paulo triumphauit, vt  
 ipsum totum plane absorbuerit & transfurma-  
 uit in eum, nihil vt aliud in Paulo videri posset &  
 agnosci, quam Christus. Omnes eius cogita-  
 tiones, desideria, verba, omnia denique studia  
 in Christum tendebant cuius amore arden-  
 tissimo flagrabat. *Non indicavi, ait, me scire aliquid*  
*Christum, existimo omnia detrimentum esse propter*  
*scientiam Iesu Christi Domini nostri, propter*  
*omnia detrimentum feci, & arbitratus sum ve-*  
*nicora, vt Christum sacrificiam; Mihi absit gloriari*  
*in cruce Domini nostri Iesu Christi; Quis nos sepa-*  
*rat à charitate Christi, tribulatio an angustia, an*  
*Si quis non amat Dominum nostrum Iesum*

K

Christus

Act. 4.

Christum sic anathema, desiderum habeo dissoluere &amp; a

1. Cor. 13.

esse cum Christo, non solum alligari, sed &amp; mori propter

1. Cor. 1.

nomen Iesu. An experimentum

Gal. 2.

ritus eius qui in me loquitur Christus? Nos prae

2. Cor. 1.

Christum crucifixum. Christo confixus sum cruci

Gal. 2.

ut abundante Christi passiones in nobis, ita &amp; per

Phil. 1.

stium abundat consolatio nostra. Stigmata Domini

in corpore meo porto, viuo iam non ego, viuit verum

Christus, &amp; mihi viuere Christus est, &amp; mori

cum.

De charitate Pauli vide etiam Act. 11. 21. Rom. 12. 10. 1. Cor. 13. 1. ad Cor. 13. ait: Sicut

hominum loquar &amp;c. Es (mortuum instrumentum) &amp;c. ad Eph. 3. vocat charitatem radicem totius

fundamentum omnium bonorum.

3. De charitate Petri erga Christum V. L. quasi vi

Ioan. 21. 6. Matt. 16. Marc. 8. Matt. 17. Mar. 9. 1. Pet. 5. 1. Pet. 1. 12. Mat. 26. Ioan. 20. 21. dicebat ad Christum &amp;

Tascis Domine, quia amo te, &amp; animam meam in oculis

ponam. Praemium charitatis Petri V. in Triumphantem

virt. Cum omnes Christianos Deo quam certam dig

nitissimos esse oporteat, quia S. Paulus contra exig

horratur, ut conuersatio eorum in caelis sit, eius ge

non decet clericos: B. Antoninus asserit Ca. 4. vili

les purpuram ferre in signum magni, feruore 4. I

incensi &amp; ardentis charitatis, ita vt parati sint S. Amb

guinem fundere, qui est summus amoris gratiam Sac

Et certe omnes Clerici boni diligunt (vt loquitur S. C

tur S. Ioannes Epist. 1. capite 3.) non veritate, f

lingua, sed opere &amp; veritate, id est, factis molest

Nam praeponunt semper Dei honorem ac amoris

tatem omnibus suis cupiditatibus, &amp; cuius amore,

Anima  
maxime  
coniungi-  
tur cū Deo  
amando.

p. 3. tit. 22.  
c. 1.

& quantuncunq; vtilitati, idq; impigre, constanter & alacriter, vt nihil sit tam charum, vel tam pretiosum, quod si Dei causa ita postulet, non statim contemnant & abijciant. Sæpe enim incidunt tempora cum ex vna parte magni alicuius commodi vel magni honoris spes proponitur, aut melius faciendi iacturam, siue honoris, siue fortunatam, ex altera vero parte proponitur ipsius Dei obsequium cui illa repugnare videntur. Quæ cum in contentionem veniunt, Dei respectus rebus omnibus huius vite præferendus est. Cum Dominus Rex arcam Dei deduceret, ad reliquam solennem ceremoniam hoc insuper addidit vt ipse radiorum totis viribus saltaret seminudus, quia etiam cum de hoc à Michol vxore derisus esset quod semel quasi vnus è scurris in populi conspectu nudasset. q. id est, quid illi respondit? *Ante Dominum, inquit, & lucidior & vilior fiam plusquam factus sum & ero humilior meam in oculis meis.* Idem debet Clericus quisque & contumeliam sedulo & profiteri. Cur enim non ad tantam contumeliam à Deo euecti cum opus est & cum alius contumeliam exigit Dei causa, & rem & honorem suum in celis sit, eius gratiam exponant, atque ipsi quoq; ludant & viliores fiant?

*Amor hic vincet amorem vitæ, multo magis.*  
 2. Reg. 6.

*1. de off. 41.*

4. De S. Laurentio Card. c. 1. Sixto Pontifice ait S. Amb. *Talis erat contentio digna certe de qua certatoris gratiam sacerdos & minister, quis prior pateretur pro nomine Christi.* Ita decet, non modo, non recusat, sed vltro subire & cum gaudio quidem factis molestias pro Deo. Nam effectus & indicium amoris erga DEVM est zelus pro DEI honore, quo vno, (vt loquitur Sanct. Bernhard.

K 2 ser.

2. Cor. 11. *serm. 23. in Cant.) estuare decet eum qui alius pre-*  
*quem admodum estuabat doctor gentium, qui dice-*  
*Quis infirmatur & ego non infirmior? qui scandal-*  
*tur & ego non vror?*

Hunc Clerici boni toto animo diuini hono-  
 propagationem cupiunt, eiusque incremen-  
 gaudent, dolent autem & cruciantur eius de-  
 mentis, & cum vel religionis cursum impedit  
 vel Ecclesie dignitatem aut vtilitatem imminu-  
 vident, mouentur tanquam proprijs, vel  
 etiam quam proprijs incommodis, & se  
 tum possunt opponunt pro domo Dei, nulli  
 rei parcunt, quin etiam cupiunt si fieri possit  
 ipsorum iactura publicam redimere iactura

*Ioan. 2.*

5. Huius zeli exemplum Dominus ipse  
 ricis dedit, qui cum suas iniurias, conuicia,  
 bra, omnia tum leniter toleraret, idem tamen  
 iuria Dei commotus, facto ex fuscis flagitiosis  
 negotiatores omnes exturbauit e templo,  
 viso scribit Ioannes recordatos esse discipulos  
 ius, scriptum esse, *zelus domus tue comedit meos,*

*Psalm. 68.*

nam hic zelus prelatos angeret, cruciaret,  
 mularet, atque etiam interdum partem aliam  
 nocturnae quietis ipsis auferret. Non debet  
 Clericus vt quisquam res suas quam ipse  
 (tanto maiores & meliores) audentius at-  
 curare videatur.

*Premia  
 feruentium  
 in cultu di-  
 uino, V. in  
 Triumpho.  
 3. Reg. 19.*

6. Hinc Elize verba instar facis ignite erant  
 cebatque, *zelo zelatus sum super Domino Deo  
 tuum.*

7. S. Dominicus postquam iam multas  
 habuisset conuersiones conquirebatur coram

de exiguo eorum fructu, ideo beatiss. Dei geni-  
trix ei astitit, eumque blande consolata admo-  
nuit, vt filij sui Christi nostri Saluatoris mysteria  
in concionibus tractaret quam sepiissime, inde  
iturum, vt magnum singuli fructum excerpe-  
rent.

8. Cum M. Ioannes Auila esset singulari modo  
in Christum animatus, maxime ad mysterium  
incarnati verbi & SS. Eucharistia, dum Christum  
in peauribus & cordibus inculcaret messem ani-  
marum faciebat yberriam. Tantum valet at-  
tens in Deum amor.

*V. Locum  
de zelo ani-  
marum.*

S I G N V M XXII.

*Ardentissima charitate prosequi  
proximum.*

S. Augustin. libro de moribus Ecclesie Ca-  
Scholice non solum in Monachis & Cleri-  
s, sed in omnibus tam viris, quam foeminis Ro-  
mae, vel Mediolani, sub vno Praefecto seuerissi-  
m aliam vitam agentibus ardentissimam notauit  
charitatem. Meminerunt, inquit, quantopere scri-  
bitur omnibus commendata sit charitas, charitati vi-  
gentium V. in Trium-  
pho virt.  
charitati sermo, charitati habitus, charitati vul-  
gus aptatur, coit in vniam conspiraturq, charitatem,  
ne violare tanquam Deum nefas ducitur. Huic si quis  
offendit expurgatur atq, vitatur. Hanc si quis offendit vno  
durare non sinitur. Scimus hanc ita commendatam  
Christo & Apostolis, vt si hac vna absit inania, si  
absit plena sint omnia.

*C. 32. 23.  
Premia An-  
tidy, Bern-  
hardini,  
Sanctuli,  
&c. proxi-  
mum dili-  
gentium V.  
in Trium-  
pho virt.*

K 3      2. Quan

Hom. 10.  
ad Rom.

2. Quanta fuerit charitas Apostoli Pauli eg-  
gie describit S. Chryst. cum ait: *Quidquid* quis  
ris nihil tamen hac dilectione dignum forebat proxi-  
Fuit enim illa quouis pelago fufior, omnibus se-  
flamma vehementior. Vnde est, quod miratus, qu-  
queat sermone declarari. Solus illam nouit, ut profec-  
diligenter illam possedit ac tenuit. Optabat  
(dicebat Paulus) ego ipse anathema esse. Quia hem-  
est, ego ipse? Ego ipse qui doctor omnium quoda-  
constitutus sum, qui innumeris recte factis causa Chri-  
mendos, qui coronas exspecto plurimas, proximo  
Christum usque; adeo diligo ut illius dilectione se-  
omnibus praferam, qui propter ipsum quomodo abar. &  
veluti flammis, ira, molestiis & afflictionibus esse  
pe consumor, & omnia dilectioni illi quam non renu-  
ipsum habeo postpono. Hæc Chryst. lecturam,  
diamus ipsum Paulum. Tantum ardebat charitate conte-  
erga proximos ut diceret. *Testis est mihi Dominus*

Phil. 1.

*modo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi*

2. Cor. 9. 6.

*Filioli quos iterum parturio donec formetur Christus*

1. Thess. 2.

*vobis. Et: Os nostrum patet ad vos, cor nostrum*

*Audi hanc  
matrem.*

*tum est. Et: Facti sumus paruuli in medio vestrum*

Phil. 4.

*quam si nutrix foueat filios suos, ita desiderant*

2. Cor. 12.

*cupide volebamus tradere vobis non solum Euang.*

Rom. 4. v. 3

*Dei, sed etiam animas nostras. Et: Fratres mei*

1. Cor. 4. v.

*risimi & amantiissimi gaudium meum & coronam*

3.

*Et: Non quero qua vestra sunt sed vos, ego libenter*

1. Cor. 9. v.

*pendam & superimpendar ipse pro animabus vestris*

19. c. 10.

*Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fr-*

Ego per

*meis. Et: In cordibus nostris estis. Et: Cum lib-*

Cre.

*ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures*

*cerem.*

Infirmatur etiam cum in firmis, & vitur cū  
 quid dicitur qui scandalizantur. Breuiter tantopere dilige-  
 re facit proximos, siue amicos, siue inimicos, vt nul-  
 lominus existerit quacunq; arumna vel afflictione gra-  
 uod mutatus, quem non intima animi commiseratione  
 nouit esse persecutus; idem pro capitalibus suis inimicis  
 orabat non solum mortem obire: Verum etiam  
 le. Quia hema fieri à Christo, hoc est à societate Chri-  
 omni quodammodo excludi, non quo gratia & ami-  
 factis causa Christi exideret (propter quem diligebat  
 imat, proximos) sed societate elata visionis Christi in  
 ectione glorie, quam supra omnes vitas lumen a-  
 n quonabat, & ob quam suspirans dicebat: *Cupio dissol-*  
*uere esse cum Christo.* Hoc summo bono priuari *Phil. 2.*  
 quam non renuebat pro salute fratrum suorum Israeli-  
 st. Ite, licet ipse in summo odio apud illos esset  
 t char & contemptu.

Hic amor magnum illi vicissim conciliabat  
 amore eorum ad quos verba faciebat: *Testi-* *Gal. 4.*  
*monium perhibeo vobis, inquit, quia si fieri pos-*  
*set, ut oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi, in-* *c. 10. v. 37.*  
*cedis cum Paulo discederet, procidentes o-*  
*culantur eum flentes. Fructus huius mutue*  
*charitatis erat illa admirabilis gentium conuer-*  
*sio, prima ad Thessalon. secundo, ait: Cum*  
*accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud*  
*non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum*  
*Dei.*

3. Greg. Nazianz. cognomento Theologus  
 charitatem coluit cum omnibus, sui etiam no-  
 minis & honori dispendio. *Proiicite me, inquit,*  
 K 4 in ma-

*¶ Lacum de zelo anti-  
marum.* in mare, si propter me orta est tempestas. indeque  
quidem Casare aliisque pijs gementibus, Ne-  
rio, summo ac dirissimo Patriarchatu Constan-  
tinopolitano post Apostolicum amplissimo, ce-  
sit, ne vel minimum Schismatis inter Episcopo-  
cerneret.

*Baron An.  
Chr. 109.*

4. Cum S. Ignatius Antiochenus Episcopus  
Traiano tyranno à decem militibus Romanis  
sumendas, ut impostor quidam pœnas, perducen-  
tur, & qui ipsum ducebant aliquantisper Smyrnam  
in itinere consisterent, an ne ut opportunè  
navigandi expectarent, an vero alia ex causa  
corraderent quantas vellent pecunias, incertum  
est, S. Polycarpus Smyrnetensis Ecclesie Episcopus

*Hæc mors  
mucronum  
custodum  
erant num-  
dina.*

pus eum omnibus, quibus licuit, officiis pro-  
curatus est. S. Chrysostomus de transl. S. Ignatii, c. 6. V.  
tates, ait, quæ erant in via undique concurrentes,  
lem excipiebant, & cum magno comætu dimittentes,  
precibus & legationibus ipsum adiuvantes: Et ipsi  
vulgarem consolationem ex ipso percipiebant, cum  
martyrem tanta cum alacritate ad mortem curre-  
pote qui ad regna cœlorum proficisceretur. Honoratus  
ctus, ferali militum custodia septus, ad bellum  
damnatus vel Romæ damnandus, perinde  
non ad pœnas, sed ad triumphum duceretur,  
mnibus omnium officiis accipitur & honoribus  
cumulatur. Cum enim Sanctissimi viri vincti

*Hæc ut sibi  
liceret à  
Truculentis  
custodibus  
ingenti pe-  
cunia redi-  
mabant.*

Asiae Ecclesiis innotuissent, & quæ propinqua  
res erant, de eius adventu Smyrnam fuissent  
ditæ certiores continuo unaquæque ex illis  
gatos, qui debite Salutationis officia impend-  
rent, ad eum misit, imo & ipsi illarum Ecclesiarum

rum Episcopi vna cum aliis eodem functi munere, ad eundem Smyrnæ agentem quantocyus accurrerunt. Ephesij ad eum miserunt Pauli discipulum Onesimum suum ipsorum Episcopum vna cum aliis. Hinc ad eos scribens: *Vtinam, ait, meam pro vestra liceat commutare animam, &c.* Ad Ecclesias à quibus honestissimas legationes acceperat literas scripsit Smyrna, easdem ad Ecclesiam discipulam conseruandam vehementer impellens. Tralliani miserunt ad ipsum Episcopum suum Polybium. E Magnesia ciuitate loniæ Demas Episcopus vna cum Presbyteris & Diaconis ipsi adfuit.

5. S. Francisco hoc solenne fuit, vt diem hominibus, noctem Deo daret.

6. Vt S. Paulus dolebat ob fratrum interitum ad Rom. 9. v. 2. *Tristitia mihi magna est & continuus dolor cordi meo,* & 2. ad Cor. 11. v. 29. *Quis infirmatur, & c.* ita & Esaias alienis malis potius condolebat quam exultabat, ideo enim ait; c. 21. v. 3. *Propter destructionem Babylonis repleti sunt lumbi mei dolore sicut angustia parturientis.*

7. Hellsæus vel sponte pro Sunamitide deprecatores se fore apud Regem & militiæ principem promittebat. 4. Reg. 4.

8. Cum Anno Christi 388. deploratissimus esset status ciuitatis Antiochenæ, propterea quod Antiocheni deiecissent statuas Theodosij Imp. & Placillæ Augustæ, ideoque Imp. misisset Iudices ac milites vindices sceleris, monachi qui multos annos in cauernis fuerant conclusi nemine aduocante, luadente nemine, quasi

K 5 cœle-

*Chryf. ho.  
17. ad pop.  
vt eos etiā  
dolore pref-  
ses fuisse  
confolatos.  
&c.*

cœlestes milites, & tanquam quodam classico  
excitati conferto agmine properabant Antio-  
chiam, & principibus ipsis arridentes cum fide-  
cia loquebantur pro reis, & omnes sanguinem  
effundere parati erant & capita deponere, ut ca-  
ptos ab expectatis tribulationibus eriperent, &  
dixerunt se non prius recessuros quam iudices  
parcerent ciuitatis populo, vel se communiter  
cum reis ad Regem ligatos mitterent. Reliqui  
est, inquit, qui nostra genti dominatur fideliter  
pietate viuens. Nos igitur ipsum omnino recon-  
bimus, non permittemus vobis neque concedemus en-  
polluere, nec vilius abscindere caput. Si vero hoc non  
tis & nos cum ipsis omnino moriemur. Grauius quidem  
parrata & nos confitemur, sed Regis humanitatem  
excedit gestorum iniquitas. Dicitur quidam illorum  
aliud verbum sapientiae plenum dixisse, quod  
tua quidem deiecit & rursus erecta fuerunt & pro-  
prium receperunt firmam & factum correctionem  
buit celerrimam: si vos autem Dei imaginem occideris  
quomodo rursus poteritis commissum reuocare  
quomodo perditos resuscitare & animas corporibus re-  
dere? Theodoretus li. 5. ca. 19. affirmat hunc factum  
se Macedonium vita insignem Monachum  
cum de ipso ait: In media vrbe prehensio alter  
iudicum pallio ambos ex equis descendere  
ber, illi vero cum viderent senem, statura ex-  
pannis sordidis amictum, primo indignari quid  
sed vt primum à quibusdam illorum qui antea  
debant viri illius virtutem didicerant, desilire  
equis, genua amplecti, veniam denique prece-  
coeperunt. Macedonius diuina imbutus sapi-

*In li. SS PP  
c. 13. ait eū,  
quod nihil  
nisi hordeū  
ma def. i. c. tū  
comedere  
soleret, fuis-  
se dictum.  
ap. b. q. d.  
309.*

talibus oratione compellat: Dicite viri Charissimi  
 Imperatori haec verba, non solum Imperatorem eum esse  
 sed hominem etiam, itaque ne oculos tantummodo ad  
 imperium adiciat sed suam ipsius naturam mente com-  
 plectatur. Nam cum homo sit, imperat illis qui sunt eius-  
 dem naturae participes, humanam autem naturam ad  
 Deum imaginem & similitudinem esse fabricatam. Qua-  
 re tam crudeliter & inhumane imaginem Dei me-  
 do tolli iubeat: nam bilem mouet opifit cum eius ima-  
 ginem contumeliose tractet. Consideret enim quam  
 in quo animo tulerit ipse aneam coniugis imaginem  
 contumelia affectam esse, se tamen in imaginem Dei  
 contumeliosum esse non dubitare. At quantum inter-  
 sit inter imaginem inanem & animatam, viuum  
 ac rationis compotem, omnibus qui sunt mente pra-  
 ditus conspicuum est. Illud praeterea secum cogitet,  
 nobis per facile esse pro vna aenea imagine multas  
 fabricare, sed eum non posse omnino facere vel  
 pilam vnum illorum qui interfecti sunt & caetera.  
 S. Chrysostomus de studio horum Monacho-  
 rum ait: Quoniam quadam reorum mater nu-  
 dato capite & canis ostensis iudicaturi equum freno  
 apprehendit, & per forum praetercurrens sic ad iudi-  
 cum simul ingressa est, omnes obstupescere sumus, omnes  
 admirati pietatem & magnanimitatem. Quomodo  
 non magis hos obstupescere oportet? illa enim, etiam si  
 mortua esset pro filio, nihil mirandum, magna enim  
 natura vis, & inexpugnabilis viscerum necessitas. Hi  
 vero non genuerunt nec eduarunt, imo vero quos  
 non nouerunt, quorum nomen non audierunt, qui-  
 bus cum nunquam conuersati sunt, quos ex sola noue-  
 runt calamitate in tantum amauerunt, ut etiam si  
 insini-

Ho. 17. ad  
 pop. Ant.

infinitas habuissent animas, omnes pro ipsorum salute tradere vellent. Neque mihi dicas hoc quod non iugulati sunt nec sanguinem effuderunt, sed quod tanta contra iudices vsi sunt libertate, quanta solos de salute sua desperatos vti verisimile fuit, & talium sententia de iudicibus ad tribunal cucurrerunt. Nec enim, nisi prius se neci preparassent cuiuslibet, tam libere potuissent iudices alloqui, & tantam tunc exhibere magnanimitatem. Erant enim ante pratorij ianuas totos dies agebant sedentes abducendos de manibus carnificum eripere parati.

Lib. 3. de  
Sacerd.

9. Idem Chrysost. agens de charitate & ex illa nata ingenti lætitia & concordia cœnobitarum. Sicut in tranquillo portu & securitate summa residentia velut ex cœlo ipso ceterorum naufragia prospectant. Neque conuersationem plane cœlestem elegerunt, nihilque deterius Angelis affecti sunt. Vt enim illis nulla inest æqualitas, nec alij successibus rebusque secundis gloriatur elati, alij extremis malis & incommodis oppugnant, sed omnes pariter in gaudio & quiete summa que illa & cœlesti gloria exultant: ita fieri quod per se in monasteriis, nullus ibi rupertatem exprobrat, nullus diuitum honestior est, inde id quod omnia per se & perturbat Meum & Tuum penitus eliminatum est. cuncta quippe illis communia sunt, mensa, domus, instrumentum, & quod sane mirabilius est, vnus etiam idem animus omnibus est. Omnes eadem sunt nobilitate vobiles, omnes eadem seruitute serui, eadem libertate liberi, vna ibi voluptas, vna iucunditas, vna delicia, vnum desiderium, vna spes omnibus inest. Nulla ibi inæqualitas, ceterum ordo summus, & moderatio, & conuenientia, & ineffabilis concordia seruanda diligentia, iugisque perpetua lætitiæ materia. Quocirca omnes omnia

pat...

patiuntur & faciunt vt vna latentur & gau-  
deant.

10. RR. PP. Soc: Iesu vbique locorum suæ  
charitatis impressa vestigia relinquunt, etiam tē-  
pore pestis, dum peste laborantibus præsto sunt,  
de ideo subinde contagio pereunt. Quam multa  
perferant & sustinent dum ex suis collegiis ex-  
cursionibus in oppida faciunt? annon libenter no-  
te etiam intempesta surgunt vt vel animam agē-  
tibus, vel urgente morbo peccata confiteri vo-  
lentibus præsto sint? Sciunt enim verissimum es-  
se illud Ciceronis: *Non vt sacrificij sic consilij certum*

*est tempus.* Semper hominibus salutare esse exo-  
prant, hinc toties cum Christo ex alto (ex sanctis  
meditationibus) descendunt, in camporum pla-  
nitie, vbi est multitudo magna languentium,  
consistunt, operam suam nulli denegant, & ma-  
nus suas ad alienos vsus porrigunt. Alij remotis-  
simas etiam nationes Christianæ lucis radiis il-  
luminant, & gentes immanitate barbaras lociq;  
disiunctas ad Christum adducunt, alij Christia-  
nis Principibus difficillimo tempore piam ope-  
rata nauant, alij recto & vmbra gaudere non cu-  
piunt, sed Romanorum iussu Pontificum itinera  
laboresque luscipiunt, atq; ita pro autoritate Ec-  
clesiæ pugnant, vt nullos impetus, nullos ictus  
nulla pericula reformident: alij semper in eru-  
diendis sanandisque hominibus sunt occupati,  
quos à se auersos vident cum illis amicissime col-  
loquuntur, nec animi alienioris indicia præsefe-  
runt. Agros, (vt cum S. Hieron. loquar cœnob.)  
tatum ergo habentes charitatem antiquam extol-

*Notent hoc  
qui verbo  
pastores re-  
lupè vorac-  
es deceptis  
vrum ouium  
miserabile  
stragem e-  
dunt.*

*Philip. 3.*

*Epist ad Eus  
stochium.*

*len. e)*

lente) et fouent vt non vrbis delicias non ma-  
quærant affectum.

ii. Cum aliquando vnus è cubiculariis Pont.  
Pont. senem verbosiores facere dicendi finit  
apud Pont. clam submonuisset, Pontifex rep.  
omnia iussit, conuersusque ad cubicularium  
to similis, an nescis, inquit, ex quo inui Pontifici  
aliis me viuere oportere, non mihi?

e 10. v. 17.

12. Christum apud S. Ioannem à Prælati-  
tam exigit charitatem vt parati sint animam  
nere pro ouibus suis, cuius exemplum illi  
ipsemet præbuit, dicens: Ego sum pastor bonus  
nus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et

Ep. 1. c. 3. v.  
16. |

meam pono pro ouibus meis. Et S. Ioannes ait: In-  
gnouimus charitatem Dei, quoniam ille an-  
pro nobis posuit. Et: Nos debemus animas pro fratri-  
nere. S. Chrysost. Sermon. 29. in Ep. ad Romanos: O-  
stum diligens & gregem illius vtique diligit: Et Mo-  
sen tum primum super populum Iudæorum  
fuit, quando qua esset in illum beneuolentia  
ipsa iam declarauerat. Dauid quoque similiter  
do regni suscepit gubernationem posteaque  
apparuerat quam amico esset in populum.

1. Reg. 17.

Et tu, ita quippe iuuenis adhuc populi causa de-  
ac zelauit, vt & animam suam exponeret, cum  
deret barbarum Philistæum quem occidit. Et  
muel quoque amator populi erat, vnde dicitur  
Absit à me hoc peccatum, vt cessem pro vobis orare  
minum. Et Paulus multo plus omnibus ardebat  
erga subditos: Et Christus optimi pastoris  
canonem ferens dixit: Bonus

Isa. 30. v. 18

pastor, &c.

SIGNVM XXII.

*Pari amore nobiles & ignobiles prosequi cum  
apud Deum non sit personarum  
acceptio.*

**A**N matrum enim par est nobilitas ex Christi  
sanguine, nec anima nobilis carius est em-  
pra quam ignobilis, & oro homine rusticano to-  
tus Christi sanguis effusus est non mirus quam  
providano: Gehenna si pereant manet eadem  
utrumque.

Hinc Regula Canoniorum in Concilio, A-  
nglicano vult ut Canonici etiam ex familia  
Ecclesie (seu seruos) probabilis vii & viros in con-  
gregationem suam admittant, & inter cetera ait:

*Irrationabile iustumque coram Deo & hominibus ut in  
vnaque congregatione canonica a minimo vsque ad  
maximum cibum & potum omnes equaliter accipiant,  
breuiam qui propter aliquam utilitatem in numerum  
Canoniorum fuerunt admissi. Et: Irrationabiliter atque  
iniquitate sit ut nonnulli clerici qui in diuitiis affluunt,  
& aut parum, aut nihil utilitatis Ecclesie conferunt,  
maiores ceteris, diuinum strenue peragentibus offi-  
cium annonam accipiant, cum hoc fieri debere nusquam  
in autoritatibus scripturarum, nec in tra-  
ditionibus S. S. Patrum possit quoque modo san-  
ctum reperiri. Et: In singulis locis in quibus  
sacris Canonice Domino militatur, panem &  
palamentum & partes Eleemosynarum equaliter*

Cap. 121.  
Ad Cleri-  
corum se-  
clusa pers.  
acceptio  
vna erit ci-  
bi & potus  
equalitas.  
Ca. 122.  
Ergo abis-  
sus iustitia  
sacree refe-  
candus est.  
Ca.

Canonici accipiant. Et: Quando tempus sterilitatis  
 ni extiterit, sicut crebro peccatis praepedientibus tunc  
 solet, & praelati, quantum debent, dare vinum Ca  
 nicis n: qui uerint id quod dederint sic discrete & ter  
 rate distribuant, vt omnes communiter eo utantur.

autem id murmurantes sed magis cum gra  
 rum actione quod dari potest accipiant. Vm S. S.  
 aut quemlibet alium potum in Eleemosina lapidum  
 tum in communi recondant cellario, quate is orauit  
 imminente huiuscemodi sterilitatis tempore quod sibi  
 suis eo suffragentur communiter necessitate. a. lac  
 Non tamen eis propter hoc à praelatis potus omnia ter  
 bitus penitus subtrahatur, si est unde detur. Meturbat  
 vero & suis & Ecclesiae abundant rebus in theopimus  
 sterilitatis tempore eis, quos pauperes pasci abatur.  
 clesia, suis facultatibus cum charitate & humi. 3. Ve  
 Rom. 15. rate suffragari procurent, vt iuxta Apostoli p. scopus  
 frater fratrem adiuuet, & ambo consolentur. Matee  
 tamen ob id superbiendo se extollant, quia peccat &  
 in libro Prospero legitur non se debent huiusmodi ex  
 di inani iactantia praefere his quos nihil habuissent m  
 tes pascit ac vestit Ecclesia. Illud interea Prae vexatu  
 semper caueant, ne id quod dare debent aut in tale  
 sunt qualibet dissimulatione aut tenacitate in c. 15 &  
 ditis subtrahant, ne paupertatis occasione c. 15 genter  
 pulsa per diuersa vagari ac turpibus se imp. Christian  
 negotiis cogantur, & praelati qui eis necesse non  
 ria largiendo à Domino remunerari potendo De  
 terant, districte & seuerè iu  
 dicentur.

SIGNVM XXIII.

*Etiā inimicis benefacere.*

1. *Stephanus* Diaconus pro illis à quibus falso accusatus, iniquè damnatus, crudeliter lapidum ictibus impetebatur, genibus prouoluens orauit, ne ipsis hoc ad peccatum imputaretur, quod sibi cedere sciebat ad gloriam.

*Act. 7.*

2. *Iacobum Apostolum* Alphæi filium, cum de porta templi lapidum ictibus deturberetur, ac turbatus fullonis fuste caderetur, orasse acris in se ipsum, ut illis ignolceretur à quib. iniuste nequiter abatur.

*Euseb. li. 2. c. 23.*

3. *Venustianus* Tusciæ præses *Sabinum* Assisij Episcopum cum duobus diaconis *Exuperantio* & *Matcello* ob Christianam fidem comprehendit, quia crederat & in carcerem trudi. Diaconos diuersis tormentis excruciatos interfecit. Episcopo utramque manus incidit manum. Mox ipse graui oculorum dolore per vexatus ab eodem remedium poposcit, cui iam intulerat mala, atque ille veluti beneficiis obicitus & nulla affectus iniuria libenter accessit, orauerit & efficaciter sanauit, & ex infideli Christianum fecit. Maius bonum pro malo reddere non potuit quam ut inimicum suum diligendo Deum amicum faceret, & eum pro Christi ad patientiam suppliciorum animaret, à quo se pertulerat supplicia.

*Beda & Adosur. tom. 6.*

4. *Spiridion* Cypri Episcopus fures nocturnos cum multis ut eiusmodi scelerare

*Metaph. Sur. to. 6.*

L lere

lere abstinere, admonuisset, non solum im-  
nitos, sed etiam veruece, quem furatum ven-  
donatos, dimisit.

*Greg. lib. 1.  
dial. c. 3.*

5. *Felix* Monachus cum hortuli curam ge-  
ret, ac subinde illum expositum videret, terro-  
re percipit ut aditum custodiret, neminem le-  
Fur adueniens in primo statim ingressu  
serpentem pavidus retulit pedem, quo ve-  
alre implicato ipse in caput contruens proni-  
pendit donec superuenit *Felix*. Qui pendens  
miseratus confectum deposuit, & oleribus  
de collatis amice hortatus est ne per scelus  
reret, quod innocenter se largiente habere  
quoties petitum venisset.

*Syr. to. 6.*

6. *Odo* Chiniacensis cœnobij Abbas  
qui sibi equum noctu subducere attentauit  
eoque concenso ne que descendere cum ve-  
neque omnino descendere quiuerat, mane  
peritum benigne ac perhumane corripuit,  
pœnitentiam criminis adduxit. Data etiam  
veluti equi mercenarium custodem, non  
deprehenlum ab actorem dimittendum cum

*Syr. to. 3.*

7. *Clodouico* Rege aduersus *Gothes*  
mouente, quidam ex militibus prædæ capti  
*Maxentij* abbatis pictauensis monasterium  
lerunt, & cum vnus abbatem sacrilegio (vt  
rar) tententem ferire vellet, manum cum  
sublatam demittere nequiuit, reliqui nesci-  
stupiditate mentis correpti immobiles con-  
re. A *Maxentius* immanitatis violentia quæ-  
rum oblitus pœnam misere rerit cepit, & præ-  
ne liberos ab ægritudine reddidit.

8. *Elphegus* Cantuariensis Archiep. Romam *Sur. tom. 2.*  
 versus pergens cum in urbem Aufoniam diuertisset, omnib. quæ secum habebat exutus vrbeq; pietas fuisse dicitur. At cum, Deo uolente sancti in uicinia, repentino recta incendio cõflagrare cõcesserent, reuocatus oratione flamas extinxit. Quo miraculo malignitas hominum in munificentiam uersa est, ita ut plurima ei offerrent dona, ipse uero nihil accepit præter ea quæ sibi modo per vim accepta erant. Idem Deo supplicando & panem benedictam morbo affectis porrigendo pestilentiam sedauit in ipsos tantum grassantem qui Cantuariam occupantes magnam partem ouium sunderant, monachos interfecerant, templum incendierant, sibi graue vulnus inflixerant & carcere deterrimo constrictum menses septem inuenerant.

9. *Mauro* abbatu qui B. *Benedicto* in gubernatione successerat monasterium in agro Andeuacensi construenti quidam ex operariis detrahentes cõperunt dicentes; ipsum non ex pietate sed ex hypocrisis hoc monasterium construere, unde satanæ traditi, unus qui criminis causa caperetur & caput statim expirauit, reliqui mirantur à dæmonio vexati sunt. *Mauro* autem pro lacrimis deprecante, & mortuus reuiuiscit & qui nequitie Spiritu agitabatur liberatus est.

10. *Vitalius* Alexandrinus monachus hominem, à quo aliam acceperat, statim à dæmone liberatum dum pro illo orasset, omni profusum liberauit. *In uita PP.*

*Greg. lib. 3.  
dial. c. 14.*

11. *Isaac Abbas* eum à quo: la pa perentium  
erat, cum ob hoc à demōnio vexaretur, super  
cumbens pœna liberavit. Idem iis qui nocte  
tim in hortum suum irreperant & nec a  
quicquam nec inde discedere potuerant, man  
uentos de proposito quidem corripuit, sed  
hospites prædio excepit, & collectis hortu  
tibus quos furatum venerant donavit atque  
euntes deduxit.

*Leontius  
Metaph.  
Suv. tom. 1.  
Ibid.*

12. *Ioannes Eleemosynarius* conquerenti  
de villico conuiciatore respondit, se ita in  
vindicturum ut nemo non sit miraturus: ac  
tumque villicum annuis pensionibus libe  
fecit. Idem cum à quodam medico pro dāta  
mosyna contumeliam recepisset, clericos in  
insurgentes cohibuit, se in causa esse asse  
perenti minus quam indigera: impendit  
loque accito omnem quam habebat pecu  
coram effudit, ut quanta sibi opus esset fu  
trio sublatam ferret.

*Ioan. Pa-  
triarch.*

13. *Ioannes Damascenus* non quidē sacerdos  
omnib. disciplinis excultus, pro eo, cuius o  
calliditate perfidiæ in Theodosiū Imp. Inno  
dānatus dexteram amiserat, diu interces  
dolo deprehensus capite puniretur. Imp  
miratus hominis patientiam, ipsum pro qu  
gabatur interfici vetuit, sed tamen ne tantu  
lus impunitum abiret in exilium ablegari  
sanctum honore affecit scribæ illi officiū  
antea fuerat restituens, cum eidem manus  
tegrata B. Mariæ Virginis beneficio fuisset  
cessit deinde in eremum.

14. Samson Dolensis Archiep. eum qui sibi ve-  
poculum propinauerat spiritu immundo  
oppressum miseratus Deo supplicando sanitati  
estruit, ad penitentiam hortatus est, veniam  
dulsit, viue illum in æternum cupiens, qui si-  
per insidias molitus erat necem.

Baldricus  
Manualū  
lib. 3. c. 3.

SIGNVM XXV.

Concionandi seu Concionatorium ponderosum  
& grauiissimum munus haud grauato hu-  
meris suis pati imponi & populum  
Dei s. verbi pabulo libenter ac  
feruenter pascere & su-  
stentare.

Concionū  
difficulta-  
tes atque o-  
nera non  
deuit are

Apostoli vniuersum terrarum orbem per-  
agrarunt vt eum luce Euangelij comple-  
nt, in tantæ vastitatis pelagus rete piscationis  
miserunt, vt apud omnes prædicatio Euange-  
illucesceret.  
S. Paulus assiduus erat in concionando: Vos  
ait, quomodo nihil subtraxerim vtiliū quo minus  
annunciarem vobis & docerem vos publice & per domos:  
num nocte & die non cessauī cum lachrymis mo-  
num quemque vestrum: memores estis laboris no-  
& fatigationis nocte ac die.

Act. 20. at-  
tendite.  
1. Pet. 5. pa-  
scite Con-  
cil Triden.  
sessio 5. c. 4.  
Sess. 24. ca.  
4.  
Act. 20.  
1. Thess. 1.  
Act. 6. iti-  
nera Pauli.

Cum S. Franciscus ait S. Bonau. animarum sa-  
viserosa pietate appeteret & feruida emulatio-  
zaret suauissime se dicebat repleti odorib. & quasi  
quinto precioso liniri, cum sanctorum fratrum per or-  
stantium odorifera fama multos audiret ad viam  
tratus induci, ex talium auditu exultabat in spiritu,

c. 8. vita  
Franc.

L 3 bene-

benedictionibus omni acceptione dignissimis fratre  
 accumulans, qui verbo & opere ad Christi amorem  
 du. erent peccatores.

4. RR. PP. Soc. Iesu ad Exemplum Apol  
 rum, Vincentij Ferrerij Petri martyris, Anton  
 padua, Bernardini Senensis & aliorum  
 que se offert occasio diuina spargunt semina  
 erubescunt etiam compitales conciones:  
 dam non senectus à concionandi munere:  
 hit, non retardat inualerudo: plerique  
 exquisita doctrina & sine mentis ardore  
 potest) sententiarum pondere mentes  
 (vt loquitur Philon de vita contempl.)  
 & ad hoc quasi parturientes lachrymis, preter quoti  
 verberibus diuinum auxilium implorant,  
 que inuocant Spiritum sine cuius afflatu  
 mus vocisque sonos inanes fundimus.  
 alacritate iidem PP. excurrant in pagos  
 ad diff. minandum Christi Euangelium,  
 tationem missorum à Christo Apostolorum  
 circum. bant per castella Euangelizantes  
 rantes vbi que, atque hac ratione tota  
 da ita perpurgarunt & ad omnem pietatis  
 instaurarunt, vt altera plane esse viderentur

*Maro. &*

*Luc. 4.*

*2. Par. 15.*

*missi sacer-*  
*dotes docer-*  
*bant.*

5. Sed & ipse Christus Circuibat  
 uitates & castella docens in Synagogis  
 cans Euangelium regni, & post ascensum  
 eius Apostoli perpetuo in his missionibus  
 cupati totum peragrauerunt orbem terrarum.  
 instar solis omnia regna luce Euangelij  
 runt. Sciebant parem esse animarum  
 tem, ex Christi sanguine qui totus non

fratre pro homine rusticano effusus est quam pro vr-  
 bano, & Christo nato prima Euangelij prædica-  
 tio facta est pastoribus, & quidem ab Angelo cui  
 Apoc. fuit multitudo cœlestis, vt non solum prædi-  
 catione sed etiam diuino concentu commenda-  
 tum videretur concionatoribus, pauperes quos ita Deus *Luc. 2.*  
 semine Angelij quasi cœlorum Apostoli & Christus  
 ies: o Dominus, qui eis natus dicebatur, honorauit.  
 iere: Christus ipse libenter cum turbis & pauperibus  
 (quod verabatur, atque ad ope Iaiam dicit, se missum *ca. 61.*  
 ore fuit Euangelizaret pauperibus.

es & c. 6. S. Cyprian. nihil antiquius habebat quam  
 l.) tunc Dei verbum assiduo prædicare, quippe qui sole-  
 is, præter quotidie: l'ud populo annunciare, vt ipse in  
 ranti cordio libri de discipulina & Bono pudicitia tra-  
 flatu ait, dum ait: *Semper enitor vel maxime quotidianis*  
*s. Quinque horum tractatibus aliquando vobis fidei & scien-*  
*gos & de per Dominum incrementa prestare. Quid enim a-*  
*um, aut in Ecclesia Domini vtilius geri, quid accommodatius*  
*olorum officio Episcopi potest inueniri quam vt doctrina diuino-*  
*ntes omni per ipsum insinuata collataque verborum, possint*  
*la sepe aduentus ad repromissum regnum peruenire cœlorum,*  
*eratis de certo mei & operis & muneris quotidianum voti-*  
*entiam negotium, absens licet, obtinere conuictar: Hæc*  
*t omni p. perliteras exhibens quotidianum penum,*  
*is & quod præfens tunc reddere minus posset, qui*  
*centum verbo Dei semper intentus inter concionan-*  
*onibus dum extremum diem claudere haberet in vo-*  
*erratis. Tanra Sanctus Cypriano (ait Pontius eius*  
*ij col. diaconus) fuit sacri cupido sermonis vt opta-*  
*n non sic sibi passionis vota contingere, vt dum de*  
*non Deo loqueretur in ipso sermonis opere necaretur.*

L 4 Hæc

Hæc felicitas quæ S. Cypriano in optatis fuit  
 detur amantissimo crucis *Andrea* Apostolo  
 tigiſſe, qui ex deſiderato ſibi ſuſpenſus patib  
 b: duo quo ſuperuixit non ceſſauit tanquam  
 ſuggeſto populum docere.

7. In *Dunſtano* Cantuarienſi in Anglia Ep  
 po inſignis erat verbi diuini prædicandi ard  
 quo in opere dum verſaretur die quodam C  
 ſti aſcenſioni ſacro, ecce in templo oranti ing  
 multitudo Angelorum candidata affuit, mon  
 tium, ſe veniſſe ad eum in cœlum deducend  
 ſi tamen paratus eſſet: quibus ille, quod ad ip  
 at ineret, ſe quidem eſſe paratum, ſed tamen  
 leſte laturum ſi tam celebri die populus ſon  
 cri verbi pabulo priuaretur. Tum Angeli  
 ſatione accepta diem proximum eius migrat  
 præſiniunt, quo deinde cum magno ſuo ga  
 deſunctus eſt.

8. Ex *S. Bernardi* concionibus innumera  
 ex vitiiſ ad bonam frugem ſe receperunt,  
 diſſidentes eius oratione ſunt reconciliati,  
 ex ſatanæ faucibus erepti, alios enim à turp  
 ne ad caſtitaſ, alios ab illicitis lucris ad  
 tem, ab ira & odiis ad concordiam & pacem  
 traduxit: non paucos à mundi amore quo  
 abſorpti erant ad eiufdem contemptum &  
 rena omnia deſerenda impulit, quocunq  
 tio eius accedebat, diuini amoris faces  
 videbatur: quæ vel ex eo apparet, quod præ  
 qui illius opera ad alios religioſos ordines  
 culi vanitate recipiebant, nunquam ille  
 vallem rediſſe dicitur niſi magna ſtipatus

novitiorum, quos illius sermones in rete Domini compulerant, & quidem ferme Theologia & eloquentia, tum etiam nobilitate insignium, inter quos Heinricum numerant Franciæ Regis germanum fratrem, & alterum Herueum nomine, ex sanguine item Regio. Idem (ser. 51. in Cant.) dilerte profitetur se fructum animarum, qui ex concione colligitur, suæ contemplationi antepone, dum ait: *Orare, legere, scribere, meditari & quæ sunt alia spiritualia studij lucra hæc arbitratus sum propter vos detrimenta.*

9. Bernardinum Senensem ex ordine minorum ita dicendo valuisse accepimus, ut quocunque tempore, & quocunque loco concionatus esset, nõ modo otiosi, sed ipsi opifices, tabernaculis, reliqui etiam omnes domibus occlusis ad concionam concurrerent.

10. Petrus Martyr ex ordine prædicatorum totam fere Italiam obiens, singulis in ciuitatibus, in pagis insistens omnes mortales clamoribus salutaribus ex vitiorum peccatorumque cœno excitauit. Cui ferunt ad urbem oppidumue aliud venienti solemne fuisse, ut omnes incolæ eam effunderentur, summi & infimi cum veuiculis & cum tubarum sonitu: quin etiam receperunt eadem cum pompa deducerent, tanta perseverantia ut vix ab eo diuelli possent, ad concionem autem tantam multitudinem confluere solitam, ut sæpe Camera ex tabulis facta gestari necesse fuerit, ne à turbis elideretur.

11. Ad *Anthonium Patauinum* audiendum tanta hominum multitudo concurrebat, ut cum

templa, quæ ad hoc ipsum deligebantur  
 plissima capere non possent, suggestus in ca-  
 pos, vel plateas latissimas deferretur, quæ  
 etiam ad occupandum tempestive locum  
 ab omnibus certatim properabatur, ut cen-  
 re esset nobilissimos viros atque matronas  
 re quam licetceret concursantes & ad multa  
 horas vocem illam quasi de cælo venturam  
 præstolantes. Illo autem loquente, cum  
 pe aut millia hominum triginta adessent, ten-  
 re non strepitus, non marmor, non exci-  
 tus audiebatur, tantum erat, omnium silentio  
 & attentio.

- Levit. 10. v.*  
 10. Ad Aaron eiusque filios iam olim ita locutus  
 est Dominus: *Habentis scientiam discernentiam  
 ter Sanctum & Proprium, inter pollutum & mundum  
 dum, docentisque filios Israel omnia legitima*
- Ezech. 44.*  
*v. 23.* Ad Sacerdotes & Levitas: *Populum meum  
 cebunt, quid sit inter Sanctum & pollutum,  
 ter mundum & immundum ostendent eis: Et  
 chæ secundo, versiculo septimo. Labia Sacerdotum  
 custodient scientiam, & legem requirent ex ore  
 quia Angelus Domini exercituum est. S. Paulus  
 bit ad Episcopum Timotheum: Oportet Episcopum  
 pum irreprehensibilem esse, prudentem, doctum,  
 Exemplum esto sicut in verbo, in conversatione  
 attende lectioni, exhortationi & doctrina &c. Ma-  
 etiam viac vehementia orationis ipsum commo-  
 tatur, ne propter homines quibus inservit  
 prædicatio veritatis, aliquam sibi segnitiam  
 dicandi subrepare sinat: *Quæ audisti à me  
 quit, per multos testes, hoc commenda fidelibus**

numibus qui idonei erunt & alios docere, prædica verbum, inſta oportune, importune, &c. In Epistol. ad Titum, cap. 1. verfic. 7. Vult vt Episcopus potens fit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Hinc (12.) S. Ambrosius

*Docendi  
prouincia  
maxime  
propria est  
Episc. & Sa-  
cerd.*

1. de off. cap. 1. agens de se ad Episcopatum com-  
pullo, ait: iam effugere non possumus officium docen-  
do, quod nobis refugientibus impoſuit Sacerdotij neces-  
sario. Illius primi capituli Epigraphe est: Epi-  
scopi proprium munus est docere populum. Esi enim  
Presbyteris quoque & Diaconis prædicandi po-  
testas concessa sit, ea tamen olim proprie fuit  
Episcoporum. Nam Episcopi proprie succe-  
dunt Apostolis, Apostoli autem Act. 6. dicunt:

Non est bonum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis.  
Possidius in vita S. Aug. c. 5. scribit Valerium  
Episcopum concessis: se Sancto Augustino Pres-  
bytero suo prædicandi potestatem. Et Synodus  
Et N. Valensis vult vt cum deest Presbyter conciona-  
tor Diaconi loco concionis Homilias S. Patrum  
populo prælegant.

*Can. 4.*

Debent certe prælati Ecclesiæ prouidere, vt  
quæ sibi commissæ sunt salutis consula-  
tur, vt salubria eis pabula non desint, debent ar-  
tere corruptelas & vitia quæ sunt quasi morbi &  
pestes huius gregis. Deniq; debent veros se præ-  
dicare pastores.  
Sic (13.) Galdinus Sala Archiep. Mediolanensis

*Sub Alexio*

non solum assiduis precibus & ieiuniis omnique  
vite sanctimonia enituit, sed etiam seruido a-  
nimarum zelo, ita vt à concionibus ad populum  
haben-

*V. Platun  
de off. Car.  
6.4.*

habendis Catharisque præsertim hæreticis con-  
furandis nunquam cessaret, in quo etiam mun-  
re immortalis est. Sic enim tradunt, quodam  
concione finita simul etiam animam Deo tra-  
disse.

Vtinam cogitatio prælatorum totum orbem  
complecteretur, ipsamque Ecclesiam vni-  
sam, quomodo hæreses adeo iam diffuse  
beant profligari & prouincie à recta fide aliena-  
tæ ad sanitatem renouari, & quomodo omnibus  
incommodis, quæ quasi malum gramen in  
mini vinea assidue suboriuntur, possint occu-  
rere.

Vtinam hæc ipsorum essent studia, hæc cogi-  
tationes, ut omnes suas curas ad Ecclesiam refer-  
rent, & in Ecclesia consumerent, ut omnia  
suam mentem & diligentiam, & industriam  
hoc vnum excitarent. Vtinam secum expen-  
rent illud S. Bernardi quo hortatur Cardina-  
vt Abailardi pullulantes hæreses excindant.

*Epist. 28.*

*re pro loco quem tenetis, pro dignitate qua polletis,  
potestate quam accepistis. Vtinam excubarent  
bono communi & in continua quadam vigi-  
essent aduersus hæreses & aduersus omnia  
ne dignitas & potestas ipsorum nihil esset aliud  
quam gladius vagina reconditus, aut talens  
à seruo nequam in terra defossus, quæ cum  
tenebris exterioribus, fletu & stridore dentium  
æterno vindicata est. Vtinam Ecclesiam vel  
rum & vitæ suæ oppositu defenderent, se ho-  
nes communes existimarent, vereque omnia*

*Matt. 25.*

patres ac tutores, nec solum ita sentirent, sed etiam factis ostenderent, ac præ se ferrent.

Vtinam perpenderent id quod S. Bernhard.

ad Eugenium requirit in Cardinalibus, vt seruet

in legationibus sibi commissis: Qui, ait, legatione,

pro Christo fungi quoties opus erit, nec iussi re-

nuant, nec non iussi affectent. Qui quod vere-

cunde exulant, obstinatius non recusent. Qui

post aurum non eant. Sed Christum sequan-

ter. Qui quæstum legationem non æst ment,

nec requirant datum sed fructum; Qui Regibus

Ioanitem exhibeant, Ægyptij Moyien, forn-

icantibus Phinees, Heliam Idololatris, Helisæum

maris, Petrum mentientibus, Paulum blasphem-

antibus, negotiantibus Christum. Qui vulgus

non spernant, sed doceant, diuites non palpant

sed terreant, pauperes non grauent sed foueant,

minas principum non paueant sed contemnant.

Qui non cum turba intrent, nec cum ira exeant,

qui ecclesias non spolient, sed emendent, qui

in superbia non exhauriant, sed corda reficiant &

crimina corrigant, famæ prouideant suæ, nec in-

uideant alienæ. Quorum sermo ædificatio, quo-

rum vita iustitia, quorum præstantia grata, quo-

rum memoria in benedictione. Qui se amabiles

præbeant non verbo sed opere, reuerendos ex-

hibeant, sed actu non fastu. Qui ad te redeant fa-

ngari quidem non suffarcinati, simul & glorian-

tes quod non curiosa seu pretiosa quæque terra-

rum attulerint, sed quod reliquerunt pacem re-

se hõis, legem barbaricis, quietem monasteriis, Ec-

clesiis ordinem, clericis disciplinam, Deo popu-

lura

4. de cons.

Seruando

Primo in

suscipiendis

legatione.

Secundo in

admini-

strandis.

Phil. 4

lum acceptabilem, sectatorem bonorum: hæc Benedictus.

*In past. 1. in  
proemio.*

Vtinam ponderarent & illud Sancti Gregorii  
Præconis officium suscipit quisquis ad Sacerdotium  
cedit, ut ante aduentum iudicis, qui terribilis, sequitur  
ipse clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædica-  
nis est nescius quam clamoris vocem daturus est  
co mutus? Fortes perseverantesque Doctores  
imputribilia ligna quærendi sunt, qui instrum-  
sacrorum voluminum semper inherentes sanctæ  
clesiæ unitatem denuncient, & quasi intro  
circulis arcam DOMINI portent. Vectibus  
que arcam portare, est bonis Doctoribus Sanctam  
clesiam ad rudes infidelium mentes prædicando  
ti. Qui auro quoque iubentur operiri, ut cum  
ne alius insonans, ipsi etiam vitæ splendore  
cant.

*In past. p. 3.  
admo. 25.*

Et illud eiusdem Gregorij: Quo reatu  
gantur respiciant, qui dum peccantibus fratribus  
bum prædicationis fugiendo subtrahunt, morientur  
animabus vitæ remedia abscondant. Et sunt non  
qui magnis muneribus dilati dum solius contem-  
nis studiis inardescunt, utilitati proximorum  
prædicatione refugiant, secretum quietis diligunt,  
cessum speculationis appetunt, de quo si districte  
centur extantis proculdubio rei sunt, quantis ve-

*In dia. cum  
Triph.*

tes in publicum prodesse potuissent. Nam recte  
Iustinus Martyr: Qui possunt docere, nec docere  
damnationem incurrunt. Et Beda. Qui prædicationem  
verba retinet, maledicitur, qui in solius culpa  
tij pro multorum quos corrigere potuit pena dam-  
tur.

14. Guilielmus Hollandæ Comes idemque Rom. Imp. Christ animum ii. Moguntinum Archiepiscopum, ut in bellum secum proficisceretur mouerat, at ille: *Episcopi, inquit, munus est verbum Dei predicare, non armis decertare. Christus enim Petri gladium in vaginam recondere precepit. Etenim seruum Dei populo annunciare me iusseris, presbo sum. Scio enim id esse mei muneris.*

Boni Clerici Dei gloriam suo studio, zelo & industria ad veram pietatem religionemque publicis concionibus populum incitando augent & illustrent, multas à peccatis liberatos Deo restituant seu reconciliant, & verbo Dei antiquam gladio sibi à Deo dato bonam militanciam.

Norunt enim quanta sit dignitas pro Christi legatione fingi, cooperari Deo, ad eius & Christi Iesu gloriam, in Salutem animarum et ministerium verbi Domini. Norunt quis color animi, quæ contentio ad hanc cooperationem adhibenda sit, cum ipse Deus tantum in hoc opere effecerit. Norunt quantopere nos pro organum electum ac familiare sibi sanctum Apostolum Paulum dignitatem Evangelici concionatoris his verbis exponat: *Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc gentibus angelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi à sæculis &c.* Norunt S. Chrysostomi de fructibus verbi diuini inter cætera dicere: *Hoc est medicamenti instar, hoc ignis loco, hoc ferri vice, hoc est salutem animam suscitamus, & tumescentem compescimus hoc.*

*Ro. 10. Quo modo &c.*

*2. Mac. 15. accipe &c.*

*De Sacram. li. 4.*

hoc & superuacua amputamus, & quae desunt supplemus. Quae  
ceteraque omnia conficimus, quae ad animi conferunt in moliti  
incolumitatem. Norunt quid sit munus obire Deum. Iohann. I.  
Prophetarum & Apostolorum, interpretem terram ea  
legatum esse altissimi, tubam Spiritus sancti, & gratiam facien  
guam & os Dei.

*Psalm. 18.  
Coeli enar-  
rant &c.*

*Osee 6.  
Scientiam  
Dei volui  
plusquam  
holocausta.*

*Ioan. 17.  
Haec est vi-  
ta aeterna  
& cogno-  
scant, &c.*

Norunt opus maxime proprium Dei esse. Numen veri  
notam facere gloriam, & cunctis in rebus illam g  
sibi habere propositam, ac proinde nulla re illam qu  
gratificari homines Deo, & ad eius imitationem illi, inqu  
ita prope accedere, vt eius gloriae seruiant. Quae salute  
quod conclonatores faciunt, Deum Deique personam De  
mensas virtutes ac perfectiones praedicando. Quasi os me  
populum ad Dei cognitionem & cultum peruenit, ait, n  
cendo. Toti enim in eo versantur vt cognoscant. Quam ind  
tur Dei magnalia, & debitis laudibus achom. Norunt  
bus celebrentur.

Norunt quam magnum sit bonum procul Chrylo  
salutem animarum. Quid enim est gratia Deo genitib  
qua salus animae in hac vita consistit? Quibus pram  
summa illa in caelo ac sempiterna felicitas. Quae in  
qua salus consummata post hanc vitam sita. Quae in  
Quid ex altera parte offensa Dei & supplicia. Quae in  
na? tantum malum prohibere, & tantum bonum. Cleme  
curare quid est? Antonius Papa Epist. i. ad Agricolum  
copos Boetiae: *Quae precor, inquit, maior charitate pronur  
aut quod efficacius pietatis patrocinium potest a operariis p  
piam alicui impendi, quam si ignorantiae tenebras exierit. Qu  
periti & caliginem ab eo repellat, & verae fidei pavul  
ad quaestum, non ad ambitionem, sed ad eruditionem. Norunt  
adificationem reficiat. S. Dionys. Omnium, ait, diuina agrun  
rum diuinissimum est cooperari Deo in salutem. Quae in*

Quantum enim esset posse cooperari Deo *Hom. 15. in*  
 in molitione cæli & terræ? Atqui apud Ch y. *c. ad Cor.*  
 Deus ipse sic loquitur: Feci ego cælum & *& hom. 55.*  
 terram eadem conditionis facultate te dono, ut ter- *ad pop. ten.*  
 ram facias cælum: Accendi ego luminaria. accende  
 tu clariora illis, namque potes his qui in errore sunt  
 veritatis accendere, hominem facere non vales,  
 gratumque Deo potes efficere. Vide quam te  
 qui maiora tibi faciendi potestatem iribuo. Ut  
 inquit idem Chrysostom. quantum bonum sit  
 salute nostra & alias lucrari, audi Prophetam ex *Hom. 3. in*  
 persona Dei dicentem: Si separaueris pretiosum a vili, *Gen.*  
 quid hoc est? qui ab errore ad veritatem *Hier. 15.*  
 duxerit, vel a peccato ad virtutem pro-  
 gressum induxerit, me imitatur.

Norunt etiam opus prædicandi præcellere *Hom. 3. in*  
 operibus misericordiæ corporalis: nam recte ait *Gen.*  
 Chrysost. Ut anima corpore melior est, ita his qui  
 pecunias & facultates suppeditant maiori-  
 bus premiis digni sunt, qui admonendo & continue  
 in viam rectam supinos & desides inducunt,  
 monstrando eis diuinarum virtutum fragrantiam &  
 vitiorum maleolentiam.

Clemens Alexandrinus loquens de spiritali  
 agricultura, cum duplicem esse dixisset, & scripto  
 pronuntiatione: Verius, inquit, modo Domini  
 praeclarum frumentum seminauerit & spicas  
 messuerit & messuerit, iure diuinus apparebit agri-

Norunt S. Greg. dicere: Recessurus ad percipien- *Li. 1. ep. 39.*  
 agrum Dominus talenta seruis distribuens dicit:  
 negotiamini dum venio, quod profecto negotium tunc

M tere

perenos agimus, si viuendo & loquendo proximo-  
 animos lucremur, si infirmos quosque, calidius  
 qui gaudia prædicando, in superno amore roboramur  
 si superbos, ac tumidos, gehennæ supplicia terro-  
 ter insonando flectimus. Et: Sed ad hoc ego  
 mea infirmitatis expauesco, & quod accepto  
 redeat paterfamilias rationem nobiscum positurus  
 spicio.

Norunt se participes fieri omnium bono-  
 operum, quæ fideles propter illorum ad-  
 tationes efficiunt. Nam recte Moyfes & Ma-

*Li. 4. ep. 26*

*Diligentes  
 Conc. con-  
 stant sibi  
 magnam  
 summam  
 meritorum*

minus Presbyteri & alij confessores Beato  
 priano, qui ipsos ad constantiam adhorta-  
 rat, in hæc verba respondent: Redder tibi  
 nus pro ista tua charitate mercedem & huius  
 noris representabit debitam frugem, non enim  
 corona mercede condignus est, qui hortatus est,  
 qui & passus est: non minus laude condignus,  
 cuius quam qui & fecit: non minus honorandus  
 monuit, quam qui dimicauit, nisi quod non  
 magis gloria cumulus redundat ad eum qui  
 quam ad eum qui se docibilem discipulum subm-  
 uit, hic enim fortassis hoc quod exercuit non habu-  
 si ille docuisset.

*Li. 2. const.*

*Apost. c. 28*

*Sic & S.*

*Paulus eos*

*qui labo-*

*rant in ver-*

*bo à doctri-*

*na duplici*

*honore di-*

*gnos esse de*

Apud S. Clementem habetur: Presbyteri  
 asidue in studio docendi verbum Dei laborauerunt  
 plam esse deponendam portionem, in gratiam Apo-  
 rum Christi quorum locum tenent, ut qui sint con-  
 Episcopi, & Ecclesiæ corona, concilium & Senatus  
 te si vnus cuius seruatori honestissima olim  
 manis dabatur corona, quam gloriosa red-  
 in celo concionatoribus qui splendidam

...riam de dæmonibus reportarunt, dum multos cernit: dum  
 celestis Hierusalem ciues ab interitu sempiter- ut qui do-  
 nobis seruauerunt, & ad Martyrij ac uirginitatis amo- ti &c.  
 rem hominum voluntates incenderunt. Chri- Mat. 5. Qui  
 ego pofitus ait Matt. 10. *Qui confitetur me, &c.* Quantus fecerit &  
 uero erit honor quando Christus Iesus in angu- doct. &c.  
 stissima illa diuinitatis regia à totius curiæ cele-  
 stis confessu confitebitur fideles famulos qui i-  
 bono hic confessi sunt.

SIGNVM XXVI.

*Erudiendi populi prouinciam non suscipere  
 sponte, sed legitima potestatis imperio cogen-  
 te & prope vim affectante: seu. Non  
 temere ad arduum hoc  
 munus profili-  
 re.*

**E** Saia Prophetæ cum se ab Angelo Carbonis Cap. 6.  
 de altari sumpti tactu purgatum (labia e- Contra  
 ius eius contagio populi erant maculata) anim- scabiosum  
 uerisset, & Dominus dixisset. *Quem mitte am- concionadè*  
 andem dixit, *mitte me Domine.* pruissum.

1. Cum Ieremias à Deo ad erudiendos rudes & Cap. 1.  
 ignaros populos legaretur, suã inscitiã exposuit,  
 uentiam excusauit, atq; onus illud ut effugeret  
 ueriliter balbutiuit, clamans, *a, a, a, Domine Deus  
 nescio loqui quia puer ego sum.*

3. Ipse Christus priusquam concionibus &  
 ceptis mundum illuminaret, totos 30. annos  
 uacuit, ne prius prædicare cœpit, quam tentatus  
 M a famem

famem vicisset in deserto, auaritiam in morte  
nam gloriam in templo.

*Bonau c. 4.  
Facultatē  
quā in con-  
cionando  
pollebat oc-  
culabat.*

4. Antonius Patauinus ordinis minorum  
dicare verbum Dei iussus imperitiam excusa-  
maiorum tamen iussioni obtemperans talem  
cit sermonem, qualis exercitatisimo tribu-  
tuisset. Cum aliquando de cruce Christi verba  
ceret, P. Franciscum qui viuis adhuc in alta  
uincla degebat, prope astatē in aere vidit,  
confirmantem omnia, quæ ab ipso dice-  
tur.

5. P. Borgias Soc. Iesu in quodam suo breui  
puculo: Angustia mihi, inquit, sunt vniuersa  
quid eligam ignoro. Timeo, ne si prädicationi vacem  
diam, quare tu enarras iustitias meas. & assumas  
mentum meum per os tuum, tu vero odisti disciplinam  
Quod si non vacem, dicere cogar aliquando, ne  
quia tacui. Timeo negligentiam & incuriam in  
opere ne sim auditorus, sanguinem animarum de  
tua requiram. Timeo vanitatem ambitionis, & incedenti-  
timeo ne absconditi alicuius talenti, quod à Deo  
rim reus fiam in die mortis. Video Hieremiam ex-  
tem se de hoc officio & Isaiam se Deo humiliter offi-  
cendos  
tem, ecce ego, mitte me, & vterque timorem in  
meo videns Ioan. Bapt. non nisi post longam penitenti-  
tiam, solitudinem, orationes & contemplatiua  
ua vita perfectionem huic officio mancipatum, &  
longe ab hoc apparatu abesse. Video ipsum Chri-  
non cont-  
non prius aggressum Euangelicam prädicationem  
quam apertis caelis vox desuper delapsa sit, & per  
tu Sancti presentia baptizatus fuerit, & per  
ti asperitatem seipsum praparauerit. Timeo

*V. Locum  
de ord. sa-  
cri. S.  
Luc. 19.*

quos perpeſti ſunt labores non ſolum Dignus Paulus, Act. 9.  
 de quo Chriſtus dixerat, ego oſtendam ipſi quanta Matt. 10.  
 ſportear pro nomine meo pati; Et omnes Apoſto-  
 licis, quibus pronunciatum fuerat: Ecce ego mitto  
 ſicut oves in medio luporum, & tam multi Apoſto-  
 licis qui ſpiritu Dei repleti in hoc concionandi agone  
 multa paſſi ſunt. Timeo, inquam, in tanto onere  
 ſufficientes humeros non habeam, & ta-  
 meo timeo ne ibi & abiecto animo minus Dei vir-  
 tute confidens eius voluntati obluſtari audeam.

SIGNVM XXVII.

*Etiam paucos docere non erube-  
 ſcere.*

Egimus Petro Hieroſolymis primum ver- Act. 2. 4.  
 baſcente ad populum, die vno tria mil- & 10.  
 hominum baptizata fuiſſe, in dies quoque  
 ſcedentium numerum creuiſſe: & alio deinde  
 quinque millia ſuperioribus addita fuiſſe:  
 autem gentiles quoque Domini iugo ſub-  
 ter efficiendos per viſum cognoviſſet, Cornelium  
 Centurionem, & qui cum illo domi erant, cre-  
 ditates baptizavit.

Qui Paulo ante vna ſolum atque altera con- Chriſtus  
 ſione tam multos conuerterat, idem paucos Io. 4. vni  
 non contempſit, neque itineris laborem, vt Samar.  
 icatippe Caſaream vique euocatus, recuſa mulieri cõ-  
 ſionabat.

Sitamen populus plane ſit obſtinatus, nec  
 concionatoris

M 3

natoris est eum deserere, ne dum in sterili solo  
mentem iacit, fecundæ interim glebæ, nullo  
tro subacta, fructu vberiore fraudentur. Pro  
*Qui erudit derisorem. &c.* Act. 13. Paulus & Bar  
bas peragrant oppida Iudææ in Synagogis præ  
cantes, invidentibus vero Iudæis & ad con  
furente rabie prorumpentibus, conuersi fun  
gentes, & c. 16. prohibiti sunt loqui in Asia.

*Cron. lib. 3. 2. Aldebertus Pragæ Episcopus dum effrenes*  
*Ser. To. 2.* indomitam plebem nullis prædicationum  
citationibus ad modestius viuendi rationem  
digere potuisset, Episcopatum reliquit, & ad  
mi Pontificis permisso ad cœnobium Cal  
montis perueniens, monachum se fecit. Si  
tanta animi sollicitudine vocisque contentu  
in monendo vltus fuerat, ob incorrigibilem  
men plebis peruersitatem Pontificatu se ab  
uit, quanto magis timere debet lucerna sub  
dio posita, sal fatuum, canis mutus non va  
latrare?

*Exo. 3. &  
33.  
Esa. 6.  
1. Cor. 9.*

## SIGNVM XXVIII.

*In labore suo inanem gloriam deuitare,  
concionibus suis laudes humanas & pe  
puli plausus non venari, sed  
gemitus & fle  
tus.*

*1. CVM Sanctus Bernhardus Abbas Cl  
wall. aliquando inter prædicandum*

placere cœpisset ad inanem gloriam occul-  
 suggestione se illico animaduertens, aduer-  
 sus dæmonem protinus inelamavit: Neque per  
 maligne spiritus prædicationem hanc inchoavi, neque  
 per te spernam.

Hocrepetens & arrogantiam cauit, & hu-  
 militatem conseruauit. Idem ait: *Va qui bene* Ser. 41. Su-  
*de Deo & sentire & loqui acceperunt, si quæstum asti-* per Cant.  
*per pietatem, si conuertant ad inanem gloriam quod*  
*allucra Dei acceperant erogandum, si alta sapientes*  
*humilibus non consentiant.*

2. Sanctus Prosper ait: *Non se debet Ecclesia do-* De vit.  
*ctore de accurati sermonis ostentatione iactare, sed* cont. li. 1. c.  
*magis sequantæ sit eruditionis ostendere.* 23.

3. Sanctus Gregorius: Sanctæ & vniuersalis  
 Ecclesiæ spiritualis quisque prædicator in cun-  
 ctis, quæ dicit solerti cura se inspicit, ne in  
 eo quod recte prædicat, vitio elationis se ex-  
 tollat, ne vita à lingua discordet, ne pacem  
 quam in Ecclesia annunciat, in seipso dum  
 bene dicit, & male viuuit, amittat; Sed stu-  
 det summopere contra maledicos mores ad-  
 uersantium & defendere loquendo, quod vi-  
 uit, & ornare viuendo, quod dicit: Nec  
 in his omnibus suam, sed authoris, gloriam  
 querit, atque omnem sapientia gratiam, quam  
 proloqueretur, accepit, non suis se aestimat meritis,  
 sed eorum intercessionibus pro quibus loquitur, acce-  
 pisse.

Sic enim quod bona quæ innotescunt hominibus,  
 sine periculo esse vix possunt. Idem ait octauo

Mor. cap. 26. Adulter non prolem, sed voluptatem querit: ita vanagloria seruiens prädicator, ete adulterare verbum Dei dicitur, quia per sacramentum non Deo filios gignere, sed suam scientiam desiderat ostentare.

## SIGNVM XXIX.

Vomere verbi Dei Ecclesias reddere frugiferas.

Quum magno agricola Sancti Chrysostomi pene primo Antiochena Ecclesia reddita sit frugifera ad alimenta pauperibus præstanda exposita milia 33. ad pop. Anton. facile colligitur, quæ ait: Habens prouentum Ecclesia, quot periculosos dies viduus sufficiat, quot virginibus cognationam ad trium millium ascendit numerum earum catalogus, & præter has, quot carcerem inhabitantibus, quod in Xenodochio laborantibus, sanis peregrinis, corpora habentibus mutilata, altariis dentibus, & victus & vestitus causa suppliciter quædam accedentibus, & nihil ei de substantiis diminutum est.

Admiracione dignum pauperem adhuc Ecclesiam, quæ usque ad Theodosij tempora persecutionem diram passa fuerat, cum nec in ciuitate fideles consistere poterant, sed in campis collectas agebant, adeo in elemosinis pauperum abundasse.

SIGNVM XXX.

*Se primum quam alios doce-  
re.*

S. Lucas de Christo initio actuum Apost. scri- Ca. 1. v.  
psit: primum sermonem feci de omnibus quae cepit Rom. 2. v.  
facere & docere. Nam S. Bern. Serm. 18. in Can. 19 qui alim  
monet eum qui alios vult docere similem esse de doces, &c.  
Concha, quae donec impleatur expectet, & sic quod Matt. 5. v.  
abundat sine suo damno communicat, non canali 19. qui fo-  
pene simul & recipit & refundit, S. Ambro. in Pf. cerit & de-  
ait. ante vita quam doctrina querenda est. Chryf. cuert.  
onens illud Pf. 4. peccatori dixit Deus: Habens  
sua claram vocem eadem quae dicitur docentem.

SIGNVM XXXI.

*Accommodare se ad captum audi-  
torum.*

Apostolus Paulus optimus Magister & vnicum  
exemplar concionatorum, (quem à Deo vni-  
ad Euangelium toto orbe disseminandum ab  
aeternitate destinatum & segregatum ab vte-  
poris, Iesus Christus ipsemet egressus è caelo  
in portas Damasci grandi miraculo vocavit, & ad  
ipsum munus vas electissimum reddidit,  
nem nouimus tanquam auream tabam caelesti  
spiritus afflatu personantem magnam totius or-  
bis partem peragrasse, & Christi gloriosum no-  
men circumtulisse, populosque quam plurimos

M s ad

ad Hierusalem cœlestem ac primitiuorum  
 clesiam aggregasse) hic, inquam, paruult  
 Christo (vt est ad Cor. 3. v. 2.) lac doctrinæ  
 stianæ, hoc est, rudiorem exposi tionem fidei  
 steriorum, uiris uero & prouectis solidum  
 bum sublimiorum mysteriorum apponebat.  
 Etus Iudæis tanquam Iudæus, gentilibus uer  
 tis qui sine lege erant tanquam sine lege esse  
 firmis infirmus, omnibus denique omni  
 Etus ut omnes saluos faceret (Hab. 5. v. 13. ad  
 9. v. 20.) Nam recte ait S. Gregorius 30. Mor.  
 Sape alius officiunt quæ aliis profunt. Nam & pl  
 que herba quæ hæc animalia rescunt, alia occidit  
 lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat, & m  
 mentum quod hunc morbum imminuit, alter  
 iungit, & panis qui uitam fortium roborat, paruult  
 necat. Et Prosper 1. de vit. cont. ca. 23. Sermo  
 fici ab intelligentia sui nullos, quamuis imperit  
 cludat.

## SIGNVM XXXII.

*Non plus a quo sectari elegantiam  
 fucos sermones.*

S. Paulus, ait, 1. ad Cor. 2. v. 4. Sermo meus  
 scatio mea non in persuasibilibus humana  
 verbis, sed in persuasione Spiritus & uirtutis. Et  
 20. Non est in sermone regnum Dei sed in uirtute.  
 S. Augustinus lib. 4. de doct. Christ. ca. 11.  
 Bonorum ingeniorum insignis est indoles, in uer  
 rum amare non uerba. Quid enim prod

is aurea, si aperire quod volumus, non potest: aut quid obest lignea si hoc potest? quando nihil quærimus nisi patere quod clauis est.

SIGNVM XXXIII.

*Non suum lucrum quarere sed animarum.*

Oni Clerici animas aliorum tanquam Christi sanguine perfusas & omnes proximos ut Christi membra & Spiritus sancti temerè amant. Infirmos ad moriendum bene adiuuant, nec prius deterunt quam in gratia Dei se credantur. Mulierculis quæ turpi quæstui procurant loca quærunt in quibus à peccato recedant, orphanas Virgines nuptiis tradunt, atque ita grauibz earum periculis auxiliam eunt, omnia cum Paulo sicut omnia, accommodando se iis salua tamen conscientia, ut omnes lucrifaciant, sciunt enim certissimum esse illud: *Oderunt hilarem tristes, tristique seueri.*

S. Gregorius cornu Samuelis oleo plenum *Lib. 1. c. 26.*  
 conacionatori accommodat, quia cornu debet  
 ire peccatores acute redarguendo, sed idem  
 debet esse plenum Oleo, quod tunc fit, cum  
 conacionatoris sublimitas non habet asperita-  
 minarum, sed blandimenta fauorum. *Eccl. 3. in Iob*  
 quem quærunt, cur Iob conacionatores potius *c. 9.*  
 ceruas

ceruas vocet quam ceruos? quia, inquit, doctores sunt qui cum per rigorem disciplinae patres per pietatis viscera matres esse nouerunt, qui sanctae conceptionis tolerant & proferendos Dei filia utrumque charitatis portant, in edenda enim plus matres laborant. Utinam omnes concionares ad suos auditores ex intimo affectu cordis in visceribus Christi dicere possent. Me putarem uestrarum animarum esse & id vos uelle committere, ut in uobis nec macula nec ruga possit ante troni aeterni iudicis apparere, animabus autem uestris huiusmodi ornamenta sed etiam medicamenta prouidenda fiderans studio disuta consueue, conscissa sarcire, & uata curare, abluere sordida, reparare perditas, & sunt integra spiritualibus margaritis ornare. S. Beatus ait. Matres vos fouendo, patres corripiendo beatis: Cur morsus à serpente paruulus conscientiam sacerdotis, ad quam eum oportuerat tanquam ad sinum matris recessisse?

S. Dominicus interrogatus qua ratione nimas Christo lucrifaceret? respondit, se ea praedicabat, in libello Charitatis & S. Spiritus uenire.

7. Cor. 9. v. 18. Matt. 10. Gratis datur. Cum S. Paulus potestatem haberet de Euangelio uiuendi, ea tamen non est usus ut plurimas lucrifaceret: Quae est, inquit, merces Euangelium praedicans sine sumptu ponam Euangelium ut non abutar potestate mea in Euangelio. Nam si habuer essem ex omnibus omnium me seruum fecissem plures lucrifacerem.

SIGNVM. XXXIV.

Non facile cessare à prædicatione propter  
obstinationem auditorum: vel quam-  
uis fructus exiguus se-  
quatur.

August. ait de Christo. Quid Iesus Iudæos, Pha-  
risæos, Saducæos non solum minime credituros, verū  
maxime contradicuros & persecuturos eum, tam  
multa locutus est? Et: Sicut malignus suasor peccati, et-  
iam si non persuaserit, merito pœnam deceptionis incur-  
rit, ita fidelis iusticia prædicator, etiamsi ab hominibus  
non recipitur, absit ut apud Deum sui officij mercede frau-  
detur. Et Dominus dicit in Euangelio: Cum ingres-  
seritis, dicite, pax huic domui: si digni fuerint qui ibi  
requiscet super eos pax vestra. Si minus, ad vos re-  
vertetur. Numquid eos certos fecit quod essent  
eorum pacem suscepturi quibus eam prædica-  
tione certos tamen fecit ut eam sine cunctatione  
prædicarent.

S. Chrysost. ait: aquarum venæ, etiamsi nullus ve-  
nat ad aquatum, manant tamen, & fontes, quamuis ne-  
qua aurat scatebras emittunt. Et allato exemplo  
Jeremiæ, qui se ab hoc munere subtrahere co-  
nabat, multis concionatorem, ne animum in  
labore despondeat, confirmat, quorum sum-  
ma hæc est: Non sumus polliciti te vno die om-  
nes capturum, si vnus persuasus sit, sufficit. Imo  
nemo sit persuasus, tamen fieri non potest, ut  
nemo in tam multis disseminatus vacet omni  
fructu,

Lib. 1. con-  
tra Cresc.  
c. 8.

Matt. 10.  
v. 12.

In c. 16.  
Luca. con-  
cio. 1. de La-  
zaro.

1.  
2.

fructu, quia illi ipsi qui ad peccatum redeunt, non  
haud tanta cum impudentia audaciaque

3. ciunt. Etsi non profuit sermo malis, tamen a nobis  
nos in bonis propositis ac consiliis confirmat.

4. Adhuc hodie non persuasis cras persuadet. Quo-  
tero, quod si minus cras, perendie aut

abhinc die, ut piscator qui per totam diem  
cum attraxit rete, sub noctem iam abire parat

capto qui ipsum per totum se fellerat diem per salu-  
discedit. Denique etsi homines in suis actibus

5. V. Chry. ho.  
2. in tom.  
de mercede  
Conc. etiã si  
fructus nõ  
fiat.

crebro frustrentur optatis, nec res ex voto  
cedant, tamen ad easdem redeunt: & concitentur

tor, qui etsi iactum semen auditor non recusat: Ego  
tamen mercedem suam accipiet, non ante

stanti in ministerio ad quod vocatus est perimplere  
raret.

Ad Tim.  
ne forte det  
illis Deus  
pœnit.

S. Bern. ait, 4. de confid. Fac tu quod tuum  
nam Deus quod suum est curabit, planta, riga, et

expleuisti partes, sane incrementum ubi voluerit  
Deus, ubi forte noluerit tibi deperit nihil. Medicis

dicamenta adhibere, non est in manu medici semper  
leuetur ut ager: En plaga tibi incumbit, cum eam  
exigens non curationem.

Etiamsi Christus sciret Iudam certissime  
nandum, tamen nunquam cessauit ei quod

erat muneris prestare. Dæmon non cessat te  
re vitos sanctos, etsi non valde confidat te

quam effecturum, ut patet ex historia Iob, et  
rentes ægrotantibus filiis, etsi medicorum

tentia sint desperati, tamen omnia quæ possunt  
ad supremum usque halitum admouent.

Iacobi Laynij primi post Ignatium gener

...propositi Soc. Iesu consilium erat, versandum esse  
 ...Deum quarundam rerum velle studia & cona-  
 ...nobis, quarum omnino vel nolit effectum, vel ab  
 ...idque ex his Dei verbis ad David doce-  
 ...Quod cogitasti in corde tuo edificare domum nomi-  
 ...hoc ipsum mente tractans: verunta-  
 ...sed filius tuus. Igni-  
 ...Loyolæ consilium erat in hac proximo-  
 ...salute imitandam esse ex vna parte Angelo-  
 ...industriam ex altera eorum-  
 ...tranquillitatem si euentus non succedat ex  
 ...S. Chrysoft. i. de Laz. generoso Spiritu  
 ...Ego meo ipsius animo persuasi quoad spirauero &  
 ...Domino visum fuerit nos in presenti vita versari,  
 ...sive quis attendat, sive non at-  
 ...

SIGNVM. XXXV.

*Paratum esse animam pro auditoribus, si  
 opus sit ponere.*

S. Ioan. de Christo ait (Ep. i. ca. 3. v. 16.) animam  
 suam pro nobis posuit & nos debemus pro fratribus  
 ponere. Hinc S. Chrysoft. ho. 6. de laudibus  
 S. Pauli: Neque saltem attingere quisquam de-  
 bet præclari huius muneris (prædic.) functio-  
 nem, nisi paratus sit millies animam suam tra-  
 here in mortem atque discrimina: dicit enim  
 Dominus Iesus: si quis vult venire post me,  
 abneget semetipsum & tollat crucem  
 suam & sequatur me.

SI-

*Summa animi magnitudine, liberrime  
prudenter in vitia etiam Principum  
uehi, & Dei gloriam propugna-  
re.*

*Ca. 1. 6. 38.  
annuntia  
populo scelerata.  
ca. 2.*

*Matt. 10  
Nolite timere eos  
qui corpus  
occidunt.*

*1. Reg. 18. v.  
37.*

*4. Reg. 1.*

**O**Mnes Prophetæ & Apostoli peccato-  
guunt, minis peccatores detinent,  
Dei & pœnas in eos impendentes exaggerant.  
Esaias sic orditur suam concionem. *Vagantur  
trici, semini nequam, filius sceleratus.* Ad Hieremum  
postquam ad prædicandum esset electus, dicitur  
tur statim: *Ecce dedi te hodie super gentes & super  
regna, ut euellas & destruas, ut dispergas & dissepas  
fices & plantas.* In libro quem Ezechiel de uisitatione  
scriptæ erant lamentationes & uæ. Beati Hieronimus  
tendunt omnes Prophetarum conciones, ut  
rigant & emendent.

2. *Apostolis Spiritus S. datus est ut per eos  
Spiritus argueret mundum de peccato, & de  
iudicio & de iustitia.* Iidem Christum sæpe  
scribarum vitia accerrime increpantes  
multitudinis corruptos mores cum magno  
ritu corrigentem.

3. *Elias Propheta Achab Regi irato ac dicitur  
Tunc es ille qui conturbas Israel audacter respon-  
dit. Non ego turbavi Israel sed tu & domus patris tui  
reliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim.  
Idem Ochosiam Regem, qui ipsum compellere  
dere quæsierat, ultro adiit, & eo morboque*

VI. peccatus iacebat, eo quod de recuperanda valetu-  
dine Deum Accaron consultum miserat, peritu-  
rum prædixit.

4. Azarias Sacerdos Ozia Regi super altare thi-  
amatis incensum adolenti restitit intrepide,  
quasi sacrilegio pollutum de templo Domini  
reverti.

5. S. Paulus 1. ad Tim. 5. Peccantem coram omnibus  
reprehende ut ceteri metum habeant, argue, obsecra, increpa  
1. ad Cor. 5. Tradidi Satanae, &c.

6. Bernardinus Senensis tantam in dicendo liber-  
tatem tenuisse scribitur, ut nullo respectu, cum  
& causa postularer etiam in potentium ho-  
minum viia publice inueheretur. Quod cum a-  
ccidit Mediolani aduersus Ducem in concio-  
ne fecisset, ille grauer offendit mortem denun-  
tians, nisi absteret. At Bernardinus poste-  
rie in magna populi frequentia idem vitium,  
vnde etiam quam antea, obiurgare perrexit:  
libertas ac fiducia Ducem ita fregit, ut mo-  
dum ei ultra exhibere ausus non sit. Quin et-  
iam illius animum pertentandum aureum ei  
scutulum auro plenum misit, quod cum vir San-  
ctus cum stomacho reiecisset, ille pluribus pre-  
missis adiectis referri iussit, quas nuncij dum ita  
proponerent, & urgendi finem non facerent, fur-  
re Bernardinus eosque sequi iubens ad carce-  
rem perrexit, quo obærat tenebantur, quos eo  
omnes vinculis exemit.

7. Eandem legimus fuisse Columbanum fortitu-  
dinem in Theodorico Gallorum Rege obiurgā-  
re eius facinoribus, cuius aliquando aduentū

N cum

4. Reg. 15.

V. exem-  
pla Mosin  
in Pharonē  
Nathan in  
Davidem:  
Helia in A-  
chab Heli-  
sai in Ioram  
Ioan. Bapt.  
(Luc. 3.)  
praconis poe-  
nitentia in  
Herodem.

cū Rex cognouisset, cœnā regio cultu & re-  
 necessaria ad eius hospitium longo famulo  
 ordine deferri curauit, quæ ut vidit Columba  
 vultu & voce auersatus est, prolato versu  
 scriptura: *Munera impiorum reprobat altissimu*  
 gnūque esse ut Dei seruorum ora eius cibis  
 luerentur, qui cum ipsi istam iniustum bellu  
 ret. Vix autem verba finierat, cū vasa omnia  
 bus cibi illi continebantur, disrupa sunt,  
 & sicera in terram effusa, reliqua huc illuc  
 eta. Quare attoniti ministri, Rex ipse  
 territus accurrit, seque in eius potestate  
 bus omnibus fore pollicitus est, quem  
 breui ad vomitum reuersum iterum Colu  
 nus seuerioribus obiurgationibus & min  
 gressus est.

Syr. 34.

P. Platus l.  
 2. de bono  
 status reli-  
 giosi c. 6.

Ezech. 33.  
 si specula-  
 tor videns  
 gladium  
 venientem  
 non inso-  
 nuerit,  
 quicquid  
 damni se-  
 quutum  
 fuerit de  
 eius manu  
 requiretur  
 &c.

8. Quid mirabilius animo Antonij Pat  
 qui ut accepimus, cum ad Ezelinum adijll  
 ille tempore Italiam cæde atq; incendiis ve  
 his eum verbis compellauit; *Sæue ac*  
 tyranne, quando iam humani sanguinis effund  
 nem facies? Qui exordio cum reliquâ oratio  
 congruentem adiecisset commemoratis  
 pinis, cædibus, direptionibus ciuitatū, De  
 ac pœnas imminentes denunciasset, hæc  
 tes satellites nihil expectabant aliud quam  
 ri illius pro eius more nutum ut tam mole  
 monitorem confoderent. At ille contra  
 collo imponens, atque ex lupo agnus esse  
 in genua procidens humillime peccatoru  
 niam precatus, insuper etiam pollicitus est  
 quid pœnæ iniungeretur libenter subit  
 &c.

idem tamen paulo post in sua flagitia relapsus de  
 crevit sancti virtute in hoc modo explorare; Mi-  
 lit ad eum quosdam ex suis cum præclaris mune-  
 ribus, quibus ita mandavit, vt precibus & omni  
 oportunitate id agerent vt ea acciperet; q̄ si fa-  
 ceret, ilico eum obtruncarent, si nō acciperet, pa-  
 nerent ferrent quicquid ab eo diceretur. Illis igitur  
 ficta humilitate instantibus multumq; oran-  
 bus vt munus illud Domini sui admitteret; An-  
 tonius voce liberrima abite, inquit, quam primum  
 vestri impiis donis, ne vel ruente tecto vel dehiscen-  
 ter a nos quog, exitio vestro inuoluamur. Ita illis di-  
 ctis Ezelinus re cognita temper illū deinceps  
 hominem sanctum veneratus est. Tantū etiā  
 impiorum animis contemptus rerū terrenarū  
 mirationis habet. Ad hui⁹ exemplum, cum de  
 more Dei agitur, propria dispendia non sunt ti-  
 menda, cum ipsum dispendium pro Dei causa sit  
 vnum lucrum. Matt. 5. Beati qui propter iusti-  
 prosecutiones patiuntur. Melius est pro veri-  
 tate supplicium pati, quam pro adulatione be-  
 neficium adipisci.

Antonius cum ad eum Constantinus tantus  
 imperator cum duobus filijs Constante & Con-  
 stantino literas crebro mitterent tanquā ad pa-  
 trem, officiosissimas & quam demississimas,  
 eadeo eas non magnifaciebat, vt hoc suis di-  
 gnitate soleret, nihil magnum videri debere, quod  
 sæculi ad Dei seruos epistolas darent, quia  
 nescio quid amplius potentia habere viden-  
 tur eadem tamen esset omnium natura, eadem  
 moriendi & moriendi conditio, illud vere magnū

*v. in thea-  
 vindicta di-  
 uina locum  
 de pœnis  
 periurii.*



& magno opere æstimandum esse, quod Deus stolas suas, id est, legem suæ volūtatis indicenos misisset, nobisque per filium loquutus. Quæ cum diceret, tamē rogatus à suis ut responderet, ne tantorum principum humilitatem aspernari videretur, ita rescripsit, ut eos stiticiam & clementiam hortaretur, ut que se mines esse meminissent, & à Christo, qui vniuersum Dominus est, iudicandos.

Non sunt prælia (10) *Basilii* contra valentem imperatorem hæreticum; Et (11) *Nazianzenis* contra *Arrianos* *Macedonianos* *Apollinaris* hereses, & ipsum *Iulianum*. Nota virtus & constantia (12) *Chrysostrami* aduersus *Gainam* *Arrianorum* principem, atque adeo aduersus *Eudoxiam* gustam, quam etiam pro concione alteram diadem appellare non dubitauit.

13. *Fulgentius* *Transamundi* Regis percellam in *Catholicos* solus sustinuit cum auctoritate & sanctitatis auctoritate & incredibili diuina, qua pollebat, tute suos confirmaret, tum aduersarios magnopere perterret, quam etiam ob causam relegatus est in *exilium*, eoque abiens mœrentibus omnibus firmare, quod etiam euenit, *Transamundi* ita multo post sublato.

14. Cum *Henricus* *Angliæ* Rex ab *Pontifice* maximo capitali schismate diuisus eiusque nomen in toto regno ne appellari pateretur, eius furorem *Anselmus* *Archiepiscopus* *Cantuariensis* in *Synodo* ad hoc ipsum

tertor Episcopos & Abbates aliosque principes regiarum minarum metu percultos, solus cum nobis aliis, quos ipsius autoritas retinuit, ita expugnauit, ut pontificias partes tueretur, atque super Angliam relicta exulatum abiret.

vi. *Dunstanus* Cantuariensis an. circiter 1020. Anglia Archiepiscopus tanta fiducia ac libertate duos Reges *Etelstanum* & *Eduardum* eius successores reprehendere solebat, ut ob eam causam iterum atque iterum in exilium pelleretur, semper tamen reuocatus est, & ob præstantem prudentiam ab iisdem ad grauissima quæuis publica negotia adhibitus.

6. Non veriti sunt Pontifices Romani in contemptum se dare (summam suam dignitatem retulissent) hostium suorum, eosque sola vultus maiestate & sermone grauitatis pleno ad officium regere. Numquid enim non maximus fuit animus *Leonis Magni*, aut cum *Attilæ* qui se flagellum terroremque orbis nominabat, occurreret bellissimarum gentium copias trahenti? aut *Genferico* ex Africa ad urbem diripiendam operanti?

7. Cum *Iustinianus* illicita quædam vellet exquirere ab *Agapeto* Pontifice & minacia verba daret, respondet imperterritus *Agapetus*. At ego me non ad *Diocletianum* sed ad *Iustinianum* putabam venisse, qua voce sic fractus imperterritus, ut protinus illi daret assentum.

8. *Theobaldus* ut cum Romani seditione facta tumultuarentur, & armis arreptis impetu facto in *Stadium* Papæ irrumperent, Pontifex haud ex-

v. *Thr.*  
*Boz. de signis Eccl. l. 11. c. 2. honesta animi magnitudo seu magna nimitas.*  
*Liberii cum Constantio imp. virus sui stomachi euomente, constantie admirabilis & grauitatis plenissimum colloquium narrat*  
*Theod.*



territus pontificalia ornamenta poscens sumptibus intransi-  
grauitate & dignitate in oculos seditionum  
dedit, inquit id solum quem queritis? ad hanc rem age-  
protinus exanimati conquierunt ac depelluntque qu-  
rore iussa fecerunt.

*Galsiod. li.  
10. ca. 3. in-  
uicissimus  
Christi bel-  
lator Chry-  
sost.*

19. Multa commiserat Gainas Celticus  
nus intoleranda flagitia, & illud in primis  
collectorum militum instructiq; exercitus  
bis imperio potiretur, & cum auderet nem-  
gationem obire, Christianorumque Princ-  
ad barbarum metuendumque latrocinat-  
data perferre, Antiochenus ille Ioannes  
mento *Chrysofomus* ad illius est castra prof-  
cuius aduentum multo ante Gainas prefecit Ariar-

*Baron. an.  
Chr. 400.*

longo ei occurrit itinere, prorectamque locit, his  
dextram oculis venerabūdis imposuit, facit Ariar-  
Antistitis genua, liberos quos secum adduxit sibi  
iussit osculari. Legati religionem, vt propriam det f-  
defensione animi alacritatem is qui Ariariam ei cu-  
& truculentus agnouit reueritusque est. Sic Ioann-

*Theod. lib.  
5. c. 33.*

Præfules Regibus imperare volunt & barbaritatu  
esse terrori, priscos istos Pontifices imitentiar  
cesse est. Nam virtus, vt Theodor. ait vel imitentem  
simos pudore afficere & obstupescere  
*Chrysof.* regressus Constantinopolim neque, neque  
cuius causa legatione functus erat, bene cōueniam  
ad populum sic orditur suam concionem  
tempore silui & post longum temporis spatium  
ritatem vestram reuersus sum, quanquam id  
dit vlla vel animi socordia, vel corporis desidia,  
fui tumultus componens, fluctus sedans, tempore  
corrigenz, eosque qui iam demergi cœperant ad

in tranquillum porrecta manu deducere studens.  
 in enim communis omnium Pater, eoque necesse est  
 ad hanc rem agere non tantum eorum qui stant, sed eorum  
 qui collapsi sunt, non eorum modo qui secun-  
 da nauigant ventis, sed & illorum qui tempestate ia-  
 llicus ventis, non eorum modo qui in tuto sunt, sed illorum  
 qui periclitantur. Harum sane rerum gratia reliqui  
 ad temporis spatium, obambulans, exhortans, ob-  
 ret nempe, supplicans vt à Domino ea calamitas dissolue-  
 e Princeps. Postquam autem in amœnis illis ac tristibus fi-  
 cinatibus inpositus, denno me ad vos recepi, &c.

lib. 5. c. 32.

Quomodo idem Chrysostomus antea huic  
 ra profano ab Arcadio Imper. Constantinopoli  
 s præfati Arianis templum poscenti intrepide resti-  
 que locat, his verbis refert Theod. Iste labe asper-  
 fuit, sacra Ariana postulat ab imperatore vnum ex sa-  
 m addens sibi templis dari. Imperator autem re-  
 proprium det se de ea re capturum consilium, & v-  
 Ariamam ei curaturum promittit. Itaque diuino il-  
 est. Sin. Ioanne accersito (Episcop. Constantin.) el  
 t & basilicatum Gainæ exponit, commemorat eius  
 imitentiam, molliri tyrannidem indicat, orat vt  
 it velintem eius animum templo donato placet.  
 facere nobilis ille vir: Nec (inquit) istud ei polli-  
 lim negare, neque Sanctum Dei canibus mandes. Nam,  
 bene ceterum equidem patiar, vt qui Dei verbum San-  
 onem & auguste laudibus & hymnis celebrant, ex-  
 atium a Sacro Templo, idem que tribuatur ijs  
 em id contra eum loquuntur blasphemias. Atque  
 esuliam barbarum illum omnino metuas imperator,  
 rempore & illum in vnum locum conuoca, tu-  
 ant ad silentio veriusque sermonem auscultra.

N 4

Ego

Ego certe me hominis linguam refrenaturum spero, vincitur  
 suarumque ne postulet quod ei concedi non debeat. Quae, quae  
 bus auditis imperator vehementer latantibus p  
 postridie eius diei utrumque accersuit. Gaudeo  
 quidem promissum exposcit, Magnus autrum h  
 Ioannes respondet illi ex aduerso: Non liceret ex  
 ratori, qui pietatem colere instituat, aliquid contra  
 sacras temere moliri. Cui quidem dicenti tempore  
 sibi dari oportere, respondet Ioannes: Tempus certe  
 sacrum apertum esse, neminemque eum p  
 bere quo minus in eo, si libeat, preces faceret, Po  
 Tum Gainas At ego, inquit, alterius secta sum, &  
 & cum hominibus eius secta vnum sanctum templum  
 habere postulo, atque istud quidem non immerito peto  
 lo, quippe qui multa bellica certamina pro  
 confecerim. At praemia (inquit Ioannes) p  
 pterea tributa labores tuos longe superant, nam  
 & honore consulari dignatus. Quia etiam te  
 considerare quis fueris olim, & quis iam sis, quoniam trad  
 prae terita tua inopia, & in qua iam abundanti honorat  
 degas, quibus quoque vestimentis indutus esse  
 Istrum traiceret, & quibus iam operis. Com  
 re igitur animo quam pauci sint labores & quoniam  
 pla praemia, atque noli erga eos qui tibi honore  
 detulerunt, ingratus esse.

2. Cor. 10.  
 Arma no-  
 stra non  
 carnalia,  
 &c.

Hac oratione habita Ioannes celebris  
 orbis terrarum doctor, os obturavit Gainas  
 que adeo obmutescere coegit. Hac Theo  
 que ita qui iniquas atque indignas, imo  
 pes coegerat Arcadium imper. pacis com  
 nes accipere, vt tamen velamento pacis  
 nidem violentus acciperet, idem ipse ab

um spero vincitur Sacerdote, cogiturque à cœptis desiste-  
debeat. Cre, quæ instigatione Arianorum magnis spiri-  
larum tibus petere aggressus erat, vsque adeo vt in ea  
fuit, Gaudiam, vbi ipse præsidio militari summam re-  
gnus ætatem sibi vendicabat, cogatur, vt hæreticus à sa-  
n licentia extorris, carere basilica.

*Quem pa-  
nent Reges  
eum Chryf.  
vi puerum  
virga com-  
pescit.*

*Bar. ann.  
Chryf. 360.  
Intrepidus  
animus &  
inuita con-  
stantia.*

uid com. 20. Sancti Hilarius Episcopus Pictauiensis con-  
ti tempore Constantium imper, Arianum scribens, in-  
es: Tenet cetera ait, *Christus expectetur, quia obtinuit an-*  
eum *Christus, clament pastores, quis mercenarii fuge-*  
recesserunt, *Ponamus animas pro ouibus, quia fures introie-*  
*is scilicet furtur, & leo sapiens circuit, ad martyrium per has vo-*  
*tum tenet excamue, &c.* Quod per Antichristum intel-  
meritum Constantium imperatorem, docet his ver-  
a pro *tenet* quæ subdit: *Pugnamus contra persecutorem fal-*  
nes) *tenentem, contra hostem blandientem, contra Constan-*  
at, nam *tenentem* Antichristum, qui non dorsa cedit, sed ventrem  
m *tenentem* palpat, non proscribit ad vitam, sed dicit in mortem,  
fis, qui non tradit carceri ad libertatem, sed intra palatium  
ordant *tenentem* ad seruitutem, non latera vexat, sed cor oc-  
utus *tenentem* effundit, non gladio caput diffecat, sed animam auro  
us. *tenentem* accendit, non ignes publice minatur, sed gehennam  
& *tenentem* accendit, non contendit ne vincatur, sed  
honore *tenentem* ut dominetur. Christum confitetur vt neget,  
mutatem procurat ne pax sit, hæreses comprimit ne  
lebris *tenentem* sint; sacerdotes honorat ne Episcopi sint;  
it *tenentem* recta ponit vt fidem destruat.

Postquam deinde induxit in exemplum san-  
simos viros qui veritatis amore ipsos Reges  
tedarguerunt, vehementius in eundem inue-  
tus, addit: *Proclamo tibi, Constanti, quod Neroni*  
*loquutus fuissem, quod ex me Decius & Maximini a-*



Iob 28.

nus auderent, contra Deum pugnas, contra  
 fiam seuis, sanctos persequeris, predicatores  
 odis, religionem tollis, tyrannus non iam humanorum  
 sed diuinorum, &c. Et: Christianum te mentis  
 Christi nouus hostis es, &c. Qui autem facit  
 tis pondus, non pro arbitrio eos perflare  
 uit, sed nutu compefcuit, & quemadmodum  
 ad Labande Jacob locutus est Dominus:  
 uene quicquid asperum loqueris contra Iacob, sit  
 pace sine abire: ita Constantio præcepit  
 Hilario, quem in pace reuerti ex exilio  
 ad suos.

hist. erip. li.  
 9. ca. 36.  
 prolixè hæc  
 Baron. an.  
 Chr. 390.

21. Quoniam Theodosius Augustus  
 in Thessalicenses, supra quam quod in  
 quumque esset, animaduerti fecerat. Me  
 ni ab Ambrosio Episcopo Ecclesiæ adito  
 hibitus palamque reprehensus, patienti  
 pertulit, & commissam confitens pœnitent  
 egit. Idem cum Paschali quodam die Ec  
 siam ingressus intra Chorum confedisset,  
 uit non eum locum purparatorum esse,  
 cerdotum, iubentique Ambrosio ut inde  
 deret, obediuit. Posthæc Constantinopolim  
 Ecclesiam ueniens, ut in Choro sessum  
 deret, à Patriarcha inuitatus, nequaquam  
 quieuit.

2. par. 24.

22. Zacharias Ioiadam Sacerdotis filius  
 dubitauit Ioram Regem Iuda palam arguere  
 quod patriæ ritu relicto ad idolorum cultum  
 conuersus fuisset: Prophetantem quidem  
 trio domus Domini lapidibus obruerunt.  
 Deo innocentis necem vlciscente ingentes

rum copiae à paucis Syris prostratae sunt. Sic & alij multi ex Prophetis extrema pati, quam Regum populorumque vitia non corripere, maluerunt. Esaias in duas partes sectus est; Jeremias lapidibus obrutus; Amos vecte per tempora transfusus, &c.

23. Eliseus cum staret coram Ioram Rege Israel idololatra, & coram Iosaphat Rege Iuda Deum colente ut pro illis Dominum consuleret, illum constanter redarguit, hunc autem reueritus est, Ad Ioram enim dixit: *Quid mihi & tibi est? vade ad Prophetas patris tui (Achal) & matris tuae (Iezabel) viuit Dominus DEVS Israel in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat Regis Iuda contulerem, non attendissem quidem te, nec aspexissem.*

4. Reg. 3.  
v. 13.

24. Ioannes Baptista Herodis personam non respexit, quo minus ei libere diceret: *non licet tibi habere uxorem fratris tui.*

25. Ipse Christus (de quo Esaias II. v. 3. praedicitur. *Non secundum visionem oculorum iudicabit*) etiam Scribis & Phariseis ac Iudaeorum Principibus dixit: *Vanus vobis hypocrite, auferetur à vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructus.*

Matth. 23.

26. Quia immodica occupatione in laboribus externis à consuetis deuotionis exercitijs Eugeni<sup>us</sup> ex monacho Cisterciensi factus summus Pontifex videbatur arceri sollicitus de eius salute S. Bernardus quinque doctissimos libros de consideratione ad eum exarauit.

27. Miecislaus<sup>us</sup> ut Polonorum Princeps auare ac superbeam pabat & praefectos suos populū expilabat,  
Gedeon

Gedron Cracouiensis Episcopus blande primo  
 Principem redarguere, mox ubi contumacia  
 esse videt, pio astu rem aggreditur; Mulierem  
 subornat, quæ sordido ac miserabili habitu  
 sumpto ubi in conspectum Principis venit, lacri-  
 tabili voce ac eiulatu ementito opem eius impo-  
 rat; motus eius lacrymis ac importuno clamore  
 re Miecislaus accitatus, quid sibi velit, rogatus;  
 illa gregem se ouium numerosum habuisse, et  
 lio commendasse, illum porro mediastinis  
 cendum commisisse, eorum negligentia gregem  
 à lupis dilaniatum, seque ad extremam inopiam  
 inde redactam esse. Rogare ut cuius culpa de-  
 num datum esset, ab eo præstaretur. Circa  
 diastini qui pariter subornati venerant, neg-  
 sua negligentia damnum datum esse, sed adole-  
 tis, qui priuignus esset mulieris, culpa. Eum  
 nim venationi deditum feris canes alere, qui  
 luti partim ipsi gregem laniant, partim  
 etum ac dissipatum lupis in prædam dederunt.  
 Eum igitur præstare oportere, se neque  
 abigere, neque dispersis ouibus succurrere  
 tuisset. Adoret & adolescens crimenque in-  
 diastinos referebat, se præsidio gregi canes  
 re. Neque tamen satis illorum dicta refellebat.  
 Cognita causa Miecislaus condemnat adole-  
 tem damni illati. Approbant, qui tunc ad  
 senatores principis iudicium. Ibi tum Gedron  
 ste, inquit, & sapienter iudicasti, tu filius es huius  
 plissima & florentissima Reipublica, sed tu te  
 gnū eius habere maus, tu gregem tuum nummaria  
 dicibus & magistratibus tradidisti tu feris canes, hoc

acerbos & crudeles exactores & præfectos facul-  
tibus & sanguine innocentium hominum sa-  
gines, quorum caeca cupiditate & asperitate fit,  
tenuiores vt à potentioribus perinde quasi à lu-  
pis diripiuntur & opprimantur.

*Proceres Re-  
gem digni-  
tate priua-  
runt.*

SIGNVM XXXVII.

*Alios iuxta legem diuinam prudenter, & cum  
lenitate, modestia & humanitate cor-  
rigere.*

San. Bernardus, cum esset Abbas vel Præpo-  
situs sui monasterij, dicebat: Quoniã in mul-  
tis offendimus omnes, mihi tacere non licet cui  
ex officio incumbit peccantes arguere, magis au-  
tem urget Charitas: San. Augustin. (in Enchir.  
ad Laur.) correctio ex charitate profecta spiritua-  
lis est eleemosyna.

*Leu. c. 19. v.  
17. Syr. 19.  
v. 13. Ser.  
42. in cant.  
Ezech. 38.  
v. 8. Va.  
& c. abie-  
ctum non  
redux. c. 8.  
v. 8. Fode.*

Hinc boni Prælati diligenter in subditos delin-  
quentes inquirunt, vt pastor in oues aberrantes  
vel scabiosas. Et palam delinquentes etiã cum  
resipuerunt palam arguunt idque propter allo-  
rum exemplum, iuxta illud: 1. Tim. 5. v. 20. Pec-  
cantes coram omnibus argue vt & ceteri timorem ha-  
beant. Et illud Gregorij in Registro: *Manifesta pec-  
cata non sunt occulta correctione purganda, sed palam  
sunt arguendi, qui palam nocent, vt dum aperta obiur-  
gatione sanantur hi, qui eos imitando deliquerant corri-  
gantur.*

Non autem increpando sed monendo leniter  
& congemiscendo eos ad emendationem vitæ  
inui-

inuitat, iuxta illud ps. 140. v. 5. *Corripier me in misericordia; Et illud ad Gal. 6. v. 1. Si praecipuus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis inmodi instruite in spiritu lenitatis. Et 2. ad Tim. 24. Seruum Domini non oportet litigare, sed modicum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum medicum corripientem eos qui resistunt veritati; S. Gregorius zian. ait. Christi discipulus es mitis & humilitatisque nostras portantis. Si primo luctetur, leniter expecta; si secundo, ne animo despondeas, nondum enim curationis tempus effluxit; Si tertio, benignum illum & humanum praeditum agricolam imitare, Dominum ad precare, ne infructuosam ficum excidat, veniat conuertat & curet.*

ho. 3 ad po.

Ant.

S. Chrylost. *vs fratrem corrigere? lacrymas Deum ex corde apprehensum admone, consule, curare; Sic Paulus faciebat. Demonstra charitatem*

2. Cor. 12.

v. 21.

2. Cor. 1. v.

20.

Non libenter

sectioni

buse & can

teris ut.

dum.

*peccatorem, persuade ipsi quod consulens & iurans peruulgare volens peccati ipsum commonfaci. Prehende pedes, osculari ne erubescas, si modo vis. Haec & medici faciunt saepe diffidiles agrorum bentes, deosculantes, rogantes persuadent salutarum fumere medicinam.*

Hom. 7. *Ipse Deus Adamum mansuetissimum rripuit; Sanct. Ambrosius lib. 8. in Luc. cap. Plus proficit amica correptio, quam accusatio bulenta, illa pudorem incutit, hac indignatio mouet.*

Collat. 2.

6. 13.

Ioan. Cassianus Chrylostomi discipulus exemplum commemorat de monacho qui acriter increpatione patris spiritualis in desperationem adactus est.

Cum tamen lenior correctio parum profu-  
torum creditur, vsurpant duriores, sed ex charita-  
te, animo dilectionis non ultionis, vt loquitur  
August. in Psal. 102. Nouerunt enim Heli ob  
missam duriores in filios animaduersionem 1.  
Reg. 2. grauiter à Deo castigatum esse. Et quia  
Paulus hunc modum præscribit Timotheo &  
Tito.

2. Tim. 4.  
v. 2,  
Tit. 1. v. 13,  
c. 3. v. 10.  
vinum olea  
iunge.  
Luc. 10.

SIGNVM XXXVIII.

Concordia in omnibus rebus studere.

Apostoli post Christi ascensionem, Catho-  
lica fidei consulturi, antequam in orbis pro-  
uincias proficiscerentur, quid singuli essent præ-  
dicaturi gentibus, ne vlla ex parte aliqua vel ap-  
parens inter eos in annunciatione Euangelii di-  
uersitas esset, quosdam fidei Canones, quibus v-  
niuersam Christianam fidem perstringentes fir-  
marent ac stabilirent, constituerunt, quos pro  
nomine Dei Ecclesia nominare consuevit  
Symbolum Apostolorum, vel quod singuli ex eis  
ad perficiendum attulerint suum Symbolum,  
quoniam, qui Christiani essent, eo Symbolo,  
sicut tessera militari, dato, dignosci possent.  
Iustinus in præf. expos. Symb. Apost. ait: Dis-  
cessuri Apostoli ab inuicem, normam predicationis  
commune constituerunt, ne forte alii ab aliis ab-  
scissi, diuersum aliquid his qui ad fidem veniebant,  
proponerent. &c. Et: Discessuri ad prædican-  
dum, istud & vnanimitatis & fidei sue indicium  
Apostol-

Mar. 16.  
Baron an.  
Chr. 44.  
Discordia  
perit. v. 17  
theatro  
vindicta de  
una.

De unani-  
mi consen-  
su doctorū  
Ecclesia v.  
Theod. Bo-  
zium li. 5.  
de signis Ec-  
cles. c. 10.

Apostoli posuere, non sicut filii Noe discessuri ab inuicem  
alterutrum turrem ex latere cocto & bitumine con-  
tinentes, cuius cacumen ad cælum vsque pertingeret  
munimenta fidei, quæ scarent aduersus facientes  
ex lapidibus viuis & margaritis dominicis adifican-  
quam neque venti impellerent, neque flumina  
rent, neque tempestatum ac procellarum turbæ  
mouerent. Merito igitur illi ab inuicem separandi  
rim superbia adificantes, linguarum confusione  
ri sunt, vti ne quidem posset aduertere proximi  
quelam: Iste vero qui turrem fidei construebant,  
linguarum scientia & agnitione donati sunt, ut  
peccati, hac fidei probaretur iudicium.  
Ruff.

ep. 72.

2. S. Cyprianus scribens ad Stephanum  
ficem Romanum significat mutuas inter  
pos Catholicos contentiones sic agitas  
nunquam tamen inter eos Catholicae com-  
munionis pacis vinculum fuerit dissolutum.  
indicans anno Christi 259. quam dispar es  
leant controuersia quibus inter se Catho-  
licam aduersantur, ab illis quibus hæretici  
fictantur. Est, inquit, innatum eis cum sibi ad-  
bus vehemens ac prorsus implacabile odium cum  
coniunctum, vt nullo possint officio demulceri,  
tione conuinci. Isti vero instar columbarum, post  
mutuorixati fuerint, mox oscula sanctæ pacis  
lica concordie Symbolo, se inuicem complectentur  
fraterneque salutent: Et quod non nisi veritate  
nes cupiant, ea semel elucidata atque perspicue  
strata, ad eam velut optatam expositam et sciam  
is penitus omnibus simultatibus conuolent.

Omnes certe Clerici debent inter se esse  
 quam coniunctissimivinculo insolubili beneuo-  
 entia & pacis in procurando communi bono.  
 Quomobrem dissensiones, animorum aliena-  
 tiones, æmulationes & reliqua eiusmodi quæ  
 concordiam dirimunt, charitatem extinguunt,  
 tum ab omnibus Christianis, tum vero à Cleri-  
 cis abesse debent quam longissime, quia ad per-  
 fectionem aspirant, charitas autem est vinculum *Coloss. 3.*  
 perfectionis: & omnis inter eos rixa & iurgium  
 meriam contentio eo deformior est, quo plu-  
 ribus habent causas necessitudinis & concordia.  
 Nam si similitudo amorem conciliat, quam mul-  
 tas similitudines professionis, status, dignita-  
 tis denique & ipsius habitus externi: si omnes  
 Christo Domino seruire, seque Christi esse vo-  
 unt, facile omnes erunt vinculo charitatis colli-  
 gati, ac se inter se diligant ex animo, seque mu-  
 tuis prosequantur officiis non in specie simulta-  
 neis sed veris & solidis: & inter omnes quam ma-  
 gnam voluntatum, studiorum sententiarumque  
 consensio.  
 Graua vero damna & magna detrimenta se-  
 que necesse, non dico si aperta inter eos fuerint  
 dissensiones, sed etiam si æmulationes occulta, ac de-  
 sideria si minus inter sese consentiant. Vt enim,  
 cum multi ingens aliquod pondus humeris de-  
 bent vel manibus trahunt, multum promoue-  
 unt quatenus vnum inter se omnes efficiunt  
 que conspirant: si vero paululum aliquis dissi-  
 dat aut in diuertum declinet potius alios im-  
 pedet quam adiuuabit: ita si inter Clericos ali-  
 qua

○

qua

qua obrepit discordia, ut alias alio trahat, sedes, ut & uicem turbabunt atque Ecclesie eiusque uicibus tibus oberant, & maximas ei plagas imponere ut p Quare si ij sunt, qui esse debent, fideles Deo & imbo- clesieque ministri, etiam si aliqua interdum panti- current causae pacis concordiaeque solueis uentat meminerint tamen communem utilitatem comm- utilitatibus anteferre, seque vincant, & suas uolunt- rias Reipub. donent. Idem etiam sit omnibus pro- propositum, publicum bonum, & unius Deo accept- nor atque obsequium: Nam si quisque quodlibet, l- utile aut commodum est spectabit, omnes face- dem ad sese rem trahent, ex quo necesse est sint r- magnas varietates voluntatum, opinionum, & ego se- multitudines quae cum aliquandiu fronte & non e- occultatae fuerint, tandem necesse ut pro me sa- atque erumpant, & offensiones grauiores, quales- quae indies nouis occasionibus recrudescunt. T- Contra si omnes suis commodis, ut debent, sua se- habitis unum Ecclesie commodum agitant, tum- nulla erit dissentendi causa, nulla materia, quae do- niam omnibus idem erit animus, eadem uolunt- tas.

## SIGNVM XXXIX.

*Confessionem scelerum sine ullo tadio-  
pere, & poenitentibus condolere. seu  
excipiendis confessionum labo-  
ribus sedulum esse.*

I. **P**eccata confitentium tum pius  
tumque egregius curator erat S. A.

bat, fletus, & fletet ipse, & quos ad genua prouoluzos  
usque uidebat impelleret ad plorandum, quo certe  
is imponebat paucos uideret etas illa aut agris animis  
delos Deu imbecillibus. Quotiescunque, ait eius Cleri-  
interdum Paulinus de eo, ad promerendam pro pecca-  
e soluetis penam illa ipsi confitebatur, adeo intima cor-  
tilitatis commiseratione afficiebatur, ut deflens at-  
, & suas sicut sua peccata, ad secum flendum pœni-  
a sit omnis prouocaret affectum. Crimina autem ab  
ninus Deu accepta nulli nisi Domino, apud quem inter-  
que quæbat, loquebatur, relinquens exarsulum po-  
, omnes sacerdotibus ut intercessores apud Domi-  
celle em sint magis, quam accusatores apud homi-  
tionum. Ego sciebam, ait de se ipso li. 2. de pœnit. c. 7. 8.  
onte & non eram dignus vocari Episcopus, quoniam dede-  
e ut pœnit. saculo hinc, sed gratia tua sum id quod sum, &  
uiores, quidem minimus omnium Episcoporum & infimus  
recedere. Tamen quia & ego laborem aliquem pro S. Ec-  
deberet tua suscepi, hunc fructum tuere, ne quem  
m agitur, vocasti ad sacerdotium, eum  
nateria, sacerdotem perire patiaris, ac primum ut  
adadem dolere norimus peccantibus affectu inti-

*Cum pœni-  
tentium  
audiret de  
licta com-  
miseratio-  
ne collacry-  
mabatur.*

*De seruato  
sigillo con-  
fess. v. pul-  
chrum exē-  
plum sacer-  
dotis in po-  
stilla P.  
Schererij  
Dom. Qua-  
sim. concio-  
ne 1.*

XIX. S. Chrysostomus philtro Charitatis imbu-  
planeque delibatus dicebat, non die so-  
sed nocte etiam paratum esse pœni-  
tentium excipere confessionem. li. 3.  
de Sacerd. ait. accedite ad me  
dormientem.

*V. in the-  
mat. meis  
oratoris o-  
rationem  
de pœnit.*



*Tentationes suas & peccata patri  
10. In historiis Fratrum minorum D. Francisci (par. 2. li. 4. c. 25.) narratur quendam purissimæ vitæ fratrem nomine Rutgerum, diligentissimū oculorum suorum custodem fuisse, sicut nunquā in fœminas, quas alloqui necesse habebat eos cō-

iecerit. Vnde Pater spiritualis qui perspicua  
conscientiam habebat, eum aliquando per  
status est, quid causæ esset, cur cum tanto pre  
tis dono præditus esset, tamen vultum avertit  
à conspectu mulierum honestarum? Et res  
homo sanctus & à Deo illustratus. Pater, qui  
homo facit quod se est, & hominem tuetur ac  
As quando homo se temere conicit in disyrmi  
iuste à Deo deseritur, ac ita fit vt facile ob natura  
ptione in peccatum aliquod graue dilabatur, hanc  
tis etiam sanctitate clarissimis accidit. Quare  
mulierem, quæ fidenter & constanter vult  
git in facies virorum quasi (Basilisci in mo  
solo visu necatur.

*Guido Car-*  
*thus. Syr. 9.*  
*auerte fa-*  
*ciem tuam*  
*à muliere*  
*corrupta.*

11. B. Hugo Episcopus Gratinopolitana  
esset castissimus, & ab omnibus tentationibus  
nis ita immunis, vt sensu omni videre retur  
tus, tamen quoties iam existens Episcopus  
confessione, vel extra illam necesse habuit  
qui fœminas, nunquam per rotos quinquaginta  
annos oculos in earum vultus coniecit, sed  
que id necessario faciendum, si mentem  
ab impuris cogitationibus liberam  
uare.

*Sur. in*  
*Mart.*

12. S. Thomas Aquinas quantumuis doctri  
tatis diuinitus ornatus nec tentationibus  
noxius esset, & Angeli ei sponderant  
eum castitatis iacturam facturum, tamen  
studium adhibuit ne in mulieres aliaque  
xias oculos conieceret, nec secus quam serpentes  
& scorpiones eas declinabat. Sciebat enim  
simum esse illud: Est mulier tactu vilis.

Basiliscus: Basiliscus solo visu necat; impudica vero mulieris aspectus animas perimunt. Virg. 3. Geor. Carpit enim vires paulatim, vritque videndo femina.

13. Franciscus qui continenti mortificatione carnem prorsus edomuerat, tam sedulus fuit in cauendis colloquiis non necessariis cum mulieribus, & refrenando earum aspectu, vt ne vnus quidem ex vultu noticiam haberet, ipseque omnes commonefacere solitus erat, nisi cura & vigilantia illa ab omnibus vsurpetur, fieri non posse quin detrimentum aliquod ab earum conuersatione capiatur. Sicut ignem nemo ingredi possit quin comburatur. Multi certe per talem carnem (impudicum & incendiarium aspectum femineum) sunt consumpti & in fauillam redacti, cum & illa ex vna parte virulento conspectu in corda intuentium scintillas impudici caloris vibrant, & ex altera gehennalis vstrinae incensorum habitus suae suggestionis prunas phantasiarum ardere faciat, quodque est caput ipsimet insensati ac vecordes oleum camino addentes frequenti adspectu coniuuentibus annuentibusque oculis totaque sensuum omnium capedine, virus ac flammam hauriant.

*V. ex 4. de Maria. Cor viri impudica obtutu & demonis halitu concrematur.*

Quis etenim tali, tot facularum concursu miretur incendium? cum & senes illi duo in Babilone cum Susanna castissima iis nullum ex se incendiium daret, in oculis nihilominus propriis atque animis, fomitem secum libidinis adferentes, exarserint in concupiscentia eius:

*Et Holofernes capius est laqueo oculorum suorum.*

& euerterint sensum suum, & declinauerint  
 los suos, ne viderent cœlum: neque recorda-  
 tur iudiciorum iustorum, tam quæ ab ipsi-  
 dicibus populi debebant procedere: quam  
 à iusto summoque iudice Deo merito debent  
 metuere. Si à casta pudicaque castissima  
 fronte tam sæculentæ obortæ sunt faces  
 mæ, optima quæque in senibus solo ipso  
 tio diuastantes, quid non metuendum  
 & impudicarum & lasciuarum puellarum  
 & consortio, diabolo præsertim adhibe-  
 flabellum, qui viride quoque lignum in  
 præualeat?

14. Gregorius Naz. insinuans quibus  
 insultantem carnem coercere sit solitus,  
 te & quidem magna copia scelerum expiari  
 veni laboriosum tam mentis quam corporis per  
 vt flammæ meæ ardorem minuatis, fatidam  
 rum putredinem abstergatis: venter satietatem  
 get: genua humi flexa obrigescant, cinis  
 sit, at asperrimus saccus mollia membra vindicet  
 gat, vexataque anima suppetias ferat. Vnde  
 stis cura carnis domatrix, futura supplicia  
 mihi ob oculos ponens, &c. Accidit aliquando  
 dum sic ruri degeret, arte Dæmonum,  
 la sibi propinqua Valentinianus quidam  
 lis loci Dominus lasciuientes secum habere  
 minas ob oculos Gregorii positas, cum  
 sibi timens loco cessit, recedensque ad  
 Valentinianum Epistolam scripsit. In  
 hæc inter alia: *multo melius erat tabula  
 blice proposita (proscriptionis) nobis*

*Contrasti-  
 mulos car-  
 nis fortiter  
 pugnat.*

*Gregorius  
 senex vitæ  
 aspectum  
 fœminariū.*

collocasti, vita grauitatem & sanctitatem interci-  
re, ac quotidianum dedecus & maledicentiam adiun-  
e: quam ab ijs proficiscentem qui libenter faciunt, vt ijs qui  
ito debent, soli viuendum proposuerunt, vt nos viuimus obtre-  
simz fuerunt, ac nisi hoc dictum audax sit, nos quoq; per Euam e  
faces & hunc adiso expulisti. Hæc & alia Gregorius inde alio  
o ipso migrans. Transiliit enim vt seruus senex infirmis  
um iuuenibus, quod in fuga tantum in eiusmodi bello  
llarum daret repositam esse salutem atq; victoriam col-  
im adhibere caram.

15. Cum colloquium mulieris quasi ignis ex-  
descat, vt sapiens inquit, à B. Clemente Pontifice  
constitutum fuit, vt Clericus solus ad fœminæ  
abernaculum non accedat, neque properet  
sine maioris natu Sacerdotis iussione, nec solus  
Presbyter cum sola fœmina fabulas misceat,  
etiam parat.

16. S. Cyprianus de singularitate Clericorum,  
dicit sibi à Domino præceptum fuisse, vt Clericis  
mandaret, ne cum fœminis commorarentur:  
Quid, ait, illic geritur vbi libertatis sumit mulier in con-  
sternitate Constantiam? quando in domesticis nego-  
tibus nunc lacertos & femora lanificis operibus nudat,  
nunc estuans detegit membra, nunc fatigata iactatur,  
nunc in vsum aliquando dissoluitur, nunc blanditias ex-  
hibet, & quod est venenosius super cuncta, spallere dele-  
tatur aut canere, cuius cantu tolerabilius est audire Ba-  
bilonis sibilantem, &c. Et: Seueritas in vobis circa  
fœminas vigeat, autoritas polleat, vigor tenea-  
tur, grauitas veneretur. Et quid sibi adhibuit mu-  
lierem, qui ducere contempsit vxorem Omnis in-

O o s conue-

Eccl. 7.  
Ep. 2 ad  
Ius. c. c.  
Clericus  
dist. 81.

conueniens sodalitas mulierum gluten et  
 etorum, & vilcum toxicatum, quo diabolus  
 cupatur. Et: quantos leones domuit vna  
 bris infirmitas delicata, quæ cum sit vtilis &  
 ra de magnis efficit prædā? quod Salomon  
 uerb. 6. ) loquitur dicens: Pretium meretricis  
 tantum est vnius panis, mulier autem pro  
 animas capit. V. Baron. An. Chr. 253. ex  
 priani commentario vehementer Clericis  
 cum foeminis contubernium reprehendit  
 & An. 305. ex Can. 33. Concilij Eliberitan-  
 rinentiam etiam Subdiaconorum probat  
 An. Chr. 58. & 325. continentiam & coelibat-  
 Clericorum ab ipsis temporibus Apostoli  
 in Ecclesia viguisse demonstrantem: & idem  
 Christ. 314. ex concilio Ancyrano probat  
 eundem An. Chr. 370. 398. 590. & 591. Vnde  
 go Clerici nullas foeminas in domos suas  
 rent, vtinam multo minus ad mensas suau-  
 terent, &c.

*Li 3. Dial.* 17. S. Greg. scribit de *Andraa* Fundan-  
*c 7.* tis Episcopo, quod cum esset probatissimus  
*Pœna in-* tatis antistes quandam sanctimonialem  
*cauta con-* nam, de cuius continentia castitate q; tam-  
*uersationi-* erat atq; de sua, apud se in Episcopo habita-  
*bus cum* m ferit, nihilominus vero inde acciderit  
*mulieribus* antiquus ex hoc conuictu tentandi ipsius  
*V. in Thea* perer ansam, tantumq; breui profecit vbi  
*tro.* do terga eiusdem foeminae percuteret, quæ  
 etoria cum Iudæus quidam noctu gloriam  
 monem mirabili euentu inaudisset, re ad  
 pum delata baptismū petijt. Episcopus ve-

unus peccatum agnoscens humi prostratus ve-  
ram errati petijt, moxq; de suo habitaculo ean-  
dem Dei famulam, & omnem fœminam quæ in  
eius illic obsequio habitabat expulit.

18. Palladius referens quomodo S. Chrys. Epi-  
sco. Const. Clerici Const. mores correxerit inter  
cetera ait: Sermonem exacuit adu<sup>sus</sup> fictam & non  
paternam (vt eam appellant) sed plane fœdam atq; inho-  
nestam vitam eorum sacerdotum, qui mulieres quas sub-  
introductas vocant secum habere vellent, asserens compa-  
ratione mali tolerabiliore esse lenones. Illi enim longe à  
medicina taberna separati seorsum habent, qui sua spon-  
te infirmi esse delegerunt, hi autem intra salu:is officii-  
nam habitantes sanos ad morbum euocant. S. Hieron.  
Epl. 22. vocat hos agapotas meretrices vniuiras,  
nouum concubinarum genus. Tim. 9. Ep. ad O-  
ceanum ait: Si aliquis senserit Clericum habitare cum  
fœminis non credit eum esse castum.

19. Sanctus Bernhardus in Cant. ait: Cum fœmi-  
na semper esse & non cognoscere fœminam, nonne plus  
est quam mortuum suscitare? Quod minus est non potes,  
& quod maius est vis credam tibi? Quotidie latus tuum  
ad latus iuencula est in mensa, lectus tuus ad lectum  
eius in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, ma-  
nus tua ad manus ipsius in opere, & continens vis puta-  
ris? Esto vt sis sed ego suspicione non careo. Scandalo mihi  
es, tolle scandali causam. Si non vis scandalizare Eccle-  
siam, eijce fœminam, &c.

20. Faron Meldensis Antistes postquam con-  
sensu vxoris factus esset Monachus & vxor mo-  
nialis atque diu sancte vixissent, formæ pul-  
chritudinisq; eius memoria sollicitatus, ipsam vt  
ad se

V. Baron.  
To. 5. An.  
Chr. 398.

Sur. To. 5.

ad se veniret rogatum misit. At prudens sagaci mente id quod erat concipiens ire recusabat. Eo ille magis ardere nec animo quiescere, nec euocando cessare. Venit mulier cilicio induta, squalore obsita, vultu gubri, & ipsum immundæ cogitationis resipiscere fecit. Si Sanctiss. virum procul a se rebus separatam sola recordatio pene ad eum redire compulit, quanto propius pererunt, qui his cohabitant? Qui autem amicum peribit in illo.

*sur. Tom. 3  
Metaphr.*

21. *Timotheus* Anachoreta in vastissima parti eremo nulli hominum cognitus iam 30. peregerat, quando à Paphnutio Abbate inuentus, toto eo tempore nudus & squalidus palmæ tantum fructibus vitam sustentans. gens peccatum suum quod nimia sui fiducia primum secessisset mulierem religiosam habitare passus fuisset. Qua tandem cognos nos sedecim se ab usum lacrymando fatetur periculosum est fœminæ & viri consortium.

*Palla. Laus  
hist. c. 43.*

22. *Ioannes* Anachoreta in quadam præruptæ rupis spelunca obstruso aditu cum fœminis nunquam est locutus, raro tamen, ad se tamen intrare permisit neminem. buno roganti uti se coniugi suæ concipere permitteret, non est assensus, sed in quiete appariturum promisit, quod eam pio delictum affici sciret. Proxima igitur nocte mulier ipsum vidit, quem vigilans nunquam videre quod viderit formam habitumq; corporis

ha vultus lineamenta recte vereq; referendo si-

tem fecit.  
23. Canon seu regula Canonicis Ecclesiarum, Cathedralium tum Collegiatarum. Anno Christi 816. in concilio Aquisgranensi 1. sub Ca-  
regula.  
Magni filio Ludouico I. Imper. praescripta Cath. Eccl.  
c. 144. *Faeminis non solum in mansionibus & clau-* monast. ha-  
*stris Canonorum prandendum, aut requiescendum* ber.  
*est, quin potius ne in ea intrandi excepto in Eccle-*  
*siis ultra tribuenda facultas, quia valde hoc a sanctis*  
*tribus legitur inhiberetur. Si quid veræ charita-*  
*tis officio illis attribuendum est, extra clau-*  
*stra constituatur locus in quo illud accipiant, nul-*  
*lus autem fratrum cum ipsis nisi testes fuerint lo-*  
*quatur.*

*Exemplar  
manu scri-  
ptum huius  
regulae.*

*Cath. Eccl.  
monast. ha-  
ber.*

*Canonici  
vocantur  
dulcissimo  
nomine  
fratres.*

24. Concilium Neocæsariense Nicæno antiquius  
travit Presbyterum, qui uxorem duceret ab ordi-  
ne deponendum: si fornicaretur autem vel ad-  
ulterium committeret, etiam extra Ecclesiam ab-  
solvendum & ad poenitentiam inter Laicos agen-  
dam redigi debere.

25. Conc. Nicanum permittit Episcopis, Sa-  
cerdotibus, Diaconis aut Subdiaconis habere do-  
mum subintroductoriam, seu extraneam sceminam  
sive forte aut matrem, aut sororem, aut amitam,  
aut tales quæ fugiant suspicionem.

26. Concilium Carthaginense III. cui Augu-  
stinus interfuit extendit hunc canonem etiam ad  
filias fratrum vel fororum filias.

*vi. Aug de  
cohabita-  
tione Cleri-  
corum &  
mulierum.*

27. Canon à Sirico latus nullas sceminas Cleri-  
cis permittit cohabitare, nisi sanguinis necessitu-  
dine eis iunctas.



V. Langh.  
li 6. c. 14. de  
vita & ho  
nesta Cler.

28. Carolus Borromaeus Card. Archiep. Me-  
lanensis mulieres nullas ad mensam piam ad-  
tebat, neq; permittebat ipsis vt templam  
ingrederentur.

Albertus Cranzius in Metropoli. li. 9. c. 1.  
dens vnde ortus sit mos, vt in collegiis quibus-  
dam mulam alat, inter cætera ait: iam languescit  
religio. & vt fieri solet, cum religione decrescit  
rerum temporalium, ita vsu compertum est, vt  
superna maiestatis in precio est omnia succedan-  
denter, sed illa abundantia nisi prospexerit  
xum, ille antiquat religionem, prostrata  
pauperiem, &c. Et: Quæ ex re (quod fratres  
dispersi per Ecclesias vt liberaretur Col-  
Raceburgense ære alieno) siquid prisca  
remansit ex dispersione euauit. Sed cum nec  
cerent, deterior ritus inoleuit, vt pariter in  
uentibus quisque sibi prospiceret de necessariis  
inter fratres institutio, vnde omnis disciplina  
auolauit. V. Dialogum meum Germanicæ  
conuersione concubinariorum & conu-  
rum.

## SIGNVM CXLVII.

Munera accipere renuere, seu manum  
accipiendo intactas ser-  
uare.

1. Samuel Propheta probat coram  
populo Israelitico se non accepisse  
ra. 2. Cum Nuaman princeps militiæ Regis  
ob mundationem à lepra Prophetæ Elisei  
animum ergo magna munera offerret, resp-

V. de auar.

Domini ante quem fio, quia non accipiam,  
cumque vim faceret penitus non a quiet.

2. Cum Danieli Prophetæ Babiloniorum Rex <sup>1. Reg. 12.</sup>

Misses: Si uales scripturam legere & interpretatio- <sup>v. 3.</sup>

cus inducere mihi purpura vestieris, & torquem <sup>4. Reg. 5. v.</sup>

circum collum tuum habebis, & tertius in regno <sup>16.</sup>

princeps eris, ad quæ respondens Daniel ait: <sup>Dan. 5. v.</sup>

munera tua sint tibi & dona donus tua alteri da, rece- <sup>16.</sup>

munera, sed inuitus, vel certe nutu diuino, ut

esset honoratior. &c.

3. S. Paulus Apostolus non modo munera gra-

uata oblata, sed etiam stipendia iure naturæ legeq;

Deitam veteri quam noua sibi debita repudiavit,

imo declarauit se potius fame mori malle, quam

pro labores prædicationis acceptare (2. Cor. 9.

7. Deu. 25. v. 4. Mat. 10. v. 10.) Maiores natu Ec-

clesiæ Ephesorum, apud quos triennium in-

tegram noctu diuque in prædicatione Euangeli-

posuerat ita allocutus est: <sup>Act. 20. v.</sup>

Argentum & aurum, <sup>15.</sup>

non vestem nullius concupiui &c. Protestatur etiam se <sup>2. Cor. 11.</sup>

non usum potestate accipiendi stipendium quan <sup>et 12.</sup>

umuis multis nominibus iustissima, addit etiam

se nec uoluisse uti in magna inopia. ad Thess. 2.

9. scribit: Memores estis fratres laboris nostri & fati-

gationis nocte ac die operantes, ne quem vestrum graua-

remus prædicauimus in uobis euangelium Dei &c. &

in posteriore: ipsi scitis quoniam non gratis panem mā-

uimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte

ac die operantes ne quem vestrum grauaemus.

4. S. Hier. de S. Hilarione scribit nihil in eo cur-

ios ita esse admiratos quam quod post tanta si-

gna atque miracula ne frugmen quidem panis à

quoquam accepisset.

5. S.

5. S. Bern. libr. 4. de considerat. ad Eugenium  
 Papam ait. Is ( Martinus ) Cardinalis Presbyter  
 etus aliquando legatione in Dacia tam pauper  
 uit , ut pene expensis & equis deficientibus via per  
 rer Florentiam , ibi Episcopus loci donavit ei equum  
 Pisas usque peruectus est. Postridie credo legatus  
 Episcopus ( erat enim illi causa cum Adultero  
 & agendi aderat dies ) coepit requirere fructus  
 amicorum. Cumque per singulos sollicitus  
 ventum est ad Martinum , fiducia erat in  
 illo , qui non posset immemore esse recentis  
 ficij. Tum Martinus , *decepisti me* , inquit , *ne  
 tibi imminere negotium. Tolle equum tuum*. Hinc  
 bulo est & eadem hora resignavit ei. Nonne  
 saeculi res est , redisse legatum de terra  
 auro , transisse per terram argenti & argenti  
 nescisse , insuper donum quod poterat  
 spectum illico reiecisse ? Et : Qui ( Gaudens )  
 Episc. Carnocensis Pontificius legatus ) legatus  
 nem in partibus Aquitaniae proprijs summo  
 strenue administravit , idque annos plures  
 loquar quam vidi ipse : Eram cum eo in terra  
 cum a quodam praesentatus est illi piscis per  
 etatus legatus quanti veniret ? Non accepit  
 quit , nisi receperit preclum , & resignavit  
 quinque invito & verecundo. Item cum  
 in quodam oppido , domina illius oppidi  
 ei pro deuotione cum manutergio duas  
 paropsides pulchras , ligneas tamen ,  
 quandiu intuens homo scrupulosae conscien  
 laudavit eas , sed non acquieuit accipere. Qu  
 do argenteas recepisset , qui ligneas reser

*Laudis in te  
 gritatis  
 pluris est  
 quam es  
 thesauri.*

*Deut. 16.  
 Non acce  
 peris perso  
 nam nec*

Non fuerunt qui possent Legato dicere, ditauimus Abraham.  
 7. Urbanus VI. statim atque renunciatus est Pontifex, Cardinalibus omnibus ad se vocatis, grauissimam pœnam seuerè interminatus est ijs, qui iniustas causas fouerent, aut etiam qui in causis iustis munera acciperent. Quia iustitiam exire modo iniusto iniustitia est, diuina enim lege præceptum est Deuteron. 16. *iuste quod iustum est persequeris*, hoc est iusto modo, at non est iustus modus interueniente munere iustitiã tueri. Cerquit, nihil ita animum seducit ac peruertit, vt munera. Hinc i. Reg. 8. dicitur de filiis Samuelis: *Declinarunt post auaritiã, acceperunt munera, peruerterunt iudicium.* Vbi S. Greg. ait: *ardor auaritiã est causa accipiendorum munerum, & acceptio munerum est causa peruertendi iudicij.* Cum igitur apparet eo donari vt animum deliniant eoq; inclinent quod non decet, constantissime repudianda sunt, etiam si aerei montes offerantur.

## SIGNVM CXLVIII.

*Negotia secularia studiosissime vitare.*

**D** Anselmus Abbas Beienfis & Archiepisc. Cantuariensis lib. de siml. c. 187. ita de se scribit: *Sicut bubo, dum in cauerna cum pullis suis est, & suo modo bene sibi est, dum vero inter coruos & corniculas seu alas aues est, incuratur ac dilaniatur. omnino sibi male est, vt pote quia hic rostro percutit, illic alis*

*Tim. 2. v. 2. nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*

pp

alis

alis in eum irruit, alter vero vnguibus disconditur  
 hi. Quando enim cum Monachis, meis scilicet, p[ro]hibe  
 uerjari queo, mihi bene est, & grata ac singulari  
 mea consolatio: quando vero remotus ab illis inter  
 res conuersor, hinc inde me variis rerum inc  
 lacerant, & que non amo secularia negotia p[ro]uocant  
 itaq, mihi est quando sic sum ac tremens periculum  
 mea mea dispendium. Certe rerum ciuiliu[m] comp[ar]a  
 plicatus lucem amittit diuinitatis seu sancti  
 sua. S. Leo: de humano puluere necesse est  
 Religiosorum corda lordescere.

Qui potest  
 colo affixum  
 cælum in  
 tueri.

2. Synesius Episc. in curis Ecclesiasticis se  
 secum actum existimabat, si non & secularia  
 gotiis obrueretur. Hinc illæ autem ipsius  
 relis sententiæ. Ciuilem virtutem cum Sacerdotio  
 iungere est versare ea que simul versari non possunt  
 cum seculum tulit eosdem Sacerdotes & iudices. S.  
 Egyptij & Hebraeorum gens multo tempore Sacer  
 Reges habuerunt. Deinde (vt mihi videtur) cum diuinitas  
 humano more perageretur se iunxit Deus ritus  
 & alius Sacerdos, alius dux effectus est, &c. Et que  
 rata à Deo coniungere conaris, qui neq, vt gubernat  
 sed vt falso gubernemus expectis? Et: Mea facultas  
 duobus dominis seruire. Si vero sunt aliqui qui  
 scientia ledantur, poterunt sane & Sacerdotio  
 ciuitatum p[ro]fecti esse. Radius solis etiam si cum  
 conuersabitur, purus manet, & non coinquinatur  
 vero si idem hoc fecero, fontibus & mari opus habet  
 etelæc Synesius, nam munus Sacerdotis est  
 petuo in cælos volare, nec libenter in res  
 res se diffundere ne imprudenter in altum  
 mundanorum fluctuum prouehatur.

3. V. re & grauer Gregorius: Nullum, inquit, *Hom. 17. in*  
 ab alijs manus præiudicium quam à Sacerdotibus *Euang.*  
 Deo, quando eos quos ad aliorum correctionem  
 præiudicat, dare de se exempla prauitatis cernit, quando  
 peccamus, qui compescere peccata debuimus, nulla  
 animarum lucra quærimus, ad nostra quotidie studia  
 vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam  
 mente captamus, & quia eo ipso, quo ceteris præ-  
 lati sumus, ad agenda qualibet maiorem licentiam  
 habemus, susceptæ benedictionis ministerium vertimus  
 & ambitionis argumentum: Dei causas relinquimus, ad  
 terrena negotia vacamus, locum sanctitatis accipimus,  
 & terrenis actibus implicamur. Et qui negotium  
 prædicatoris suscipit, dignum non est vt onus  
 secularium negotiorum portet, ne dum hoc eius  
 colla deprimat, ad prædicanda cœlestia non as-  
 surgat. Hæc Greg. Boni autem & pietatis amantes  
 Clerici, quæ sursum sunt sapiunt, non quæ super  
 terram, oculosque ad solem illum iustitiæ fixos  
 tenent, neque deorsum ad ea quæ sunt mundi  
 habent respectum, nihil omnino cum stulto po-  
 pulo errorumque magistro contrahunt, cœlestia  
 semper spectant, in Christo omnes cogitationes  
 curasque defigunt.

4. S. Cyr. Epist. 66. de bene instituto Clero  
 Hæc nunc ratio & forma in Clero tenetur  
 vt qui in Ecclesia Domini ordinatione Clerica  
 promouentur, in nullo ab administratione diui-  
 na auocentur, nec molestiis & negotiis sæcula-  
 ribus alligentur, sed in honore sportulantiū fratrum  
 tanquā decimas ex fructibus accipientes ab altari

*De bene  
 instituto  
 Clero.*

& sacrificiis non recedant, sed die & nocte con-  
stitibus rebus & spiritualibus seruiant.

*A tutelariū  
munere  
procul Cle-  
rici.*

Ad 5. Concilium Africanum allata quere-  
bat quod moriens Christianus Presbyterum  
suis tutorem ex testamento nominasset. Quo  
acriter autem Synodus vltia sit tale facinus per-  
de ac impium & detestabile scripta ex eodem  
Cypriano eadem hæc 66. testatur Epistola, quæ  
quoque gesta his verbis exprimitur: *Græ-  
commoti sumus, ego & collega mei, qui præsentem  
erant, & compresbyteri nostri qui nobis assidebant  
cognouissent quod Geminus victor frater nostrus  
culo excedens Geminium Faustinum Presbyterum  
rem testamento suo nominauerit; cum iam præ-  
concilio Episcoporum statutum sit ne quis de Clero  
Dei ministris tutorem vel curatorem testamento  
stituat, quando singuli diuino Sacerdotio honori  
Clerico ministerio constituti non nisi altari & sub  
deseruire, & precibus atque orationibus vacare  
Ne igitur aliquis ex fidelibus id amplius tem-  
presumeret eidem S. Synodo placuit eum  
delictum grauiori censura percelli, delin-  
temque feuerissime olim decretæ subijci  
quam refert idem Cyprianus sic dicens:  
Episcopi antecessores nostri religiose considerant  
lubriter providentes censuerunt, ne quis frater  
ad tutelam, vel curam Clericum nominaret, &  
hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium  
mitione eius, neq; enim apud altare Dei meretur  
ri in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotum  
stros voluit auocare. Et ideo Victor cum contra  
nuper in Concilio à Sacerdotibus datam Geminus*

*V. Baron.  
An. Chr.  
257.*

simum Presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quod pro dormitione eius apud nos fiat oblatio, aut obsecratio aliqua nomine eius in Ecclesia frequenterur; ut Sacerdotum decretum religiose & necessario factum seruetur à vobis, simul & ceteris fratribus detur exemplum, ne quis Sacerdotes & ministros Dei altari eius & Ecclesia vacantes ad seculares molestias deuocet. Hucusque decretum Synodi.

5. S. Hier. ad Nepot. Negotiatorem Clericum, & ex imprope diuitem, & ex ignobili gloriosum quasi quantum pestem fuge.

*Negotiatio  
vetita est  
Clericis.*

6. S. Aug. li. 99. vet. & noui test. Antequam Ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari, facto iam non licet.

7. Concil. Nicæ. c. 17. statuit, ut si quis inuentus fuerit turpia lucra sectari, deiciatur à Clero, & alienus habeatur ab Ecclesiastica gradu.

8. Concilium Tarraconense c. 2. Canonum statutis firmatum est, ut quicumque in Clero esse voluerit, emendi vilius & vendendi carius studio non utatur, quod si exercere voluerit cohibeatur à Clero. Vtinam autem non venderet cum magno scandalo frumenta sua carius quam laici.

9. In decretalibus Alexandri III, ad Londonensem Episc. Sub interminatione anathematis prohibemus ne Monachi, vel Clerici causa lucri negociantur. Peccant ergo Clerici in sacris constituti mortaliter si multum negotiationi dent operam maxime sine necessitate. V. Episc. Gelasij I. ad Episcopos per Lutaniam (cap. consequens dist. 88.) ubi vult. Clericos ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio cupiditateque cessare, aut in quocumque gradu fuerint

positi mox à Clericalibus officiis abstinere. Indecum certe est hominem sacrum profanis lucris occupatum esse, & negotiatio plena est periculis mendaciorum, periurij & iniustitiz. Syr. 26. Difficile exiit negotians à negotio (rerum ad salutem pertinentium.)

## S I G N V M    C X L I X .

*Promptissime suis maioribus obedire.*

*De ob Chr. 1.*

*Luc 2.*

*Ioan 4. 5. 6*

*Matt. 26.*

*Phil. 2.*

*Ioan 6.*

*In vitis pp.*

*& Pallad.*

*hist. 28.*

**A**postoli nondum Christum facientem conspexerant, nondum lestis regni retributionem per illum futuram dierant, & statim vt vocavit eos relictis omnibus ipsum secuti sunt, atque ita eidem adhererunt, vt nulla deinde aduersitate, nullis persecutionum tempestatibus auelli separari queverint, in deserto turbæ discumbenti iussi cibum ponere, quinque panes & duos pilces, est totum quod habebant, nihil sibi referre porrexerunt, hinc plura collegerunt quæ tulerunt.

2. *Paulus Monachus* cognomento *franciscus* Antonij discipulus cum quæssisset esse prophetis prior Christus, in eptam interrogatus silentio diluere iussus triennio tacuit. Paulus cum multa illi absurda & superuacanea expectanda obedientiæ causa imperarentur, ea tantum necessaria perficere nunquam distulit, vt g.

hantire, & haustam effundere, vestes disfluere, & lassitas iterum consuere, &c.

3. Ioannes Abbas in Scythi quem sol iratum non vidit, ex hac vita ad meliorem migraturus, precipuum discipulis suis documentum relinquere volens nūquam quicquam se ex sententia sua egisse dixit sed terrorem, nunquam aliquid docuisse quod prior ipse non fecisset.

4. Honorius Papa præposito Cameracensi scribens, ait: Qui contra iuramentum negat prælatum dominum suum, vel in foro seculari deponit contra eum super rebus spiritualibus questionem, aut inuasori ipsius prælati & sociorum eius causam & consilium præbet, ipse nunquam membrum putridum perpetuo ab Ecclesia est deponendus & abscondendus, & beneficia ipsius personis alijs sunt conferenda, & assignanda per illos ad quos eorundem donatio pertinet.

5. S. Ioannes Damascenus non oblectatur in ijs, quæ ipsi imperabantur, in lingua murmur non erat, nec vlla in corde disceptatio, hoc vnum in media mente, non secus atque in tabulis penitus exsculptum & incisum habebat, nempe vni omni negotio, & edicto sine murmuratio- ne, & velut Paulus præcipit, sine disceptatione, quod imperatum est, faceret. Sanctus etiam Franciscus cum quæreretur ab eo quis esset verus obediens iudicandus corporis mortui similitudinem loco exempli proposuit. Tolle, inquit, corpus exanime, & vbi placuerit pone, videbis non repugnare motum, non mutare situm, non reclamare dimissum, quod si statuatur in cathedra, non alta sed im- respiciet, si collocetur in purpura pallefcet. Hic, ait, xibilior.

Pp 4 verus

*In vitis pp.*

*Ioan. Pa-  
triarca  
Hierosol.  
Dum recto-  
ribus hu-  
manis ob-  
tempera-  
mus im-  
mortali  
Deo nos  
obedire ar-  
bitremur.  
Bonau c.6  
Quanto  
stirps nobi-  
lior tanto  
ceruix fle-  
xibilior.*

verus obediens est, qui cur moueatur non diuidetur, cur cetur non curat, vt transmutetur non instat, cuius officium solitam tenet humilitatem, plus bonorum reputat se indignum. Hæc ille.

*Li. 4. de in-*  
*stit. rerum*  
*c. 23.*

*Aug. de ci-*  
*ra pro mor-*  
*tuis c. 17.*

*V. lo. pesse.*  
*Bibl. selec.*  
*le. 5. c. 4.*

6. Ioan. Cassianus scribit S. Ioannem Baptistam obedientiam merito ad tantam Prophetie gratiam peruenisse, vt Imp. Theodosius non ante bellum suscipere, quam oraculis eius fuisset ausus.

Alia præmia Obedientiæ Clericorum Triumpho virt. honorifica certe, gloriola ne libera, imo & admodum fructuosa est. eorum, qui religiosam obedientiam mundo nuncium remiserunt. Nunquam Magnus ille Franciscus Xauerus tam feliciter piscator fuisset, nisi se ad Ignatij suorum voluntatem, præcepta, iussa, consilia contulisset.

## SIGNVM CL.

*Oculos leniter & incaute non deflectit  
nec volitare pati.*

**A** Nachoreta, quidam quod legente de Aratorem, qui non longe aberat, cecidisset oculos graui se pœna multauit, quatuordecim annos quadranginta illa tantum aspectus ante pedes posita iacebant, semper in cella egrediens, aut omnino clausis, a consuetudine conuiuentibus oculis incedere. Rem multum

ram aspexisse graue esse scelus duxit, & nos etiam  
inutilia imo & nefaria flagitia sæpe vide-

S I G N V M C L I .

*Cum attentione & seruore spiritus orare  
& cum Deo colloqui assidue.*

**C**hristus non solum nocte orabat sed etiã  
pernoctabat in oratione. Luc. 6. v. 12. etiam  
prostratus in terram orabat Matth. 26. 39.  
Mat. 4. v. 35.

2. S. Paulus Apostolus & Silas in carcere me-  
dia nocte orantes laudabant Deum Act. 16.  
v. 25.

3. S. Hieronymus in Catalago scriptorum  
Eccles. scribit S. Iacobum Alphæi Apostolum &  
Hieros. Epif. flexis genib. pro populo precatum  
in tantum vt Camelorum duritiem traxisse eius  
genua crederentur, ait, inquit, S. Chrysof. ho.  
in Matth. assiduitate orationis iugique ad pau-  
mentum prostratione corporis frontem quoq;  
eius callo obductam, vt nihil fere à Cameli geni-  
bus discreparet.

4. Act. 1. & 2. Apostoli erant perseuerantes in  
oratione, & Act. 6. dicebant: Nos orationi & mi-  
nisterio verbi instantes erimus, orationem con-  
cioni præmittebant.

5. Act. 3. v. 1. Petrus & Ioannes ascendebant  
in templum ad horam orationis nonam.

Pp 5 6. S. BAR-

*Virumque  
genu in mo-  
dum Ca-  
melorum  
procumbē-  
di assidu-  
tate occal-  
luit.*

6. *S. Bartholomaeum* centies in die, & centies nocte flexisse genua, dum preces iteraret. Si sic orarunt qui iam Sp. sancti igne excoceni auro purius renitebant, quid nos faceret?

7. *Quingentos Monachos Paulus* Lybicus rexisse dicitur, & cum gregi prouideret, sui pascendi curam minime relinquit. Preces enim ter centum Domino singulis diebus offerebat, & ne de quoties penso quicquam detraheret totidem lapidibus bunit vt post singulas qualque preces coniecto in sinum lapide computatisque tandem nubus de constituto numero nil ademisset. *Castod. triper. hist. li. 8. c. 1.*

8. *S. Hieron.* de *S. Pauli* Eremitæ corpore mortuo ait: ingressus speluncam *S. Antonii* dicitur genibus complicatis ceruice erecta exiit in altum manibus corpus, exanime, ac postea & ipse viuere eum credens pariter conuersus. Postquam vero nulla vt solebat suspirantis audiuit in flebile osculum rueret, rellexit, quod etiam cadauer *S. Pauli* Deo cui omnia viuunt officioso gestu putatur.

9. *Appollonius* Abbas centenis genuflectibus die noctuq; preces repetisse putatur, in vitis PP.

*Trip. hist.*  
*li. 8. c. 1.*

10. *Moysen* Abbatem noctem pene totam ierando peruigilare solitum ferunt, ac dum in recto corpore patentibusque oculis, ne succumberet perstitisse.

11. *Ioannem* Abbatem in superioris Thebai- *Pallad. hist*  
 eremo stantem, & orātem sub caue rupis for- *61.*  
 tice annos tres perseverasse legimus, nunquam  
 recubuisse, ne minus orare quam vellet cog-  
 entur, nihil gustans præterquam dominicis dieb.  
 Eucharistiæ communionem.

12. *Hisenus* Elpidij Abbatis discipulus in gran *Id. hist. 109.*  
 lapideo monumento se occludens, per trien-  
 nium rectus semper orasse dicitur, neque inte-  
 rim aut sedisse, aut iacuisse, aut inde pedem extu-  
 lisse.

13. *Antonius* Abbas non nisi submissis genibus  
 orans sæpe diem noctemq; peregisse dicitur pre-  
 catione perpetua, seu *S. Antonium* sæpe ineunte  
 nocte orare ingressum matutina lux in eodem  
 religio oppressit, cum etiam quereretur quod  
 ea nimis propere aduenisset. Amor Christi & ti-  
 mor gehennæ omnem vicerunt difficultatem.

14. Cum *Arsenius* Abbas vespere se in preces *Sur. tom. 1.*  
 dedisset, occidentem à tergo solem relinquens *Metaph.*  
 sæpenumero facie ad orientem versa immotus  
 stetit, donec lucente iterum de faciem sol af-  
 ficeret.

15. *Sylvanum* accepimus post longam preca-  
 tionem oculos comprimere solitum, ne ut ale-  
 bat, rerum harum infirmarum deformitatem vi-  
 deret, qui à supernarum illarum tam admirabili  
 spectaculo veniret.

16. *Isaac* Syrus tunc Monachus, post Abbas *Greg. 3.*  
 postquam Spoletū Piceni oppidū appulisset pres *Dial.*  
 byteros rogavit ut ibidē orādi quādiu vellet copiā  
 sibi cōcederēt, nec finerēt interim orāti quenquā  
 impe-

impedimento esse. Ea re impetrata dies tres  
 tñuos & totidem noctes genibus iniuriam  
 uit. Hoc quidam hypocrisis vitio deperit  
 processit dementia vt post verborum infirmitatem  
 nem etiam colaphum illi incuteret, sed quæ  
 parata sunt derisoribus iudicia, repente  
 arreptus spiritu vexari cœpit. At Isaac per  
 memor iniuriz immemor percussorẽ suum  
 catione à supplicio liberauit.

*Prou. 14.*

17. Cum *Stephanus* Presbyter Constanti  
 tum Psalterium singulis noctibus peritege  
 more haberet, atque aliquando citius quam  
 sueuerat consopitus ipsum semilectum tran  
 fer, monitus est à S. Petro Apostolo in somno  
 surgeret & cœptum opus perficeret. Dicitur  
 nisi finitis precibus locum dare quieti.

*Sulpit.*

18. *Martinus* Turonensis Episcopus, quæ  
 quidem cum quicquam operis manibus, et  
 ret linguam ab oratione cohibebat, idem  
 obiturus extremum frigescentibus membris  
 immotus iacebat, labra tamen mouebantur  
 que orare destitit donec lumine subito clar  
 fufus reddidit spiritum.

*Sur. tom 2.*

*Manu li. 2.*

*c. 5.*

*Pramia ar-*

*denter orã-*

*tium S. Do-*

*minici Tho-*

*ma Aquin.*

*S. Bern. S.*

*Rhemb. &*

*V. In triu-*

*pho.*

19. *Thomas* Aquinas quoties aut ad legem  
 accederet, ad disputationem iniret, aut lecturam  
 aliquam diuinæ tractationis assumeret, lecturam  
 prius orabat.

20. Cum persecutio Decij indies magis  
 uiens depulata esset maxima ex parte gentium  
 Dominicum, nec cessaret acrius debacchari  
 prianus Episcopus Carthaginensis dabat  
 ad Clerum & plebem de promerenda à Deo

pro peccatis, vt lacrymis, ieiuniis, orationib.  
 reuocare nitantur, quod à Deo irato peccatis exi-  
 gentibus erat inflictum, pluribus admonens, & *Ep. 3.*  
 memoriam reuocans solutam vitam ante flac-  
 cilem ac declinatum à recto disciplinæ tra-  
 ctate Christianorum. V. Baron. Anno Christi 253.  
 Solent prælati Ecclesiæ S. Cypriani exemplo  
 tempore persecutionis preces indicere.

21. Solebat dicere nonnunquam B. Pater Igna- *Biblio sele-*  
 noster (inquit Ant. posseuinus) se in difficilio- *Et li. 4. c. 4*  
 ribus quibusque negociis ita rem totis viribus  
 Deo commendare consueuisse, ac si nulla huma-  
 na industria, nulla alicuius cooperatio ad ea con-  
 scienda præter Deum ipsum esset necessaria aut  
 adhibenda: Cum vero id faceret, tum ita coope-  
 rari se solitum ad eadem ad exitum perducenda,  
 ac si nihil Deus in illa conferret, nempe cum sci-  
 eret Deum imprimis esse cognoscendum auctore  
 omnis boni, ac sine quo nihil effici possit: intelli-  
 gebat idem quando diuina eius sapientia coope-  
 rationem exigit suarum creaturarum, istam coo-  
 perationem toto pectore esse ad rem adhibendã.  
 Sic ordinarium quarumcunq; rerum ad Dei glo-  
 riam spectantium aiebat semper exitum se esse  
 consecuturum.

22. *Borromæus* Card. in Ep. ad Andream Bat-  
 toreum requirit in Cardinali non mediocre so-  
 lum studium orationis, sed familiaritatem cum  
 Deo, quæ, inquit, quotidiano & attento orationis ac  
 diuinarum rerum meditationis studio nutritur & so-  
 luitur. Nec solum hoc aliis præcipiebat, sed mul-  
 to magis faciebat ipse. Vix enim abibat dies et si  
 in sum-

in summis illis occupationibus, quin tetra-  
 quaternas horas, sæpe etiam plures oratio-  
 fumeret, quoties etiam noctes integras.  
 imo ita tradidere qui eum familiariter  
 tam ferme eius vitam, excepto somno,  
 breuissimus erat, perpetuam fuisse orationem  
 quoniam interagendum, inter eundem  
 inter vesendum semper aliquid mente  
 bat.

## SIGNVM CLII.

*Breues (iaculatorias vocant) precativas  
 ipsis actionib. adhibere & inter-  
 miscere.*

**B**oni Clerici subitas & extemporaneas  
 ces in suis actionib. adhibent, quia con-  
 tationes irruunt, adiuuar hoc ad eas vince-  
 subleuat mentem, nec sinit adhærescere  
 negociis quæ tractantur. Est etiam conditio  
 quoddam actionum vt gratiores sint. Deo  
 familiaritatem quandam cum illa maiestatis  
 que animum ad futuram meditationem  
 enim lignum si aridum fuerit facilius & citius  
 concipit, ita anima his orationibus calefacit  
 quem retinet, vt deinde celerius in meditatione  
 diuinus exardescat ignis. Moses, ait, S. Gregorius  
 tabernaculum intrat & exit, & qui intus in con-  
 tionem rapitur, foris infirmantium negociis vt  
 tus Dei arcana considerat, foris onera carnalium  
 Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum

2. Par. pasto-  
 6.5.

...rit, coram testamenti arca Dominum consulit, ex em- Clericum  
 ...am procul dubio rectoribus praebens, ut cum foris am- decet com-  
 ...ant quid disponant, semper quasi ad tabernaculum municare  
 ...ant. Certe cum negotia quae Clerici tractant negocia sua  
 ...ecclesiae sint, id est, Dei, quid iustius & conue- cum Deo  
 ...entius est, quam ut ex eisdem Dei mente & sen- & actioni  
 ...entia gerantur? Quis enim ferat procuratorem adiungere  
 ...um qui alio modo suas res agat quam ipse velit orationem.  
 ...omnia inuertat quae ei mandarit?

SIGNVM CLIII.

Tempore orationis tentationibus non cedere.

Sulpitius Bituricensis Episc. dum nocturnis *Sur. tom. r.*  
 precibus incumberet, horrendos circa se *Torrere eum*  
 strepitus vocesque terribiles audiuit, neque ta- *conabantur*  
 men aut loco cessit, aut orare desiit, donec seda- *demon-*  
 tus est tumultus. *nes.*

1. Cum Maximus Monachus, postea Rhegiensis Episc. noctu ad littus processisset orare (*Greg. Tur. de glor. conf. c. 83.*)  
 monasterium enim non procul a mari erat) vidit nauem appulisse a qua discedentes nauatae ipsum reuerenter adierunt atque laudibus attollere caeperunt quod fama eius usque ad Cyriae fines peruenisset, quodque eum multi videre desiderarent, quod denique, si illo proficisci vellet, salutarissimis foret, & si modo secum ire disponderet pro lucro habituros, si talem viuum vehere sibi contigisset. Maximus antiqui hostis captio- nis tendiculas circumspecto sagacique animo percipiens, positis in littore genibus ora-

oravit, & statim erubescens & auctus dicitur  
Euge, Euge.

*Sur. to. 1.*

3. *Launomaro* Abbati Carnotensi nocte  
ti lucernam ter à Dæmone extinctam  
runt, & ter ab Angelo rursus accensam.

*Pro 28. Iu-  
stus iuasti  
Leo Consi-  
ciens.*

4. *Leonardo* Corbiacensi Monacho oratione  
pens à pedibus in sinum vsque sursum verti  
ptavit, quem ille vsque adeo expavit ut in  
lis permaneret, donec precum finem fecit.  
actis precibus ad pestiferam bestiam dicebat  
facere differas quicquid faciendi facultatis a  
sus me à Domino accepisti, at illa eum  
læsit.

5. Cum *S. Franciscus* die quodam  
oraret audiuit clamantem dæmonem Fran-  
pœnitentibus ignoscit Deus non se tam per-  
ci fatigatione conficientibus. Agnovit  
verbis dolos & in oratione perseverans ad  
rendos pro Christo labores magis exaruit.  
nocte quodam precationi operam daret,  
tectum domus immaniter strepere atque  
biliter mugire cœperunt dæmones, at ille  
pidus exsurgere: En adsum inquit ne quill  
ritus, venite exercete in me quicquid vos  
millum est. Quod si corpus hoc verberibus  
ceritis quid aliud quam vindicabitis me  
uerfario meo phis dictis confusi discesserunt  
ad preces Deo persolundas rediit. Iterum  
*Sathan* intimo medullarum titillatu cogitavit  
ei libidinis excitavit, at ille intermissa prece  
exsurgens violentum corporis motum dicitur  
poris flagellatione repressit, yenarumque

centium pruritus semet in gelida niue nudum  
prosternens extinxit.

Recte ergo Agathon Abbas interrogatus cui  
lectioni spirituali plus laboris inesset, respondit,  
orationi. Si autem omnes Christi Apostolique  
hoc monentur, ut sine intermissione orationi  
se dedit, quanto magis clerici quibus orandi mu-  
nus quasi ex officio incumbit. V. Hierony. Ep. 22.  
Chryso. ho. 14. in Ep. 1. ad Thl.

## SIGNVM CLIV.

*Preces concionibus suis praeferre, ad  
exemplum Apostolorum  
Act. 6.*

S. Augustinus: munus suum ait, ut praestet con-  
cionator, magis pietatis orationum opus est, quam o-  
ratoris facultate, ut orando pro se & pro illis, quos est al-  
turus sit orator antequam doctor.

S. Bern. in verba amica, columba, formosa: Ser. 17. in  
Cant.  
inquit, tria haec praedicationem, orationem, con-  
templationem in tribus designata vocabulis. Etenim  
amici dicitur quae sponsi lucra studiose ac fide-  
liter praedicando, consulendo, ministrando conquirat: me-  
comes. perpetua  
concionum  
comes.  
columba quae nihilominus pro suis delictis in oratio-  
ne gemens & supplicans diuinam sibi non cessat conci-  
dere misericordiam: mente quoque formosa quae caelesti  
desiderio fulgens supernae contemplationis decore se in-  
uit, qui huiusmodi est, placens Deo cautus sibi, utilis suis

Q9

Idem

Ep. 201.

Li. 6. mor.

c. 17.

Idem ait: Nunc manent tria haec, verbum, cetera  
oratio, maior autem horum est oratio, ea namque  
& voci gratiam & efficaciam promeretur.

S. Greg. ait: Humani generis redemptor per  
miracula hominibus exhibebat, & ad orationem  
in nocte pernoctabat, ut perfectis praedicatoribus  
quatenus nec actiuam vitam amore speculatiua  
runt, nec contemplationis gaudia operationis  
penitus contemnat, sed quieti contemplantes se

Syr. 39. in  
stus, &c.

O quanta  
nobilitas ac  
felicitas est  
cum Deo  
familiariter  
vinere.

quod occupati erga proximos loquentes rebus  
Hinc boni concionatores habent quorundam  
rum tempus quo segregati ab aliis curis ad  
Domini sedent cum Magdalena ubi audiens  
Christo quae in pium usum conuertunt, ad  
suo tempore Marthae personam agentes con  
nicant cum aliis. Intelligunt eandem libertatem  
in oratione quam in concione ponendam  
maiores & plane per suadum habent, tunc  
cionem efficacem futuram & cum fructu  
ex orationis deuota spiritu effundetur.

Li. 1. de o-  
rat.

enim ait S. Chryso. Cum video quempiam  
mantem orandi studium, neque huius rei feruorem  
mentique cura teneri, continuo mihi palam est, quod  
hile regia dotis in animo possidere. Rursum  
conspexero insatiabiliter adherentem cultui diuini  
que in summis damnis numerantem si non conuertitur  
orauerit, coniecto talem omnis virtutis firmamentum  
ditatorem ac Dei amicum. Socrates Christus  
li. 8. c. 1.) laudat Piterium quod orare ante lecturam  
rarum praedilectionem semper erat solitus. Dicitur  
mas plus videtur orationibus, quam studiis literarum  
crarum litterarum mysteriis cognoscendum

fecisse, qui etiam ad loca difficiliora ieiunia adhibere solitus erat.

Rupertus Abbas à B. Virgine ingenium ad scripturas idoneum impetrauit. Apostolus Paulus Thessalonicensium inuocauit preces, quorum prædicationis Euangelicæ cursus esset felicitior. *Orate, inquit, pro nobis vt sermo Dei currat & glorificetur.* Ep. 2. c. 3. v. 1. Sic & alii boni concionatores, vt conciones suas non in aures infundant, sed in hominum animos inscribant, ad colloquium diuinum, ad preces, identidem recurrunt.

*V. in trium locum de Maria cultu.*

## SIGNVM CLV.

*Ante preces absoluerè, quam labores alios ingredi.*

Paulus Monachus nullo vitæ suæ die prius quicquam egit, quam trecentas orationes genibus prouolutus Domino obtulisset. Cassio. *imp. hist. li. 8. c. 1.*

*V. Baron. An. Chr. 809. quo obiit S. Ludgerus 7. Kal. Apr.*

2. Carolus Magnus Ludgerum Monasteriensem Episcopum, ad se scribunt Monachi Werthenenses, pro quadam Reip. utilitate euocari fecit: Qui cum secundum præceptum eius venisset, & iuxta palatium mansionem accepisset, primo statim mane, missio ad eum Rex cubiculario ipsum ad se venire præcepit. Ea ipse hora perueniens ex more cursibus, cum suis in studio staret. Cumque his expletis se venturum nuncio respondisset, & hoc regi ille

Q9 2

retu-

retulisset, secunda quoque vice & tertia ad  
 accersendum misit. Sed ille diuinum seruandum  
 cunctis aliis rebus anteponendum esse non  
 rans, omnino venire distulit, donec ceptam  
 modiam consumeret. Qua finita in conspectum  
 Regis cum venisset, cur ad imperium suum  
 venire contempserit interrogauit: Adhuc vult

*Ambro. ad  
 Eugenium  
 Imp. nemi-  
 ni facio in-  
 iuriam si o-  
 mnib. Deū  
 prafero.*

le intrepido, mente constantiore: Ego, inquit  
 tor, inquit tuum praecipuum ita in omnibus exco-  
 dum putavi, vt tamen Deum tibi vbique praefere-  
 non dubitarem, quem omnibus anteponendum esse  
 nes norunt omnes fatentur. Hoc & ipse mihi praeci-  
 quando pastoralis cura sollicitudinem mihi commo-  
 bas, vt Deo primum seruiendum scirem. posthac  
 sequenter imperiis cognoscerem esse obtemperandum  
 Hanc tui mandati auctoritatem, hanc iustissimam  
 tionis regulam secutus, Deum tibi & cunctis  
 mortalibus praeponendum non ambigo, nec  
 credidi, quod huic iustioni, & perspicacissima  
 trarium esset, &c.

Hanc eius responsonem Rex optimus  
 plexus: Gratias, inquit, habeo Episcopo, quia quod  
 esse credidi semper, talem nunc te esse experiri  
 & cat.

Sic boni Clerici nihil inconsulto Numine  
 grediuntur, nihil nisi annuente Deo profectum  
 eur, atque perficiunt. Nulla ab ipsis actio  
 sed assiduitate precum & considerationis  
 ritate decocta procedit. Rerum inuentio  
 cipi Deo totos se regendos committunt, & omnia  
 mnia ex diuino consilio & voluntate gerunt  
 ces supplices adhibent, sciunt enim se

illud non posse perdere quo circa Deum occu- *De orat.*  
 pantur, nec spem totam ponunt in sua industria *dom. Ser. 1.*  
 & in manibus suis, *obliti eius*. Vt Greg. Nyssenus  
 asserit, facere homines sæculares, qui manus de-  
 dit: hic Nyssenus: *Idcirco abundat in vita peccatum*  
*omnisque incrementis semper augetur, quoniam obliuio*  
*Dei tenet omnes, & homines non coniungunt actiones*  
*suas serias cum oratione.* Hæc ille & quidem verissi-  
 me. Nam vt corporis vita suum habet alimen-  
 tum ex cibo & potione, quo alimento si careat  
 certa mors est, sic vita animæ suos item habet ci-  
 bos, maxime autem orationem ex qua mens om-  
 nes eos percipit fructus, quos corpus ex suo  
 pabulo. Sic enim reficitur & instauratur, deinde  
 delectatur, postremo etiam roboratur & confir-  
 matur ad omnem motum, & munus, & ad exe-  
 quendas actiones: contra vero hoc cibo subtra-  
 ctio languida & iners, & imbecilla efficitur, vt leui  
 quouis incurfu vel ocurso in lapsum & mor-  
 tem ruat.

Orandum autem est clericis non pro se solum *He. 5. v. 7.*  
 sed etiam pro omnibus hominibus.

S. Paulus ait: *Omnis Pontifex ex hominibus assum-*  
*ptus pro hominibus constituitur, in iis que sunt ad Deum,*  
*offerat dona & sacrificia pro peccatis.* Et ad Episc. *1. Tim. 2.*  
*Tim. Obsecro primū omnium fieri obsecrationes, oratio-*  
*nes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus ho-*  
*minibus, &c.* S. Greg. li. 1. Ep. op. 24. ad Ioan. Episc.  
 Const. & alios: *Quid Antistes ad Dominum nisi pro de-*  
*lictis populi intercessor eligitur? Quæ itaque fiducia ad*  
*Deum pro peccatis alienis intercessor venio, apud quem*  
*de propriis securus non sum? &c.* Si assidue pro popu-

lo orauerint multum à Deo impetrabunt.  
Oratio & ieiunium S. Petri singulati  
fectul iunguntur Actorum tertio. Oratio  
ius subiicitur de claudio ex utero matris, ab  
in integrum uel etudini restituto, ita ut exilium  
laudaret Deum *ct. 10.* post preces uisione  
tur ut Cornelium & alios gentiles in Ecclesia  
recipiat, S. Ambr. In natali S. Petri & Pauli  
Bene ait (Lucas) in cenaculum ad orationem al  
Petrum, quia omnis sanctus quando orat relinquit  
milia uel terrena in altum mentis extollitur, &  
Lme suspensus rapitur, & cogitatione sancta col  
nus efficitur. Atque ibi esurienti illi, hoc est, cogit  
cordis sui sublimiori loco pro salute populi Iudae  
tur vas diuersorum generum, animalibus plenum  
diuinitate dicente illi: Tu Iudaeos solos esuris, etia  
fidei tuae cunctarum gentium diuersitate reficis.  
primum animal Deo ex gentibus Centurio Cornelius  
immolatur. S. etiam orationis beneficio  
primum haereticarum Simonem de Ecclesia  
& caelo eiecit, ut habet S. Maximus ser. 66.

Ser. 67:

## SIGNVM CLVI.

*Ad ordines sacros aliasque dignitates  
sacras idoneos duntaxat & dignos  
seu bene meritos promouere.*

1. Tim. 5.  
22.  
ho. 16.

I. **M**andatum Apostoli ad Episcopo. *Manus cito nemini imposueris, neque  
municaueris peccatis alienis. Quid sibi uult cito,*

ea verba Chry. non ex prima statim probatione, nec  
 nec. 7. Sed ubi consideratio diuturna precessit, exactis-  
 que discussio, tunc imponit manus. Neque enim  
 res periculo caret. Eorum enim quæ ille pec-  
 caverit, tu quoque pœnam dabis, &c. Et S. Hiero.  
 ca. 58. Isaiæ Paulus scribit ad Tim. Manus, &c. *Li. 16. com.*  
 Non est enim peccatum leve misere margaritas  
 ante porcos, & dare sanctum canibus, & ordina-  
 tionem clericatus nequaquam sanctis & in lege  
 Dei doctissimis, sed a seclis suis tribuere & viliũ  
 officiorum ministris, quodque his de decorosius  
 est, muliercularum precibus, in quo consideran-  
 do loquentis in se Christi Apostoli sapientia, qui  
 ordinationis periculum demonstraret iunxit  
 amenta peccantium, neque com. &c.

S. Bern. ait: in monasteria admittuntur homines spe *4. de conf.*  
 efficiendi: at officia bonos facilius recipiunt quam sa- *c. 4. c. 6. 12.*  
 am: Quare ad e viros probatos oportet deligi nõ proba- *Act. 13. 3.*  
 Lucas ait Dominum pernoctasse in Oratione  
 antequam Apostolos designaret. Et in Ecclesia  
 ante ab Apostolicis temporibus deducto, non  
 sunt ordinationes nisi prævio ieiunio & oratio-  
 ne in 4. Temporibus.

S. Greg. adfert Christi Domini exemplum, qui *in Ezech.*  
 ante trigessimum annum noluit fieri magister ho- *ho. 2. li. 1.*  
 minum, & ait: Pulli avium si volare appetant ante pæ- *in 3. par. pa-*  
 narum perfectionem, unde ire in alta cupiunt inde in- *stor. 26. ad-*  
 merguntur, vel si structuris recentibus necdum soli- *mon.*  
 tum pondus superponitur, non habitaculum sed ruina *inter the-*  
 briatur. Et si conceptam sobolem priusquam forma- *mata mea*  
 femina profert, non tam domum quam tumulum *orat. the-*  
 ma. VI.

Qq 4 Ioan-

Ioannes Baptista ætatis anno trigesimo  
dicandum missus est, qua ætate & Christus  
nus suam prædicationem aggressus est.

Apud Sophonium cum Abbas Anas  
solymis ordinatus esset Patriarcha, dixit

*Prat. Spir. c.* Orate pro me Patres: magnum enim onus  
149. le mihi iniunctum est, sacerdotique dignitas  
*V. locum* immodice, Petri & Pauli similitudinem est regere  
*de concio-* animas: Ego autem infelix & peccator sum, plus  
*nandi mis-* quam cetera timeo ordinationis sarcinam. Non  
*nera.* scriptum, quia beatiss. & equalis Angelis Leo

Romanorum Ecclesie præfuit, 40. dies per se  
sepulchrum Apostoli Petri, vigiliis & orationibus  
petensque ab Apostolo, ut pro se apud Deum intercederet  
ut dimitterentur sibi peccata sua, impletis diebus  
apparuit ei Apostolus Petrus dicens ei: Oratio tua  
dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præterquam  
sitionis manuum. Hoc solum abs te requiretur, si  
sive fortasse male egeris. Sed quid est inquit

*To. 6. An.* neus? omnia tibi dimissa peccata præter manuum  
*Chr. 461.* positionem? num peccata ex parte dimitti possunt

minime gentium si ad culpam referas, cum  
quo ad pœnam dici debent dimissa fuisse  
ni ex parte. Quod enim facile sit in his peccatis

*1. Tim. 5.* iam prudentem Episcopum iure S. Apostoli

monetita Thimotheum: Nemini cito  
posueris, neque communicaueris peccatis alienis

ergo remanebat S. Leo delictorum peccatis  
gatus quæ illi perpetrassent, qui ab eo  
promoti fuissent ad ordines. Tunc  
dicuntur præfules communicare peccatis

alienis dum indignis conferunt honores & ministeria.

Hinc sibi timens Propheta Rex ait: *Ab alienis* <sup>Psal. 18.</sup>  
*parce seruo tuo. Quod si hæc sunt in viridi, quid fiet in* <sup>Luc. 23.</sup>  
*arido? Leone quis sanctior atque prudentior, vt*  
*tantum periculum liber transiliat.*

## SIGNVM CLVII.

*Otium execrari.*

**S**anctus Paulus Apostolus, tum vt otium caueret, tum ne cuiquam offendiculo vel oneri esset, etiam labore manuum victum parauit, & alios vt idem facerent verbo exemploque hortatus est. 1. Thesalon. 4. II. 2. Thesalon. 3. 6. Actuum 20. 32. ait Ephesi ad maiores natu & Presbyteros Ecclesie: *Per triennium nocte & die non cessauit cum lachrymis monens vnumquemque nostrum. Et: Aurum & argentum nullius concupiui, nisi scitis quoniam ad omnia que mihi opus erant & his qui mecum sunt ministravit manus ista.* 1. ad Corint. 9. 15. mulis rationibus probat se ex ordinatione etiam Domini potuisse sumptibus Euangelij vivere, & labore manuum abstinere, sed ob maiorem ædificationem noluisse.

2. Cum S. Bernardus omnes suos fratres corporali labore quotidie exerceri vellet, ne se quidem excipi voluit & si quando ob virium imbecillitatem eisdem cum alijs labores sustinere non valeret similes tamen, vt cædendi, vel portandi ligna, vt humilitate onus compensare sustinebat.

*Guilielmus  
Abbas in  
eius vita.  
Sur. 20.  
Aug.*

Qq 5 Cum-

Cumque aliquando fratres foras demerendi  
ni frumentiuē causa abituri essent cum la-  
metendi gratiam à Deo impetrauit. Idem cum  
suis quendam ardentem operi instantem  
diuinitus prædixit, eum ob hunc laborem  
gatorijs pœnis liberum futurum. Quoties  
foris erat quod ageret domi meditationi  
ræ sese totum dabat. Rursus quoties  
succurrendum erat intermissis studiis  
cit. Nullo vnquam tempore otiosus fuit,  
nim legit aliquid, aut meditatus est, aut  
aut concionatus est.

Tho. Can-  
tipr. li. 2. c.  
5.

Bonau.

3. S. Franciscus & sua ipse manu perpe-  
bat & otiosum quendam fugitantem que  
appellauit fratrem muscam, & ab ordine  
mouit.

4. S. Hier. ad Rusticum mon. scribit: Non  
de manu tua, vel oculis tuis liber P. salu-  
dat, discatur ad verbum oratio sine intermis-  
ama scientiam scripturarum & vitia carni-  
amabis. Facito aliquid o-eris, vt semper  
inueniat te occupatum, in desiderijs enim  
mnis otiosus.

S. Bern. ad Eug. Pontificem (2. confid.).  
inquit, otiositas mater nugarum, nouerit  
ter seculares nuga, nuga sunt: in ore Sacerdotu-  
mie. Consecrasti os tuum Euangelio, talibus  
illicitum, assuescere sacrilegum est.

1. d. 2. off. c.  
20.

6. S. Amb. in libris de officijs perfectam  
formam tradens, hoc etiam inter cætera  
monet ne tempus inaniter terant, & præ-  
crebris visitationibus & colloctionibus

Cur enim, inquit, illa tempora quibus ab Eccle  
 siasticis vacas lectio non impendas? Cur non Christum reui-  
 demus, Christum alloqueris? Christum audias? illum alloqui-  
 mur cum oramus, illum audimus, cum diuina legimus  
 scriptura. Quid nobis cum fabulis? ministerium altaribus  
 Christi non obsequium hominibus deferendum accipi-  
 mus. Vtinam omnes Clerici imitentur Aldum  
 Lanaticum in quo quia industria cum doctrina  
 crecabat eius officinae hæc admonitio præfixa e-  
 rat:

Quisquis es, rogar te  
 Aldus etiam, atque etiam,  
 Ut si quid est, quod à se velis  
 Per paucis agas.  
 Deinde actutum abeas  
 Nisi tanquam Hercules  
 Defesso Atlante  
 Veneris suppositurus humeros:  
 Semper enim erit  
 Quod & tu agas  
 Et quotquot huc attulerint pedes.

## SIGNVM CLVIII.

*Parsimoniae sumptuanae studere.*

Innocentius VI. impensam domesticam, quæ ma *Platina*  
 gna erat, imminuit, familiam suam ad certum  
 & honestum redigens numerum. Nec domi voluit nisi  
 viros habere probatissimos. Idem ut facerent Cardines  
 acerrimo edicto mandauit, dititans, suam ac  
 omnium Ecclesiasticorum vitam cæteris exemplo esse de-  
 bere, ad imitationem Saluatoris nostri, cuius tota  
 vita

vita ad institutionem humani generis referretur.

## SIGNVM CLIX.

*AEquo animo ac patienti, immo & libere  
ferre contemptum & ludibria hominum  
que amare, immo non solum fortis, sed etiam  
lacri animo iniurias, contumelias, pro  
bra verbis vel factis ir-  
rogata sustine-  
re.*

1. **S**ancto Bernardino per Senensis urbis  
Seunti petulantes pueri à tergo inie-  
res illudebant, in eiusque, nudis pedibus  
dientis apertum calcem lapillos subinde  
bant: ille ne semel quidem respiciens per  
itinere suo. Socius autem indigne ferens,  
advertis, inquit, proteruitatem puerorum  
hardinus, faciant sane quod volent, materiam  
isti nobis præbent unde sempiternæ gloriæ coram  
xamus. Dum enim molesti iniuriosique nobis  
tienti nobis occasionem suppeditant, qua possunt  
animas nostras, & cælorum regna promereri.  
Ite ergo Dorotheus de vita pie instituit, ut  
illi quicquid contigerit aduersi, illico in se  
contrahitur, illico iudicat se dignum ea ad-  
tate & ærumna, &c.

2. Sic & hoc tempore RR. Patres Societatis  
puerorum leuitate constituenda, frangenda

*Sur. men.*

*Mai de vi-  
tis SS.*

*Patientia  
eiusq; effe-  
drix cha-  
ritas.*

ribus, reprimenda licentia, moribusque perfe-  
 ctis suam quotidie augent virtutem, atque  
 deo Diui Cassiani sortem (si ita res ferret) mini-  
 me recusarent, qui à suis est discipulis, (iubente  
 tyranno) ferreis stylis confixus, quorum quo erat  
 manus debilior, eo cruciatus grauiores duriores  
 fuerunt.

*Improbi  
discipuli  
tortores  
sunt præce-  
ptorum.*

*Ep. 4. An.  
Ch. 93.*

3. S. Ignatius Episcopus Antiochenus scribens  
 de persecutione quam sub Domitiano tyranno  
 patiebatur: Ego vero, ait, non tam meus, quam alio-  
 rum nunc factus exagitator, partim exiliis, partim cu-  
 stodiis, partim vinculis. At nihil eorum curo, verum eo-  
 rum iniuriis erudior, vt Iesum assequar, fruor suppliciiis  
 mihi paratis.

Idem cum sub Tralano Tyranno vt sumeret  
 penas vinctus catenis decem inhumanis pro-  
 pter ac feris militibus esset traditus custodiendus,  
 ad Romam amandandus seu perducendus scribit  
 ad Romanos: A Syria Romam vsq; terra marique  
 cum bestiis depugno, nocte diuque alligatus decem leo-  
 nardis, qua est militaris custodia, qui & beneficio affecti  
 periculosiores sunt. At ego eorum iniuriis magis erudior. Et ad  
 Tarfenses: A Syria Romam vsque cum bestiis pugno,  
 non quod à bestiis feris deuorer, haec namque vt nostis,  
 Deo volente pepercerunt Danieli, sed à feris humanam  
 patientibus formam, in quibus immitis illa fera cubat,  
 qua me quotidie pungit & vulnerat, verum nihil pendo  
 supplicia haec, modo Christum videam Saluatorem  
 meum & Deum qui pro me mortuus est.

4. Henricus 8. Angliae Rex inter alios occidi mul-  
 tos iussit, è Carthusianorum familia, quorum  
 nonnulli totos dies 14. stare recto corpore sunt  
 coacti,

*Ad mortē  
magna ala-  
critate cur*

vebat quia  
ad regna  
caelorum  
proficisce-  
batur.

V. Thom.  
Boz. de sig.  
Eccl. li. 11.  
s. 1.  
De Patien-  
tia Eccl.

Eodem mo-  
do in An-  
glia necati  
sunt multi  
alii, Presby-  
teri. Ed-  
mundus  
Campia-  
nus, &c.  
Post An.  
1580.

Sub Anno  
1562.

coacti, iniectis ad collum, ad brachia, ad cran-  
culis ferreis, ita vt nullam ob causam se loco-  
uere possent, postea cratib. vimineis im-  
supini alligati, per aspera, saxosa & lutea  
miserime sunt raptati ad locū supplicij  
si crassiori fane (qui non statim fauces elan-  
ne suffocarentur omnino ad collum cordis  
priusquam morerentur ille præcisus, com-  
inter angustias gutturis maximo cum dolo-  
nima. Rursus viui demissi & crudeliter tra-  
prius, inde vestibus nudati, longo tempo-  
cio, ad maiorem doloris sensum ipsa paulatim  
renda amputata, venter excisus, viscera  
bus adhuc euulla & extracta in flammis con-  
ante oculos ipsorum, cor transfixum, demum  
pite abscisso in quatuor partes diuisi.

5. Domitius Hurlus Archiep. Cassellien-  
berna ab hæreticis est comprehensus, octo  
plena olei pedibus illius iniecta, educta  
ex opposita tabulæ foraminibus ante flam-  
gentes vrenda collocantur, cumque diu-  
ustus fuisset ocissime fuere illi è tibus oc-  
tractæ & vna cum illis carnes ossibus  
relictis, in ox vimineo laqueo constricta  
longiorem dolorem fauces, atque ita  
morti est relictus.

6. In Gallia prope Engolismam Presby-  
tholici Ludouici Fayardi manus ahenas  
olei pleno ab hæreticis tamdiu immissa  
auulla ab ossibus caro excideret, eundem  
oleo eodem bulliente per os immisso, & ad  
mum fistulis ferreis, quas vocant seplopet-  
plosis necarunt.

7. Alibi *Guilielmum Bricaiellum* & alterū quendam Presbyterum vno tantum pede hæretici suspendunt, atq; ita cibant, donec vno mortuo superstes est obruncatus.

8. In vico qui Floram dicitur Presbyterum virgis tamdiu cæciderunt, donec sanguine omnino emitteret animam.

9. Apud S. Macarij in Vasconia Presbyterorū ventres ferro dissecuerunt, eorumq; intestina palatim baculis circumuoluta è visceribus educentes euulserunt.

10. Presbyteri cuiusdam ventrem ferro aperuerunt, viuentisq; aluo auenam atq; hordeum in gessere, atque ita comedendum suis equis propulerunt.

11. In Belgio non longe ab Ypris hæretici plurimos Presbyteros viuos defoderunt capite dumtaxat exstante metaq; è capitibus interuallo relicto constituere, & ad illa globos lapideos aut terreatos dirigebant, ludigratia.

12. Delphis Batauiæ vrbe Cornelius Musi<sup>9</sup> iussu Guilhelmi principis Auriaci varie est excruciatissimus, altissimæ scalæ manibus vinctis est appensus, ad pedes intolerabile pondus alligatum, vt compages omnes laxarentur: inde a dentibus tædis ambustæ axillæ mox resupinus cōstringitur, aqua feruens ori infunditur, eaq; totus venter oppletur, quæ sic fustibus deinde tundunt, vt ex omnibus corporis foraminibus illa tota efflueret. Postea capite deorsum verso ex duobus pedū maioribus digitis appenditur, inde truncatus pedū maiorisque digitis per niuem sanguine proprio truentatam in vrbem Lugdunum Batauorum

*V. locum de  
desiderio  
Martyrij.*

raptatur, ac post tot supplicia laqueo suspen-

13. Cardinalis *Ioannes Fischerus* Episcopus  
 fensis in Anglia ad Martyrij locum ductus  
 quam ceruicem securi subijceret, hymnum  
 incipit, *Te Deum laudamus*, totum sablat  
 lis in cælum cantauit. Caput hastili affixum  
 in ponte Londinensi collocatum cum  
 dies permansisset nunquam contabuit, sed  
 dibilem maiestatem diuinitatemque qua  
 spirans cunctos in sui admirationem uenit  
 nemque simul trahebat, ideoque Rex imp  
 lud amoueri iussit.

*Patentia  
 pramia V.  
 in Triump.*

D. Franciscus Bozius in Ioannem Episcopus  
 & Ioannem Roffentem Cardinales  
 rodem Regem & Henricum Regem  
 Angliæ) pellitæsq; horum:

*Aug. in Ps.  
 54. Omnis  
 malus aut  
 ideo uiuit,  
 ut corriga  
 tur, aut  
 ideo uiuit  
 ut per eum  
 bonus exer  
 teatur.*

*Proh scelus, heu vates submittit colla securi,  
 Pellicis, Herodes sic iubet ob furias.  
 Quid mirare nouum potius mirare tyrannum  
 Qui renouat cæco captus amore scelus.  
 Pellicis Henricus stimulis agitatus iniqua  
 Imperat abscindi præfulis ense caput.  
 Quin multos vna miserando funere tollit,  
 Quid non insanus pectora cogit amor?  
 Morte alter similis, tum nomine, sed*

*ter*

*Peior, nec prorsus nomine dissimilis.*

*Bar. Anno  
 Chr. 370.  
 ex orat.*

14. Cum sub Imp. Valente præfectus  
 stius minitaretur S. Basilio Episcopo  
 bonorum proscritionem, exilium, curam

mortem, respondebat Basilius: Si quid aliud habes  
 mihi munitare, horum enim quae adhuc commemora-  
 nihi nos attingit. Quoniam modo, inquit ille? Quoniam  
 inquit, Basilius bonorum proscriptioni obnoxius non est,  
 nihil habet, nisi forte laceris & detritis hisce pannis  
 diges, ac paucis libellis in quibus omnes mihi facultates  
 cepia sunt. Exilium autem hoc cognoſce, qui nullo loco  
 scriptus sum, ac neq; terram hanc, quam nunc  
 meam habeo, & eam omnem in quam proiectus  
 pro mea duco, imo vt rectius loquar, vniuersam ter-  
 ram Dei esse scio, cuius aduena ego sum & peregrinus. *Pſalm. 23.*  
 Quae tormenta quid accipere queant cum corpus desit?  
 forte primam plagam dixeris, huius enim solius pe-  
 te arbitrium & potestas est, mors porro beneficij loco  
 mihi erit, citius enim me ad Deum transmittet, cui viuo  
 & funere meo fungor, maximaq; ex parte mortem obij,  
 ad quem iam pridem propero. Quo sermone obſtu-  
 perfactus praefectus: Nemo, inquit, me (nomenq;  
 adiuuauit) ad hunc vsque diem ita est allocutus,  
 nec pari verborum libertate. Neq; enim (ait Basilius)  
 praesente in Episcopum incidisti, alioqui hoc prorsus modo  
 offeruisset, pro huiusmodi rebus in certamen veniens.  
 Nam ceteris quidem in rebus o praefecte, mansueti & pla-  
 bili sumus atq; omnium abiectissimi, quemadmodum  
 nobis hoc lege praescriptum est, ac non dicam aduersus  
 imperatorem, sed nec aduersus plebeium quidem *Episcopus*  
 quaquam & infimi ordinis hominem supercilium at-  
 quomodo  
 quimus. Verum vbi Deus nobis periclitatur ac proponi-  
 elatus &  
 tum demum alia omnia pro nihilo putantes ipsum *humilis.*  
 Luc. 22.  
 iam intuemur. Ignis aut & gladius & bestia, & vngula *Matt. 20.*  
 carnem lacerantes, voluptati nobis ac deliciis potius sunt  
 quam terrori. Proinde contumelias nos affice, comminare

Rr

fac

*Fac quicquid collibuerit potestate tua frueri, audiamus  
etiam Imperator, nequaquam profecto nos, vos, nec  
ficies ut impia doctrina assentiamur, nec si his quibus  
traciora miniteris.*

Hæc postquã præfectus dixit atq; audierit, præ  
que contentionẽ animi eã esse cognouit, ut modã a  
vis eum perterrefacere ac superare polleret, præ  
quidem foras misit atq; ablegauit, non tam tam man  
ijsdẽ minis, sed cũ quadam reuerentia & teneb  
sione. Ipse aut̃ quam celerrime potuit Imperator  
remadiens, Imperator, inquit, ab huius Ecclesie præ  
fite victi sumus, minis superior est, sermonibus, for  
borum blanditiis fortior, ignauorũ alius quibus  
dus est, huic aut̃ aut vis aperte inferenda, aut  
Etandum ut minis cedat. Qua de causa factum  
probans Imperator Basilijq; laudibus victi  
tus enim hosti quoq; admirationi est) vnde  
hiberi voluit, idemq; ipsi accidit q̃ ferro  
quamuis igni emolliatur ferri tamen natura  
net, minitq; in admirationẽ conuersis illi  
dem societate haudquaquã amplexatus est  
mutationem erubesceret, ceterũ rationem  
sui qua honestissime ipsi satisfaceret, quæ  
ratio declarabit. Nam cũ vniuersa sacellia  
stipatus ingressus fuisset in templum (erat  
Epiphaniæ dies cæsusq; amplissimus) ac  
numerũ auxiliet ad hunc modũ defundit  
eo se coniunxit. Ac ne hoc quidem præter  
dum est. Postquã enim intus fuit, atq; ipsi  
Psalmorũ cantu non secus ac tonitruo quocunq;  
sonuerũt, plebisq; pelagus vidit, omnemq;  
& cõcinnitatẽ, quæ tã in sacrario quã prop  
riuerat, angelicã potius quã humanã, atq;

1 Reg. 7.

quidē ante populū recto corpore stantē, qualem  
 scriptura Samuelē describit, nec corpore, nec ocu-  
 lis, nec animo, perinde ac si nihil noui contigisset  
 illā in partē se mouentē, sed Deo (vt ita dicā) & al-  
 teri affixū eos aut à quibus cingebatur, cū timore  
 modā ac reuerētia stātes, hæc in quā simul atque  
 respexit (nec. n. simile quippiā unquam videt) et  
 manū quiddā passus est atq; oculorū vertigine  
 tenebris totus impletur, atq; id plerisq; adhuc  
 obscurū & incognitū erat. Verum cū dona quæ i-  
 met eff. cerat diuinæ mensæ offerēda essent,  
 ne quicquā vt mos ferebat simul ea caperet (q  
 satis liqueret an ea Basilius accepturus esset) tū  
 ro manifeste se affectus prodidit, ita. n. titubare  
 cepti, vt nisi quispiā ex sacrariis ministris vacillā-  
 supposita manu retinisset, misere vtq; & lu-  
 tuole prolapsurus fuerit. Iam vero quæ ad ipsum  
 imperatorē & quanta cū sapientia prolocutus est  
 quidē ille nescio quo modo rursus nobiscum  
 Ecclesiam se contulisset & intra velū extitisset,  
 atq; in illius conspectum colloquiumque, quod  
 pridem expetebat, venisset) quidnam aliud  
 dicendum est nisi Dei voces illas fuisse, &c.

1. Ariani Greg. Naz. Constan. lapidib. impete- *Baro. An.*  
 bāt, & vt maleficū ad tribunal traherēt, & licet i- *Chr. 378.*

de vndiq; impendere sibi mala cōspiceret, & ex  
 multitudine Arianorū florentiq; rerum statu con-  
 terni animo potuisset, tamen diuinitus confor-  
 tatus spe certe melioris temporis his se consola-  
 tur alloquiis. *Hic mecum cogitare aiebam, domos*  
*ariani habent, nō inquilini, hi templa, nos Deum. id-*  
*que preterea, quod Dei viui templa sumus, victi-*  
*ma viua, holocausta spiritualia, sacrificia perfecta,*

*Ad Arian.*  
*Ex de se ipso*

Dei denique Trinitatis adorata beneficiis, nos angelos, hi temeritatem & audaciam, nos minas, nos preces & orationes, hi faciendi nos patientiam, hi aurum & argentum, nos tam fidei doctrinam, &c. Diuina confortatio magno ex prædicatione futuro prouenturo sustinebat propter electos, sciens agrum nicum afferre solere fructum centuplum, contumelia, sicque appetitus lapidibus contumeliisq; vexatus sicque vberes benedicens rependens plane effecit vt etiam compenditorum animos sibi conciliaret, ad quem Catholicam suscipiendam magnopere uocaret, id ipse coram amplissimo Synodico coactus sua prosequi instituta atque prædicatione suæ sementis fructus ostendere, hinc significat. Videtis aduersarias linguas posuimus, mutescentes, atque eos qui diuinitati bellum nihil iam turbarum nobis facessentes, id quoque quoque, agricultura nostra est, non enim inscite te docemus, nec aduersarios contumeliis cessamus, quem admodum plerique faciunt non in nomine, sed cum dogmatibus assertoribus confessionum & argumentorum infirmitatem actis interdum contegentes, non aliter ac sepia atramentum vomere aiunt, vt piscatores effugit conspectum sui eis eripiant. Verum nos procul gerere perspicuo argumento declaramus, secundum illum pacificum & Clementem, infirmitates nostras portantem dimicamus, cum vera atq; orthodoxa fidei principe patet, nonnihil de animorum contentione remittit.

Orat. ad  
150. Episc.

ationis & aequitatis famam colligamus (non enim quod  
 bonum est male aucupamur) atq; interim tamen pacem  
 colimus legitime nimirum pugnantes, atque inter limi-  
 tes nostros, spiritusq; regulam nosmet, continentes. Ac de  
 his quidem ita censeo, cunctisq; animarum dispensato-  
 ribus recte q; doctrinae arbitris legem statuo, vt nec aspe-  
 rate sua aduersariorum animos exulcerent, nec sub-  
 sitione insolentiores efficiant, sed prudenter & consul-  
 to in fidei causa se gerant, nec in alterutro horum medio-  
 rum vitas lineas transilient. Hisce exemplo & doctri-  
 na Christi comparatis ad expugnandos implaca-  
 biles hostes: armis Gregorius vicit tandem cum  
 loqui aliis ex causis contemptui esset atque de-  
 spectui haberetur. Nam quemadmodum si fu-  
 mus clarescat in flammam, qui antea molestus  
 oculis erat suo splendore visum illustrat & exhi-  
 larat, ita licet vitæ duritia vultusque asperitate  
 horridum & tetrum aspectum præ se ferret puri-  
 tate tamen doctrinae lycessens animique mode-  
 ratione aliarumq; virtutum fulgore resplendens  
 hostium quoque oculos in se conuertit, eosq; ad  
 rectam lemiram veritatis adduxit adeo vt quæ cæ-  
 cipientibus oculis prius esse videbantur, horri-  
 berent eadem ad pietatem illecebræ, & Grego-  
 rius longe lateque doctrina & sanctitate reful-  
 gens admirationi esse cæpit cunctis etiam absen-  
 tibus.

16. Accidit vt ipso subægotante Gregorio &  
 in lectulo decumbente sicarius ad eum conficiē-  
 tum clam ingressus sit, tectus multitudine acce-  
 dentium, vt ei gratulareretur de templo recepto ab  
 Arianis vindicato pro quo munere vota Deo nū-  
 cupaf-

Rr 3

Gre. Naz.  
 in car. de  
 vita sua.

Insignis  
 animi mo-  
 destia Gre-  
 gorij delini-  
 uit Arianos.  
 Prou 4.  
 Iustorum  
 semita,  
 &c.

Bar. An.  
 Chr. 380.  
 Hac fusius  
 descripta  
 sunt à Gre.  
 in carm. de  
 vita sua.

cupassent. Eoque perfuncto officio concessissent, sicarius ille solus ibi relictus, pedes sanctissimi viri prehensens, lacrimas copiose fundens atque lamentans veniam postulavit. Gregorio autem secum te, quid hoc sibi vellet, atque praedolore ipso taceente, vnus ex his qui aderant sentiens, Gregorio dixit. *Hic ille carnificum o pater qui a nonnullis subornatus, ferrum in cordia defixurus erat, nisi Christus perperam auxilio fuisset, quod enim ad eorum vultus spectat scelus est consummatum, prout poenitens ad pedes tuos lachrymis veniam per quem conuersus Gregorius ait: Proposito Deo tibi que ignoscat, qui me seruauit, pro noxa peto, vt haeresim execrans meus autem cum vniuersae innotuisset ciuitatis scitium Gregorij, Arianorum, non nihil sunt corda, ergaque ipsum reddita piosiora.*

17. Postquam *Sanctus Chrysostomus* decimaquarta ad Olympiadem varias recensuisset calamitates subiungit: *An minus vel has solas calamitates etsi nihil aliud munda nobis peccata obliterare, atque ingloriam materiam suppeditare posse? Et: Gaudens animoque circumferens praelatitia vultu velut ingentem thesaurum reconditum. Nam hoc animo atque affectu praeditus sum te obsecro vt hoc nomine lateris, gaudens Deumque cuius beneficio hoc consecutus sum*

perpetremur, laudes ac celebres. Atque apud te  
 nihil hęc contineas neque cuiquam enuncies, ex te  
 sermo hoc resciscat, immo etiam omnes qui narra-  
 runt comprime, &c. Ex his magnam eius ani-  
 mi intuemur celsitudinem tum in difficilla  
 & que ala criter patiēdo, tum etiam in con-  
 temnendo illam quam ex rebus præclare gestis  
 volent homines captare gloriolam. Boni autem  
 deo crucis & asperitatis iter iucundum esse  
 credunt, quia confecto nulla ipsis reliqua futura  
 est cura, & ideo eos cœlestis ciuitatis visendæ  
 mirum desiderium tenet, ardent incenduntur,  
 totoq; ad fruendum & ad potiendum ea impetu  
 rapiuntur.

18. Et si Basilius Magnus Episcopus, de quo  
 etiam antea persecutionis Ecclesiæ tempore  
 natus sit, vitamque & sanctissime & in agmi-  
 ne tentationum (vt Gregorius Nazianzenus  
 loquitur) traduxerit plurima perpeffus ab  
 Imperatoribus, ab hæreticis, à Catholicis  
 item, quin etiam à Iuliano Apostata, destinatus  
 ad necem, vti ad exilium à Valente, sed & à  
 se ipso multa passus, dum virtutes omnes co-  
 leret, disciplinis omnibus, & S. literis etiam  
 ab infantia imbueretur, in eremo viueret, pau-  
 pertatem & virginitatem summo studio esset  
 amplexus, morbos corporis semper haberet  
 comites, Ecclesiæ non tam suæ quam omnium  
 vel cum ægrotus sollicitudinem haberet diuinam  
 scientiã & pietatem spirare, nunquã desisteret, ta-  
 men aliquñ hæc verba pronūciauit: *Gratias ago tibi*

Rr 4

Pater

Gre. Naz.

Ep. ad Io.

48. 57.

Theod. Cy

rensis Ep.

19. li. 4.

Bas. Ep. ad

occi. 6. 69.

70.

Gre. Naz.

Ep. ad Bas.

20. in fi-

ne orat.

funeb.

Pater o conditor hominum tuorum quod nos cruciatu  
 recte fingis & per externum hominem internum  
 & per aduersa ad beatum finem nos perducis.

19. Extat epistola Paschalis Franciscani  
 chi qua narrat se cum munera & vxores, quibus  
 bari (Medi) illi offerebant, aliasque blanditiis  
 constanter repulisset, tentatum deinde esse  
 tumeliis, bis etiam lapidatum, faciem & quatuor  
 igne adustas, quibus tamē rebus ita se nunquam  
 territum vt nec habitum deposuerit nec a  
 cando destiterit. Certe spirituale gaudium bonis  
 tribulationibus, quam ex  
 tur.

Matt. 5. v.  
 12.

20. Act. 5. v. 41. Ibant (Apostoli) in consuetudine  
 cili gaudentes, quod digni habiti essent, pro nomine  
 contumeliam pati.

21. Paulus de se ait ad Coloffenses 1. v. 24. & 2. ad Cor. 12. & 10.  
 gaudeo in passionibus meis, & 2. ad Cor. 12. & 10.  
 ceo mihi in infirmitatibus in contumeliis in nequitiis  
 bus in persecutionibus in angustiis pro Christo. Ne  
 det solum in illis sed etiam quod maius est  
 lis gloria: ur. Mihi inquit ad Gal. 6. v. 14. Alioquin  
 rari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, &c.

Heb. 10. v.  
 34. vultis  
 & c.

Iac. 1. v. 2.

Omne gau  
 dium, & c.

4. Ep. 2. c. 12. v. 9. Libenter gloriabor in infirmitatibus  
 meis.

22. Greg. Naz. ab hypocritis vitæ monasteriorum  
 fessoribus ( Pseudomonachis ) multas passus  
 contumelias atq; adeo (quod horrendū est) ad  
 ad altare Dei sacrificantē lapidibus appetentibus  
 occidissent que nisi diuina fultus gratia immo  
 periculum euasisset. Ipse autē in Epistola ad Theodosium  
 dorum Epif. Tianensem in eosdē monachos

Ep. 81.

ius vindicare paratum, pro lapidantibus interce-  
dit vel eum ab infligendis in eos panis reuocare  
conatur.

23. Ioan. Chrysoſt. Episc. Constantinop. Ep. 3. ad  
Syriacum to. 5. Ego, ait, cū e ciuitate (Corit.) fugarer  
nihil horum curabam sed dicebam intra me: Siquidem  
vult me Regina (Eudoxia) exulem, agat in exilium. Do-  
minus est terra & plenitudo eius, & si vult secare secet.  
idem passus est Esaias, subscribat illi si vult in pelagus mit-  
tere Thomæ recordabor. Si vult in caminum iniicere,  
idem passi sunt tres illi pueri. Si me feris vult obicere obi-  
ciat, Danielis in lacum leonibus abiecti recordabor. Si  
me lapidare vult lapidet me, Stephanum habeo primum  
Martyrem socium. Si & caput tollere vult, collat, habeo  
socium Ioannem Baptistam. Et si substantiam auferre,  
auferat, nudus exiui de utero matris mee & nudus re-  
uertar illuc. Extat Epistola Innocentij Papæ ad  
Chrysoſt. in qua inter cætera his consolatoriis v-  
titur verbis. Neque ty docendus es tot populorum do-  
ctor & pastor optimos quosque semper & continue pro-  
bari, velintne in vigore tolerantia persistere, ac nulla af-  
fectionis molestia succumbere. Etenim conscientia bona  
firmum reuera munimentum est, aduersus omnes casus  
inmeritos, quos quidem qui tolerantia non superat, is  
vere sinistra suspicionis argumentum de se ipso prabet.  
Omnia enim sufferre debet quisquis primum Deo, deinde  
conscientia sua nititur. Siquidem ad patientiam exerce-  
ri potest vt quam maxime vir bonus & honestus, vinci  
tamen non potest: quandoquidem conseruant eius ani-  
mum scriptura diuina, & exemplis eundem communiūt  
lectiones sacræ quas populo proponimus, quæ quidem v-  
niuersos pene sanctos variis modis & continenter exerci-

Rr 5 tates

Baron. to. 4  
Anno Chr.  
389.

To. 5. An.  
Chr. 404.

Intrepidus  
animus ho-  
minis in e-  
xilium de-  
portandi.

Pro. 28. In-  
stus confi-  
dit vt Leo.

ratos ac veluti in examine quodam explorati fuisse  
que ita ad patientia coronam peruenisse docent. *Chryso-*  
*Chrysoft.* innumeris licet atque adeo innume-  
vallaretur imo obrueretur angustiis, ipse tamen

*V. Ep. Chry*  
*4. ex. 7. to. 5.* omnibus superior tantum abfui: ut ab hinc  
geret consolatione, ut potius omnes diuersi  
tritos molestiis, & iam pene merfos perlece-  
nis vndis eleuaret in sublime, & in portu con-  
lationis collocaret, cum hos mæiore depre-  
illos proscriptos, exulantes alios & extor-  
consolaretur, ut maiora subeundi tormenta  
mensum iniiceret desiderium. Scribens ad  
lympiadem viduam diaconissam Eccles. *Chry-*  
tractatum cuius est titulus, quod nemo laborat  
nisi à seipso, mittere se ait lucubrationem  
laboratam quo ipse in afflictione posuerat  
mus non obruatur molestiis, sed de superata  
pennis quibusdam extollatur.

*Sulp.* 24. *S. Martinus* Episcopus dum a tello re-  
tur, forte obuiam fit quibusdam Equitibus  
viso territi Equi, saltibus indiuersum actus  
quisq; se florem dorso excussere, & illi cal-  
dignantibus Episcopo immodestius insultantibus  
ut nec manibus temperarent. Sed rursus  
scensis equis cum loco eos, & calcantibus  
urgendo, mouere non possent, diuinam in  
ne virtutem (quem improbi vexauerant) *Chry-*  
aduertunt, & repente ante ipsum suppliciter  
uoluti, peccatū confitentur & veniam expostul-  
Tunc ille pro iniuria beneficium referens  
mice amplexatus est. Equis autem ut Domini  
suis obedirent imperauit, qui quasi vinculis

*Iesus ira-*  
*sci nescit*  
*Martinus.*

eribusq; soluti statim abiere, inter cæptum ma-  
turantes.

25. *Benedictus* Abbas Florentinus presbyre-  
tam vitæ suæ insidiantem patientissime tulisse  
perhibetur. Panem veneno infectum sibi ab illo  
maneri missum (licet dolos cognouisset) beni-  
que accepit, ne recusando scelus hominis (quod  
ceteros latebat) proderet. Cæterum abeuntibus  
qui panem attulerant, coruo alicui præcepit vt il-  
lum rostro sublatum eo transportaret, vbi con-  
tingi à nemine posset, & protinus volucris illa  
missis eius obediuit. Florentius vero in flagitio  
perseuerans, quem occulta fraude vincere nequi-  
uit eum aperto bello aggredi decreuit. Meretri-  
culas ergo de prostibulo conuocatas in hortum  
monasterij adduxit, quæ impudenter inter se la-  
sciuiendo Monachos ad libidinem prouocarent.  
Abbas autem cum iam non vitæ suæ vnus, sed  
animabus cunctorum qui secum erant pericu-  
lum creari vidisset, loco cessit. At Florentius infe-  
licissima pugnae victor exultans domum rediit  
sed cum læta bundus tripudiaret, repentino pau-  
menti collapsu elisus expirauit. *Benedictus* vero  
hostis tristem exitum vehementer dolens, disci-  
pulum suum Maurum, quod eo nuntio lætari vi-  
deretur, puniuit.

*Greg. dial.*  
*li. 2. c. 7.*  
*Syr. 18. Qui*  
*vindicari*  
*vult à Do-*  
*mino inue-*  
*niet vinda-*  
*etam.*

*Ibid. c. 8.*

*Greg. dial.*  
*li. 5. c. 2.*  
*V. Marulii*  
*li. 5. c. 2.*

26. *Libertinus* Fundensis cœnobij Monachus  
ab Abbate irato in faciē scabello grauitè percuf-  
sus, ne gemitum quidē edidit, sed tacitus in cel-  
lam suam se recepit. Postero autē die negocij cau-  
sa quod sibi iniūctum fuerat ad ciuitatem iturus,  
Abba-

Abbatem adiens eundi potestatem de more  
 tiit, ille ob acceptam iniuriam discessurum  
 Cur id peteret interrogat, sed cum causam  
 cisset, animaduertit, ipsum, tametsi liuida  
 & tumens ex verberibus esset facies, iniuriam  
 cordari, & patientiam eius admiratus germa  
 misit, se peccasse, confitetur, veniam postulat.  
 bertinus vero & ipse in terram prociens  
 peccasse asserbat. Cum vero quo volebat  
 uenisset, & rogaretur unde liuorem in facie  
 beret, se in scabellum impegisse respon  
 dit,

27. Hadrianus vt Pontifex grauissime  
 tulit, se famosis carminibus apud Patrum  
 tuam fuisse laceratum, sed id postea ciuili  
 tulit, cum didicisset illam maledicendi licentiam  
 obscurorum hominum libertati atque ne  
 dari, vt cum insignes viros impure carpo  
 fortunam suam ea vindicta voluptate conu  
 tur.

1. Cor. 13.4.  
 Caritas  
 patiens est.  
 Ps. 47. 14.

Cassian. li. 4. instit. monast. c. 40. ait: Tran  
 congregatione necessario custodienda sunt tibi, vt  
 dum Psalmistę sententiam. Ego autem tanquam  
 non audiebam, & sicut mutus qui non aperit os  
 quoque velut surdus ac mutus & cæcus incedas, &  
 contumacem, si inobedientem, si detrahentem  
 vel secus quam tibi traditum est aliquid admittere  
 non offendaris, nec ad imitandum eum tali of  
 exemplo, sed vt surdus qui hæc penitus nec audire  
 uersa transmittas. Si tibi, vel cuiquam conuulsi  
 gantur iniurię esto immobilis & ad responsionem  
 nis vt mutus auscultas, semper hunc versiculum

de decantans: *Dixi custodiam vias meas vt non delin-* Ps. 38. 2.  
*quam in via mea, posui ori meo custodiam, cū confisteret* Pro 14. 29.  
*peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum &*  
*clui à bonis.*

Maxime debent Clerici patientes esse in tole-  
 randis aliorum vitiis. *Qui enim patiens est, ait Salo-*  
*mon, multa gubernatur sapientia, qui autem impatiēs*  
*exaltat stultitiam suam.* Vnde Paulus: *Debemus* Rom 15. i.  
*Gal. 6. i.*  
*firmiores, imbecilitates infirmorum suscinere, & nō*  
*nobis placere.* Et: *Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo*  
*delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spi-*  
*ritu lenitatis, &c. Alter alterius onera portate.* S. Bern.  
 2. 73. ad praelatum quendam scribit: *Hoc onus ani-*  
*maram est & infirmarum.* Nam quae sanae sunt portari  
 non indigent, ac per hoc nec onus sunt. *Quoscuque igit-*  
*ur de tuis inueneris tristes, pusillanimes, ipsorum te Pa-*  
*trē, ipsorum te noueris esse Abbatē.* Consolando, ex-  
 hortando, increpando agis opus tuum, portas onus tuum,  
 & portando sanas, quos sanando portas. *Si quis vero ita*  
*sanus est, vt magis iuuat te quam iuuatur à te, huius te*  
*non Patrem sed patrem, comitem non Abbatē agno-*  
*scat.*

S. Greg. docet hanc patientiam à praelatis quo-  
 que seruandam esse cum iuste arguuntur à subdi-  
 tis, *Nemo quippe est, ait, qui ita uiuat vt aliquatenus nō*  
*delinquat.* Ille ergo se ipso amplius desiderat veri-  
 tatem amari, qui sibi à nullo vult contra veritatē  
 parci. Hinc etenim Petrus increpationem Pauli  
 libenter accipit. Hinc David increpationem sub-  
 diti humilliter audiuit, quia Rectores boni dum  
 priuato amore diligere se nesciunt, liberæ purita-  
 tis verbū à subditis obsequiū humilitatis credūt.

SIGNVM

*Trip. li. 3 c. 1.*

2.

**S.** Petrus noluit propriam filiam S. Petri  
 lam febriliter laborantem sanitati restituere  
 sciens illi morbum prodesse ad seruandam tri-  
 ginitatem. Cum enim quidam valde miraretur  
 cur cum etiam alios sola umbra curaret, non  
 dem beneficium præstaret filia, curavit quod  
 illam ad tempus iussitque discumbentibus re-  
 strare, sed ministerio peracto voluit eandem  
 lectulum redire.

2. *Beniamin* eremita cum sola oratione  
 infirmos curaret, noluit tamen seipsum inter-  
 tis morbo laborantem curare, rogabatque  
 qui sui miserebantur, vt non tam corporis  
 animæ curam gererent, veniamque à Deo  
 exorarent peccatorum quæ sanus commisit.  
 itaque quod peccator foret agebatur, quod  
 ger nihil.

*V. II. PP. I.**p. 6. 148.*

3. *S. Romitas* eremita cum quotannis  
 morbo tentaretur à Deo, doluit quod  
 anno liber esset, atque si à Deo tum delictum  
 fuisset.

*Beda in**marij. Sab**V. 5. 6. 7.*

4. *Pygmenius* presbyter Romanus æquo  
 ferebat, se oculis captum, quod potestatem  
 empta esset hostes Ecclesiæ cernendi, vnde  
 Iulianus apostata Cæsar ei obuiam factus dicitur  
 fer. *Gratias ago diis, ô Pygmeni, quod te video, contra  
 le, Gratias ago Deo meo, respon. quod te non video.*

forti animo tyrannum contemnens quam cæci-  
tatem post martyrij corona donatus cœpit vide-  
re quæ oculus non vidit.

5. Abbatem Spe Deus ab æterno verberare, vt <sup>4. dial. c. 10.</sup> loquitur S. Gregorius flagellando protexit, & quantum eum diligeret postmodum perfecte sa-  
nando monstravit. Eius namque oculos per 40. annorum spacium continuæ cæcitatibus tenebris pressit &c. qui cū flagello fatigaretur corporis habebat per Sp. S. custodiam cōsolationem cordis. Cum vero iam anni quadragesimi fuisset in cæcitate tempus expletum ei dominus lumen reddidit, & vicenum suum obitum denunciauit, atq; vt monasteriis circumquaque constructis verbum vitz prædicaret admonuit, quatenus corporis recepto lumine visitatis in circuitu fratrib. cordis lumen aperiret. Quintodecimo autem die ad monasterium suum reuersus corpore Christi suscepto inter voces Psalmos cantantium fratrum animam Deo reddidit, exeunte ex eius ore colūba in conspectu omnium in testimonium simplicitatis qua Domino seruiuit.

6. Petrus Abbas Clareuallensis graui valerudine vexatus oculum amisit, & sic gaudere dixit <sup>Marul. li. 3. c. 4.</sup> quod è duobus inimicis alterius molestia iam liber esset. <sup>Sab li. 5. c. 7.</sup>

7. Nepotianus Monachus febris ardentissima correptus hilari semper vultu conspectus est, adeo vt & auunculum suum Heliodorum sæpe consolatus sit, & plorantibus iis qui assistebant solus ipse riserit vsque ad mortem. <sup>Hier. in Epitaph. eius.</sup>

8. Io.

Michael  
Fervus in  
eius vita.

8. Io. Ant. Campanus Tiphernatium Episcopus  
pus medicinas omnes tametsi parum proficiat  
cerneret, magno animo ne sibi defuisse & de  
rasse crederetur, sorpsit. Non illum febres  
illum dolores qui in morte incredescunt, aut  
mi deiecere, non querelis, non lamentationibus  
cubiculum oppleuit, vt ne vnum quidem  
bimestri ægritudine verbum dolentius esse  
auditum sit. Neque quamdiu decubavit inter  
gatus quam bene se haberet secus quam  
vnquam respondit.

Sicut peritus pictor nouit quo loco porphy-  
lorem atrum, quo cãdidum vel aureum  
nouit quo loco in hoc vniuerso quemque  
cet, probum, improbum, pium, impium.  
ex illa colorum apta distributione consurgit  
chritudo picturæ, ita ex hac animorum, per  
tudo vniuersi, quod est veluti pictura qua  
diuinitatis, eius potentiam, sapientiam, boni-  
tem, prouidentiam, misericordiam, & in  
mirifice nobis spectandam exhibens. Hinc  
Clerici de diuina prouidentia non murmurant  
nec conqueruntur, cum in hac vita rebus  
sis conflictantur, quia huius vitæ calamitates  
ues sunt, & animo generoso exigua, fructus  
earum maximus & æternus. Vt enim in  
Paulus quo fortasse nemo mortalium  
grauiora pertulit: *Momentaneum & leue tribu-  
nis huius supra modum in sublimitate (in celo)  
num gloriæ pondus in nobis operatur.* Non cer-  
bet graue videri quod tanta mercede com-  
satur.

2. Cor.

Huc accedit quod aduersa etiam valent, ad amorum rubiginem & quotidianas maculas abergendas: Nemo enim hic est adeo purus quin abinde labes aliquas animo contrahat, quæ humodi remedio tanquam acri sapore sunt elucet. Non etiam indignantur Clerici boni prosperitate impiorum, quia hæc brevis est & multo ille permixta, eamque æternus luctus excipiet. Nemo latroni, qui breui in rotam agendus est in dicit haustum vini, aut quod paucis horis ei prostratur aliquid solatij. *Noli, inquit Propheta. Psal. 36.*  
*malari in malignantibus, neque zelaueris facientibus iniquitatem, quoniam tanquam fenum velociter are-*  
*bit.* Et Sapiens: *Stupa collecta synagoga peccantium, & consummatio eorum flamma ignis. Veniet messis Syr 21.*  
*omnes peccatores, tanquam noxiæ herbæ & zizania in fasciculos colligentur, & igni tractentur. Matth. 13.*  
 Certe optimum signum est boni Clerici libetere aduersa pro Christi nomine ferre usque gaudere, seu nullos labores, nulla discrimina, nulla aduersa in Christi causa reformidare. S. Paulus ait: *Quis Rom. 8. 35.*  
*separabit a Charitate Christi tribulatio an angustia, &c. Phil. 4. 12.* Et: *Scio & satiari & esurire, & abundare & penuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat.*  
 S. Chrysost. ho. 5. de verbis Isaïæ, vidi Douuntim, *2. Par. 26.*  
 commendat fortitudinem Azaræ sacerdotis oburgantis Regem Oziam & fortitudinem S. Pauli (ho. 4. de eius laudibus) & Eli. Prophetæ alio-  
 rumque homil. 8 ad pop. Ant. S. Ambros. 1. de off. 4. 5. refert exempla S. Stephani, Laurentij, Sixti, & alia.

Sf

Breui-

Breuiter cogitat Clericus in aduersis variis aduersarios & certamina, varias virtutum armis, tribus coronas parere, & vti ex allisis lapidibus ignis, ita claritatem veritatis ex persecutionibus erumpere.

## SIGNVM CLXI.

*SS. Patrum scripta secundum sacra Scriptura diligenter legere, ex iisque sapientiam haurire.*

1. **E**piscope Græciæ homilias Cyrilli Alexandrini memoriae mandatas populis egestu (vt ait Gennadius) recitabant.

*In apparatu sacer. to.*  
1.

2. Ioannes III. Sueciæ Rex retulit mibi (quit P. Ant. Posssevinus) sibi, cum Cyrilli commentarij in D. Ioannis Euangelium legentibus traditi in Anglia (quod ab Erico fratre suo fuerat ablegatus priusquam esset Rex) sordidum cœpisse omnes Caluini libros vt & postea per hæreses illius detestaretur. Sic, addit, non experletur ex iis, qui in pediculis hæresium inciderunt, si manus & mentes ad mouendum actioni patrum, non abibit longius, cum rari illa (potius quam scripta) hereticorum abiecerint & probum aurum doctrinæ Catholice præstigijs chymicis amplectentur.

3. R.R. P.P. Soc. Iesu Patrum libris in hæreticis cum sanctis interpretibus Bibliorum pertractant, quorum in scriptis nil putidum est, nisi

...ile, omnia grauia, seuera, fructuosa, salutaria  
...unt.

4. B.P. Ignatius Layola vult vt PP. Soc. suæ com-  
pendium aliquod colligant communium locorū  
contra vitia, deque remediis eorum, de virtuti-  
bus de præceptis, &c. Haud dubie autem voluit  
eos eximia quædam & illustria SS. Patribus  
excerpere.

*Const. p. 4.  
c. 8. de mo-  
do conscri-  
bendi locos  
communes.  
V. Lauren-  
tium de  
villa Vin-  
centio in li.  
4. de for-  
mando.  
Theologia  
studio.*

SIGNVM CLXII.

*Paupertatem amare.*

1. Filius Dei Dux & antesignanus Clericorum  
cum diues esset, factus est pro nobis ege-  
nus atque etiam mendicus. Atque hanc pauper-  
tatem, ait S. Bern. ser. 4. de nat. Dom. statim in or-  
tu in corpore suo dedicauit, cum infans in alieno  
stabulo natus est, panis alienis inuolutus, & in  
alieno præsepio positus. Huic pauperi initio re-  
spondit reliquis vitæ progressus. Nam cum vul-  
pes habeant foueas, & volucres cæli nidos, ipse  
non habebat vbi caput reclinaret (Matt. 8. 20. at-  
que etiam exitus cum nudus in cruce expi-  
tauerit & in alieno sepulchro conditus sit.

*2. Cor. 8.  
Ps. 39.  
Phil. 2. 7.  
Formam  
serui, &c.*

2. Princeps Apostolorum exclamabat (Matt. Syr. 31.  
19.) nomine omnium Apostolorum: *Ecce nos re-  
liquimus omnia, dicebat etiam Act. 3. aurum & ar-  
gentum non est mihi.*

*Beatus,  
&c.*

3. Paulus ait de seipso 2. ad Cor. 11. in fame  
& siti, in frigore & nuditate, & de reliquis

Sf 2 Apo-

Apostolis I. ad Cor. 4. *Vsque in hanc horam es sitimus & nudi sumus.* Hic totius orbis gister, qui me Baptizandi quidem occupatus volebat distineri quo impensius ad prædicationis ministerium incumberet, tamen manibus laborabat ne cui molestus esset, cum tamen per in eos à quibus quid accepisset videretur beneficium collocaturus. Tantum momenti interbat esse in paupertate. *Luc. 9.* præscribit Dominus omnibus Apostolis hanc formulam: Nolite fidere aurum neque argentum, neque divitias.

4. Greg. Nazianzi *Sed paupertatem, in qua inopiam improbarunt. At ista sunt divitiæ meæ. Non non solum gloriantem sed & arrogantem facit. Tunc enim mihi inimici dum hoc obiciunt, id obiciunt in vestigiis illius incedam, qui propter vos inopi factus cum esset dives. Atque utinam exuere me possent per culis istis quibus circumdari videor, ut nudus effugeret spinas seculi, quæ retinent & reuocant pergentem Deum.*

*Bon. in vita S. Fran.* 5. S. Franciscus paupertatem in omnifera modo matrem, modo sponsam, modo Deum appellabat, sæpe etiam Reginam, propterea in Rege Regum, eiusque genitrice adeo interter effulsisset. Quam ob causam cum me quempiam pauperiorem aspiceret, quam ipse fieret, ita sancta quadam inuidia commouebatur, ac si in re magna multumque expetendum se videret. Insuper cum ad principum honorem mensas inuitaretur, non ante eas adisset, quæ liquor panis frustra per viciniam mendicasset.

deinde in mensa cum gaudio exponebat. Qua de  
 re cum aliquando Cardinalis Hostiensis, is qui  
 postea Honorius Pontifex fuit, amanter cum eo  
 questus esset, quasi nonnullam iniuriam domui  
 fecisset, respondit ille, immo vero magnum  
 tibi ipsi honorem detuli, dum maiorem quam tu  
 dominum honoravi. Mihi vero certum est, di-  
 gnitatem hanc regiam quam pro nobis Dominus  
 Jesus egenus factus assumpsit nullo modo relin-  
 quere, pro ritu falsarum diuitiarum ad breuissi-  
 mum tempus concesso, dum cum fratrib. posita  
 mensa recumberet & lectorem mensarum de vir-  
 ginis puerperio in Bethlehem hospitantis angu-  
 stiam mentionem facere audiret, continuo confur-  
 gens humi resedit atque ait: Nunquid ego peccator,  
 ego nequam & inutilis seruus ad mensam sedere debeo,  
 cum Dei genetrici in diuersorio locus non fuerit cum  
 mundi opifex ac dominus in stabulo natus in praesepe re-  
 linquatur? Sic dicens panem suum prouoluit in  
 terra cum gemitu comedit.

6. Prosper adfert exemplum Paulini & Hilarij  
 quorum vterque paterna praedia diuendita pau-  
 peribus erogant, iidem autem Episcopi facti  
 facultates Ecclesiae diligenter administrarunt, ve-  
 nus enim institutum fuit vt Clerici omnib. bonis  
 si que haberent, paternis cederent, nihilque suum  
 possidere possent. Testatur hoc S. Hieronymus,  
 qui hanc esse ait causam, cur ab ipso Ecclesiae ini-  
 tio Clericorum capita radi caperint, vt significa-  
 retur depositio, vt ille ait, omnium temporalium:  
 quia victu & vestitu contenti nihil proprium ha-  
 bere debent, sed omnia communia. Hinc

*Li. 2 de vit  
 contempl.  
 c. 9.*

*P. Platus de  
 bono status  
 religiosi. li.  
 c. 23.*

*V. Eundem  
 de periculo  
 se statu cle-  
 ricorum sa-  
 cularium.*

& Gregorius ad Augustinum Anglorum  
piscopum scribens ita ei mandat, vni-  
glicana illa, quæ tum surgebat, Ecclesia, tam  
uersionem inter Clericos instituat, quæ  
nascentis Ecclesiæ fuit Patribus nostris in  
bus nullus eorum de iis quæ possidebant  
quam suam esse dicebat, sed erant illis  
communia.

*Effram. in  
vit. PP.*

8. *Abraham* Ægyptius Eremita in vasta soli-  
tudine & clausa cellula viuens vsque ad annu-  
tatis suæ 50. nihil supellectilis habebat, par-  
catinum, vestem cilicinam, & rusticum  
gum.

9. *Ioan. Alexandrinus* Patriarcha cum ex-  
vita migraret haud parum lætatus fuisse dicitur  
dum gratias Deo ageret, quod morienti  
hil superesset præter vnum nummum. Se-  
hunc statim dari indigenti præcepit. Annus  
enim illi Patriarchatus vestigal, annuarie  
nos Eleemosynæ erant, nihil sibi referuam  
ter Christum. Neque enim quicquam  
suum esse dicebat, asserens ideo sacerdotibus  
que possessionem neque partem neque heredi-  
tatem inter reliquas tribus daram, quoniam  
& hæreditas & possessio eorum esset Deo  
in voluntaria paupertate omnes institutio-  
dinum religiosorum Regulam suam fundam  
illustis est hæc ratiocinatio S. Bernardi :  
*mei, qui ouis sum pastor meus & ipse incuruus gerens  
vultum gerens deorsum, & terram semper respiciens  
& soli ventri mente ieiunus pabula querens, non  
discernimur? Va si venerit lupo, non erit qui perdiscernat*

occurrat, qui eripiat. Decetne pastorem more peco-  
 ren sensibus incubare corporeis, herere in finis, inhiare  
 terrenis? & non potius erectum stare, ut hominem, cœlū  
 mente suspicere, quæ sursum sunt querere, & sapere,  
 non quæ super terram.

Plerique tum aliarum religionum primi se- *Li. 2. Chri-*  
 ratores tum nostræ Soc. (inquit Carolus Re- *stiani ora-*  
 gius) antiqui patres propterea tantum proficie- *toris. c. 14.*  
 bant initio, non quod singulare aliquod dicendi  
 genus afferrent, sed quod inter cæteras virtutes,  
 illustria perfectissimæ paupertatis documenta  
 præberent, in Xenedochiis diuersantes, & emen-  
 dicata stipe victitantes.

S. Franciscus teste D. Bonau. fratribus suis so-  
 lebat dicere, ut nullo modo Eleemosynas mendi-  
 care erubescerent, quod maiora ipsis largirentur  
 quam acciperent & dantes copiosius ditarent. Et  
 dicebat hanc nobilem esse prodigalitem, quæ  
 pro pane diuinum redderet amorem, addebat  
 etiam eo tempore, quo refrigebat hominū cha-  
 ritas mendicantium religiosos ordines institu-  
 tos esse, diuino consilio & beneficio ut hac occa-  
 sione homines diuina Charitate ditescerēt. Que-  
 rit quidā Theologus vtrum magis sit rationi cō-  
 sentaneum, ut diues quærat pauperem ad erogā-  
 dam ei Eleemosynam, an pauper diuitem ad pe-  
 tendam.

Et recte asserit æquius esse primum, cum  
 diues longe plus lucretur dando quam pau-  
 per accipiendo, vnde Chrylost. *Vera, ait, E-*  
*leemosyna est sic dare ut gaudeas te dare, pu-*  
*tans te accipere magis quam dare, non enim tam*

pauperibus quam nobis profumus plura accipere  
dentes. Salomon ait. Dives & pauper obliuiscuntur  
vtriusque operator est Dominus. In hoc certe  
fortunator est diues, quia pauper Christum reperit  
& Christo datur quicquid in pauperem erogatur.  
B. Catharina senensis, cum aliquando rogatus  
pauperi nil quod donaret haberet domi dilige  
ter quærens, paruulam argenteam crucem  
in tquam inopi continuo porrexit. Nocturno  
stus ei apprensus ostendensque illam crucem  
die, dixit, iudicij se crucem illam publice ostendit  
rum in testimonium pietatis, sicut & D. Martinus  
apparuit veste indutus qua pauperem com  
rat.

## SIGNVM CLXIII.

*Pauperum, infirmorum, & peregrinorum  
diligentem curam gere-  
re.*

Zozom. li. 1. S. Ioan, Chrysostomus Episc. Constanti  
6. c. 33. Nofocomium (receptaculum agrorum)

Constantinopoli suis ædificauit sumptibus  
2. Basilius Magnus Episc. Cæsar, pauperum  
spitia, & Xenodochia (peregrinorum recepta  
) extruxit.

Platina ex 3. Symmachus 1. Episcopis ac cæteris clericali  
Nicephori 220. in Africa & Sardinia propter Catholicos  
li. 16. c. 35. dem exulantibus pecunias & vestes submittit  
uit, multos etiam captiuos, in diuersis promissa  
multa pecunia redemit.

4. D. Thomas Cantuariensis Archiep. pauperib. Ex historia  
 quod die 13. pedes primum deosculabatur, post passionis  
 lavabat & detergebat quaternos in singulos dies  
 distribuens argenteos.

5. Henricus de Aslo Archiep. Magdeburg. in le-  
 to decumbens lavit quibusdam pauperibus pe-  
 des, liberaliter distribuens illis elemosy-  
 mas.

6. Cum in tanta annonæ charitate vt neglecto  
 agrorum cultu oppida passim desererentur Rode-  
 mus Semenus Toletanus Antistes suis opibus a-  
 puniti sine  
 oppressores  
 pauperum  
 V. in Thea  
 tro. vind.  
 diuina.  
 piosque sacris conçonibus adhortando multum  
 procurulisset inopibus subleuandis. Alphonsus  
 Castellæ Rex, pro eo merito templum Toleta-  
 num, quoniam apud illud tanquam in publico

erario optime deponi thesauros cogitabat, noua  
 multorum oppidorum dititione auxit; Toleta-  
 num præfulem iure perpetuo legeque in omne  
 tempus lata regni Cancellarium fore sanxit, quo  
 magistratu suprema & maxima authoritas secun-  
 dum regiam olim continebatur, Ioan. Marc. lib.  
 de Rege. c. vltim. in formula reformationis per  
 Carolum V. statibus Ecclesiasticis in comitijs  
 Augustanis Anno 48. ad deliberandum exhibita  
 & ab iisdem probata ac recepta dicitur: Sancto-  
 rum patrum constitutionibus olim sancitum fuit vt bo-  
 norum Ecclesiasticorum pars quarta cederet pauperibus.  
 Hinc apud collegia & monasteria antiqua hospitalia ex-  
 structa sunt. Et: Verisimile est cum Ecclesiastici patres  
 pauperum haberentur & essent, fideliterque bona com-  
 missa dispensarent, imperatores, Reges, principes, & lo-  
 cupletes homines permotos, vt tam amplis præ-

diis Episcopus, collegia & monasteria dicitur

8. S. Ambros. Valentiniano Imperatoris  
Episc. esse Epist. 27. Quos Episcopi magis quam pupilli  
pupillis, or- debemus tueri? Scriptum est enim (Ila. 1.) Iudice  
phanis, a- te pupillo & iustificate viduam & eruite iniuriam  
lis & pau- pientem. Et: (Pl. 67.) Iudices viduarum & paru-  
peribus & phanorum.  
affl. His pa  
trocinari.

9. S. Hier. ad Nepot. Gloria Episcopi est pe-  
perum opibus prouidere, ignominia omnia  
Sacerdotum est proprijs studere diuitijs.

10. S. Aug. de verb. Apo. ser. 10. pro magno  
mendantur Episcopis patrimonia pupillorum  
quantum magis gratia paruulorum?

11. S. Greg. ad Ianuarius Archiep. Ep. 6. In  
ralis regiminis necessitate compellimur, & orphanorum  
viduarumq; causis solertius quam curis ceteris  
mus. Hom. 14. in Euangel. inde probat Episcopi  
debere bona temporalia communicare ego-  
bus, quod pastoris boni si feciam animam pa-  
re pro ouibus.

12. S. Chrysof. li. 6. De Sacerdotio hoc  
officium etiam ad mulieres extendit. Cuius  
administrantibus Episcopatus sorte obueneris, pu-  
lierum quoq; salute si non maiorem quam virorum  
pare certe curam studiumq; oportet impendere. Non  
eas inuisere egrotantes & solari lugentes & in-  
languentes, & adiuuare afflictas oportet, qua-  
dum sunt plures irrumpendi aditus demon  
uenire potest, nisi exactissima custo-  
dia sese vallaue-  
rint.

SIGNVM CLXIV.

*Pacis auctorem esse.*

Cum Gainas tyrannus omnia cæde & incendio in Thracia misceret, & ad huiusmodi auertendam populorū cladem legatus esset missus S. Ioannes Chrysostomus Episcopus Constantin. Gainas cognito legati aduentu, & animi eius alacritate pro pietatis defensione considerans longo interuallo ei lubens procedit obuiam, & prenlans illius dextram oculis suis apponit, liberosque sacra eius genua complecti cogit. Sic enim virtus vel infestissimos afficere pudore & obstupescere solet. Afferit autem Metaphrast. ex antiquioribus monumentis tunc suasionem Chrysostomi Gainam cum Arcadio contraxisse pacem. Hinc Chrysostomus reuersus Constantinopolim, ad populum habuit concionem, in qua inter cætera ait: *Abfui tumultus componens, fluctus sedans, tempestatem corrigens, eosque qui iam denudari cæperant ad portum & in tranquillum porrecta manu deducere studens. Sum enim communis omnium pater, eoque necesse est curam agere non tantum eorum qui stant, sed eorum quoque qui collapsi sunt, non illorum modo qui secundis nauigant ventis, sed & illorum qui tempestate iactantur, non eorum modo qui in tuto sunt, sed illorum qui periclitantur.*

2. Agathō Abbas gloriatur se nunquā cœpisse hominū nisi prius & suam aduersum alios & aliorū aduer-

Theod. li. 5. c. 33.  
Baro. To. 5. An. Chr. 401.

Hom. de Auaritia. & Homil. Cum Saturnus & Ant. rel. abti essent in exilium &c.

In vi. pp.

aduersum se indignationem placando sopor  
idem dicebat, iracundos Deo & hominibus  
esse.

*Steph. Cre-  
mon. Sur.  
Tom. 3.*

3. *Vbaldus* Eugulinæ vr bis Episcopus, cum  
ues suos in seditionem versos verbis placare  
potuisset, & iam ad aram esset concursum, quæ  
mis inter tela stratosque mucrones irrupit  
humi prono corpore sese prostravit, nec  
rexit, donec illi saucium iactu rati, mutua  
vnus miserationem conuertissent, iacens  
mit pugnam quam stans nequiuerat inhibere.  
Audacem autem & periculi impavidum fecit  
ipse pacis amor. Idem *Fredericum* Imp. Egyp-  
tis infensum iratumque & ob id graue  
Etigal acceptis obsidibus imperantem super-  
teradiens placuit, ita vt ille & pecuniam  
mitteret, & obsides restitueret, & ipsi  
multo honore affecisset discedentem de-  
beret.

*Sur. To. 3.*

4. *Iuo Presbyter* cum multis miraculis  
pietatis operibus clarus dolens quendam  
matre non leui odio diffidere, postquam  
ciliare nulla ratione quiuisset missæ pro eis  
cium obtulit Deo. Exinde nemine iam  
tante solo diuino instinctu ita animis  
puere vt & hic filium se agno-  
sceret & illa ma-  
trem.

## SIGNVM CLXV.

*Malle mori quam peccatum aliquod datum  
opera committere, seu euerſo-  
rem & oſorem vitio-  
rum eſſe.*

**S**anctus Paulus ait ad Rom. 8. 35. Quis nos le-  
parabit à charitate Chriſti? &c. *v. Baro. Tom. 6.*

2. Cum Ruffinus magiſter militum hortare-  
tur Theodoſium de ſua excommunicatione val-  
de triftem ac ſolicitum vt bono animo eſſet cura-  
rum ſe dicens, vt Epifcopus Ambroſius etiam  
ſua ſponte vincula excommunicationis ei laxa-  
ret, reſpondit Theodoſius: Noui ego conſtan-  
tiam Ambroſij & quod nullo regie maietatis ter-  
rore diuinam legem transgredietur. Theod. lib. 5.  
hiſt. c. 18.

3. Cum Eudoxia imperatrix Arcadij coniunx *Metaph.*  
Iuſtini Chryſoſtomo Archiep. Conſt. per ſuos lega-  
tos multas minas intentaret, eo quod iniquis eius  
conatibus ſe oppoſuiſſet, legati ei reſponderunt,  
*Fracta illum hominem terres, nihil ille niſi peccatum  
timeat.*

4. Sanctus Edmundus Cantuarienſis Archiepi- *Sur.*  
ſcopus dicebat: *Malo inſilire in rogam ardentiffi-  
mum quam peccatum vllum ſciens admittere in Deum  
meum.*

5. S. Anſelmus Cantuarienſis item Archiepiſc.  
dicere ſolebat: *Si hinc peccati horrorem inde inferni  
dolorem corporaliter cernerem, & neceſſario vni illorū  
immer-*

immergi deberem, prius infernum, quam peccatum  
 peterem. Idem scribit lib. de beatitud. 6. cap.  
 mallem purus à peccato & innocens gehennam  
 ire, quam peccati sorde pollutus caelorum regna  
 trare.

Quot Clerici maluerunt extremos crucis  
 mortemq; perpeti, quam idolum aliquod  
 honore afficere? quam hæresin amplecti?

Cum primis boni Clerici vitant peccata  
 talia, quæ mortem animæ adferunt multo  
 biliorem quam corporis, vitam enim eternam  
 sine comparatione meliorem & nobilioram  
 que adeo diuinam. Quare ita animis contenti  
 sunt pij vt quiduis potius ferant & quidqua  
 tiantur, quam vt suum creatorem ac Domini  
 tam grauitè offendant, & cum vel odore  
 quem talis peccati teterrimum sentiunt, v  
 auertunt, ita refugiunt atque auersantur, v  
 stem vt exilium. Sed hoc non tam magnam  
 retur laudem si ab ipsis fiat, quam magnam  
 pam si non fiat.

Recte S. Ambros. ait: Non mediocri  
 Sacerdotalis, cui cauendum non solum ne graui  
 flagitiis sit affinis, sed ne minimis quidem. Neq;  
 ideo contemnenda quia parua videntur,  
 Deum spectemus Deique dignitatem  
 Tensa quæ in eum committitur leuis videbitur  
 vero damna nostra spectemus, hæc etiam  
 leuia reputabit, quoniam (vt ait S. Greg.  
 par. post. adm. 34.) Pluuiarum gutta exigua  
 sed quia multa magnos fluuium gurgites efficiunt.

mauigio tantum nocet sentina latentes per rimas ex-  
 resens, quantum procella aperte sauiens, vtraque  
 eam demergit & obruit, sed illa sensim hæc statim. Et  
 mutata sunt, quæ erumpunt in membris per scabiem  
 vulnera sed cum multitudo eorum innumerabiliter oc-  
 cupat, sic vitam corporis sicut vnum graue inflic-  
 tum peccati vulnus necat. Hinc Syr. c. 19. ait: Qui modica  
 peccata paulatim decidet. Qui enim peccata minima  
 vitare ac deuitare negligit à statu iustitiæ non quidem re-  
 uertitur, sed partibus totus cadit. Ex his Sancti Gre-  
 gori j verbis patet quam obfirmanda sit Cleri-  
 cis mens etiam aduersus minima peccata, maxi-  
 me ea quæ ex habitu quodam fiunt.

Certe vt aqua cum in obiecto aggere mini-  
 mam sibi viam fecit, eam deinde continuis in-  
 crementis auget, donec magna fenestra pate-  
 facta non possit amplius restaurari: Sic natura  
 nostra si ei aliquid licentiæ concedatur, ita pau-  
 latim prouehitur, vt ægre interdum etiam  
 nullo modo reuocari queat. Et quis mentis  
 peccata etiam leuia non vitaret cum Syr. capite  
 vagesimo tertio dicat: Oculi Domini decies millies  
 (infinities) sole lucidiores, inspicientes omnes vias  
 hominum, & considerantes in absconditis partibus,  
 omnia quæ in penitissimis cordis recessi-  
 bus latent. Sicut enim essentia diuina est in-  
 finita & vniuersum ens eminenter in se con-  
 tinet: ita etiam intelligentia diuina infinita  
 est & ad omne intelligibile se extendit, idque  
 ubique labore, & conatu, sola naturæ necessitate.  
 Neq; multiplicitas rerû impedit attentionem ad  
 singu-

*Deus oēs  
 cordis late-  
 bras intro-  
 spicit.*

singula, quia tam perfecte considerat, singula  
 quam si ea sola proposita haberet, cum ad singula  
 lumen infinitum conterat. Quo maior autem  
 illa maiestas sapientia & potentia, & quomodo  
 eius in nos beneficia, eo magis & acrius  
 iniurias & legum suarum prauaricationes  
 & ponderat & suo tempore vindicabit. Et  
 tem præcipuas peccatorum vindictas referat  
 Deus sæculo futuro, quando fiet omnibus  
 meritorum compensatio, tamen ipsum etiam  
 hoc sæculo non raro horrenda edere exempla  
 magna copia exemplorum in theatro videtur  
 diuinæ demonstraui, quibus hæc pauca  
 cris biblijs à R. P. Lessio in lib. de promi-  
 nis pulchre disposita artex. Nam sicut sapiens  
 & prouidi principis est, leges, tribuna-  
 militiam & cætera omnia in regno ita dispo-  
 vt in commodum & quietem subiectorum  
 dant, quamdiu in sede & obedientia steterint  
 easdem causas conuertere ad eorum punitionem  
 si rebelles & inobedientes esse cœperint.  
 Deus etsi cælum & elementa in commo-  
 hominum instituerit, tamen ita regit omnia  
 subinde incommoda & damna per ea irrogat  
 ipsorum peccata vel maiora, vel minora,  
 quibus non viuitur) castiganda. Et tamen  
 ipsa castigatio in maximum commodum con-  
 annibus qui bona mente præditi ea probent  
 runt vt.

*Gen. 6.7.8.* 1. Cum Deus totum genus humanum  
 ceptis octo hominibus) propter sua scelera  
 nerali diluuiio esset deleturus, hanc humanam

peris interneccionem ipsi Noe prædixit centum  
 & viginti annis ante euentum, & ad seminarium  
 mundi iussit fabricari arcam, præscripta forma &  
 mensura, quæ omnium animantium terrestrium  
 & volatiliū species capere posset & ab interitu  
 seruare, miro modo effecit, vt pluuia ingruente  
 omne genus animantium ad arcam confluere,  
 & se per mansiunculas aptatas distribui sineret,  
 cæcæ autem lenitudine miseris hominibus tri-  
 buit spacium pœnitentiæ, ne vna cum corpore  
 perirent etiam animæ. Non enim dubitandum  
 est, quin innumeri diuinam manum in tam hor-  
 rida castigatione sentientes pœnitentiam ege-  
 rint, & veniam peccatorum cum ingenti dolore  
 Domino petierint & obtinuerint. Sicut fieri  
 consuevit in periculis naufragij, vbi etiam sce-  
 latissimi quique magno pietatis affectu ad Deum  
 confugiunt, pectora tundunt, dolorem malefa-  
 ctorum concipiunt, emendationem promittunt  
 & veniam obtinent, animæque salutem, corpo-  
 ribus pereuntibus consequuntur.

11. Vix quadringenti anni erant elapsi à dilu-  
 uio cum Deus totam Sodomæ regionem cum  
 omnibus suis habitationibus propter peccata  
 tūbre Sulphureo cœlitus immisso deleuit. In  
 quo opere mirifice Dei tum misericordiā tum  
 iustitiā eluxit. *Misericordiā*, cum deprecante Abra-  
 hamo ostendit Dominus se paratum parcere So-  
 domæ, si vel decem iustitiæ cultores in ea repe-  
 rentur. Quid benignius quam parcere de-  
 cem millibus impiorum propter decem iustos  
 illis permixtos?

Tt

Tanti

*Nota di-  
gnam pro-  
uidentiā*

*Magna Dei  
benignitas.*

*V. c. vlt. li-  
belli de ter-  
ra motu*

*V. Alber.  
Heronem  
de Prop.  
Dei.*

*Ostendit  
Deus pec-  
catoribus  
post hanc  
vitam ex-  
pectandum  
Sulphureū  
ignem, &  
eternam  
vastita-  
tem.*

Tanti est apud Deum iustorum vita? cum eos ex inopinato & nihil tale meritis opprimit, vix modico ad pœnitendum con-  
so spacio idque supplicio adeo immani & ter-  
rendo. Quid enim terribilius quam ardere  
Sulphuris immensa vis cœlitus confestim  
facta?

Hac repente omnia longe lateque arserunt  
ipsum solum in profundum ita exultum, & in  
ueum ingentem excipiendo mari innotuit  
72. miliaria in longum, & 13. in latum  
buerit, aquæ huius amarissimæ nihil vici-  
tinent, halitu adeo tetra, vt vicina reddantur  
rilia, nec quidquam in hodiernum die  
ferant putenti cinere plena, iræ diuinæ  
bola.

*Exo. 7. 8. 9.*

III. Cum Pharao & Ægyptij populum nol-  
lent dimittere varijs DOMINVS DEVS  
eos mactabat pœnis. 1. Conuertebat  
aquas Ægypti, quæ vel flumine, vel lacu  
vel paludibus, vel puteis & cisternis con-  
bantur in sanguinem, durabat ea plaga  
septem dies. 2. Educebat repente innumera-  
narum copiam, quæ totam terram & Ægypti-  
orum implebat, omnia suo rabore  
taminans. 3. Ranis succedere Ciniphes  
uerso puluere Ægypti subito in Ciniphes  
uerso. Erant Ciniphes culicum genus  
tissimum, spiculo acutissimo intra pro-  
dem armatum, cutem acri cum dolore  
brans & sanguinem sugens. Iosephus  
putat fuisse pediculos è corporibus Ægypti-

*Lib. 2. c. 5.*

rum infinita copia prorumpentes & eorum  
 carnem depascentes. 4. His ad preces Moy-  
 sis tublatis, sicut & prioribus plagis, perli-  
 stente in contumacia Pharaone, immisit mul-  
 tarum omne genus & insectorum agmina,  
 quibus Ægyptij mirum in modum sunt vexa-  
 ti. 5. Mulcas excepit pestis animalium, qua  
 in tempore omnes equi, Asini, Cameli, o-  
 ves & boues aliaque animalia, quæ in agris e-  
 rant per totam Ægyptum (saluis ijs quæ erant  
 filiorum Israel) perierunt. 6. Hanc cladem  
 mox secuta est scabies, hominum & iumento-  
 rum superstitum corpora grauissime exulcerans  
 & affligens. 7. Scabiem sequebatur grando  
 immanis (qualis nunquam in Ægypto visa) ful-  
 minibus permixta, qua omnia viuientia, quæ  
 foris erant & arbuta protrita, contracta & va-  
 stata fuere. 8. Grandinem secuta immensa lo-  
 cultarum agmina; hæc quidquid grando & ful-  
 men reliquifecerant, deuorauerunt, adeo vt ni-  
 hil vitens relictum fuerit. Homines quoque  
 crebro assultu & diro morsu & acutis unguibus  
 & alarum strepitu, & sædis excrementis, & tabo  
 abominabili discruciant. Hoc quoque malo  
 ad preces Moylis repente sublato, cum Phara-  
 on staret promissis. 9. Inductæ sunt tene-  
 bræ horribiles per totam Ægyptum (excepto  
 loco vbi habitabant Israelitæ) eæque triduo  
 continuatæ sunt, nemo alterum poterat vide-  
 re, nemo se præ metu audebat loco, in quo con-  
 stiterat mouere. 10. Post triduum restituta lu-

*Deum Moy-  
 se vt in-  
 strumen-  
 to in his  
 cladibus ir-  
 rogandis,  
 continuan-  
 dis & desi-  
 nendis u-  
 sus est.  
 O ingens  
 benignitas.*

*Reputa re-  
 cum quam  
 graua post  
 hæc vitam  
 omnes ini-  
 quos ma-  
 neant sup-  
 plicia.*



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

ce cum Rex in obstinatione perfliteret ingens  
clades immiffa est occifis per angelum medius  
cte, vna hora, omnibus hominum & iumentorum  
primogenitis, adeo vt nulla domus efllet fine  
nere & luctu perempto eo quod in quoque  
gniffimum & chariffimum erat.

Tantis calamitatibus fracti Ægyptij tantum  
Israelitis abitum liberum permifere, vt  
paulo post ducti pœnitentia eos ingenti  
citu sunt profecuti, vt retraherent in  
tutem, quibus inter mare & montes depre  
fis cum nullum efllet effugium, Dominus  
aperuit, latiffima via in fundo à vicino  
in littus oppofitum patefacta, quæ im  
exercitui ad celerem transitum fufficeret, tan  
per ficcum medij maris alueum tranfeunt  
uerfam folitudinem, Ægyptijs propere fe  
tibus, qui cum omnes in eundem alueum  
fcendiffent, & Israelitæ iam euafiffent in  
nentem, Dominus relaxabat manum, &  
fe aquam eius iuffu feriente immenfa illa  
aquarum, quæ veluti muris vtrimque  
fublimis ftererat, fubito cum ingenti  
concidebat & in confuetum præcipitans  
magna vi collifa Ægyptios omnes vna cum  
equis, curribus, armis ita inuoluebat & co  
vt ne vnus quidem euadere poffet. Clades  
Ægyptiorum populum Dei profecquentium  
pus quidam & adumbratio earum fuere  
quibus fub finem mundi (quando Deus pop  
lum fuum ab impiorum tyrannide libera  
eft, & in promiffam terram traducturus)

ij conflictabuntur. Postquam enim multas  
eis calamitates vt respiscant irrogauerit, & illi  
nihil inde meliores effecti in contumacia per-  
sisterunt, tandem omnes immisso igne terraque  
dehiscente delebuntur.

IV. Cum Deus per Moysen ingentem illum  
populum Israeliticum, seu ingentem illam Is-  
raelitarum multitudinem, in qua facile ad vi-  
cies centena millia capitum censebantur eduxif-  
set in vastam solitudinem & alimenta, quæ ex  
Ægypto secum detulerant iam essent absumpta  
nouo & inaudito miraculo illis de annona pro-  
midit quotidie (Sabbatis exceptis) per noctem  
caelitus illis manna instar pruinæ vel minutif-  
simæ grandinis effundens, quo cibo per annos  
quadraginta sustentati sunt, & cum aquæ ibi-  
dem essent amarissimæ eas mox in dulces con-  
uertit & potabiles fecit. Quinquagesimo ab  
egressu die omnibus inspectantibus & audien-  
tibus legem dedit, omnium oculis in vertice  
montis Sinai sub specie maximi ignis & caligi-  
nosæ nubis se conspicuum exhibens, cum in-  
genti sonitu buccinæ crebrisque tonitruis &  
fulminibus terra tremente & monte crebro  
subsultante. Per quadraginta annos assidue  
suam præsentiam illis exhibuit, per diem in-  
genti nubis columna ab æstu solis castra prote-  
gens & noctu eadem columna instar ignis tunc  
fulgente castra illustrans.

Hæc columna quando castra mouenda in al-  
tum se leuans lento motu præcedebat, vt sci-  
rent qua esset eundum, & rursus quando &

Tt 3 ybi

*Nota prouidentiam  
diuinam.*

*Exod. 16.*

*2.  
Cap. 15.  
3.*

*4.*

vbi quiescendum sistebat: adeo vt omnis strorum metatio & commoratio, & profectio ex directione ipsius DEI ageretur.

5. Iussu & præscripto DEI Moyses primo anno egressionis extruxit tabernaculum, que anno secundo in medio castrorum quo erecto statim columna illa se directe tabernaculum stitit, ei perpetuo incumbens præterquam cum esset proniscendum, enim in altum se efferens præcedebat.

Exod. 33.

Moyses Deum deprecaturus tabernaculum egrederetur, descendebat DEVS sub illo, be omni populo inspectante super tabernaculum illud operiens, oratione per acta

Exo. 17. v.

10.

nubes in consuetam locum ascendebat. populus siti laborasset mansione in Raphidim. Iussu diuino Moyses rupem arenam que exustam virga percussit & egressa sunt largissimæ. Idem factum mansione 33. in Ides, vbi cum Moyses propter incredulitatem non nihil hæsitasset, ambigens an Deum aquam esset daturus, punitus est hac pe-

7.

à Deo inflicta, *populum in terram promissam introduces*, sed ante è vita decedes. Cum populus carnes appeteret eamque ob causam uersus Moysen concitaretur, ollas Ægypti suspirans, Deus, etsi iratus, promissit canes, & postridie tantam coturnicum multitudinem in castra immisit vt ad mentam integram sufficerent.

Num. 11.

Verum mox Deus hanc ingratißimi populi impo-

oportunam creophagiam senere vindicauit,  
plurimis eorum interfectis.

Exploratoribus reuertis & robur aduersario-  
rum extollentibus terramque promissam ca-  
lamniantibus populus timore correptus pro-  
missis diuinis diffidere cœpit, adeo vt terra pro-  
missa renuntiaret, & in Ægyptum reuerti vel-  
let. Quam ob causam iratus Dominus omnes *Num. 26.*  
a viginti annis illos in deserto detinuit huc il-  
lac circumducens, donec omnes consumpti,  
filij eorum qui intra vigesimum annum erant  
in vita conseruatis, & loco parentum substitu-  
tis. Vnde etsi anno quadragesimo cum terra  
illa erat occupanda omnes illi murmuratores  
essent mortui, inuenta tamen sunt ex filiis eo-  
rum sexcenta millis Leuitici generis, adeo vt plu-  
res tunc fuerint terram promissam ingressuri  
quam primo anno fuerant.

*Num. 26. 9.*

Core, Dathan, & Abiron primarij viri inter  
Israelitas adiunctis sibi alijs ducentis quinquaginta  
ex nobilioribus seditionem contra Moy-  
sen & Aaron concitarunt, auerso ab ipsorum  
obedientia populo, quasi ipsi sibi principatum &  
Pontificatum per ambitionem & malas artes  
vsurpassent, non diuino iussu & decreto susce-  
pissent.

Itaq; ob rei indignitatem, Moyse diuinum iu-  
diciū appellante Deus causam deiudicauit,  
horrendo supplicio omnibus inspectantibus in  
illos animaduertens. Vix enim Moyse ver-  
ba minacia finierat, cum terra sub illis con-  
temiscere & instar maris fluctuare cœpit,

Tt 4                      mox

mox vasto hiatus cum ingenti fragore decens, Core, Dathan & Abiron cum tabernaculis & vniuersa substantia absorptis rursus ita se clausit vt nullum hiatus extaret stigium.

Reliquos vero 250. socios seditionis maximus diuinus accensus in eos irruerit bito consumpsit, ita vt ne cadaverum quibus extarent reliquiae. Postridie cum ob hanc causam populus aduersus Moysen & Aaron surgeret, quasi ipsi eius cladis auctores essent, & DEVS in eorum gratiam Virescentibus noxios ( vt ipsi ferebant ) morte affectis, ita ut in rebelles Deus ignem in eos immisit, statim quatuordecim millia septingenti in actione deleti sunt.

10. Alio tempore, populo contra Dominum ob laborem itineris murmurante, rursus in Deum ignis flammam impisit, quae deo extremam castrorum partem, longius progressura, nisi Moysen deprecante fuisset abibita, cuius precibus, terra se aperiente, ignis absorptus est.

11. Aliquanto tempore post rursus ob hanc molestiam populus contra DEVM murmuravit. Quamobrem ignitos serpentes in eos immisit, ad quorum plagas & morsus plurimorum venerunt ad Moysen peccatum suum confitentes. Itaque Moyses a Domino diuino erexit serpentem aeneum, cuius in furca suspendens, cuius solius aspectu curabantur quicumque à serpentibus nocentissimi.

*Num. 26.*

*Ioseph li. 4.*

*6. 3. 4.*

*Num. 30.*

*Num. 21.*

erant. Fuit hoc illustris typus Christi Domini <sup>Ioan. 3. v.</sup>  
 in cruce suspensi, cuius solius fide antiqui serpē-<sup>14.</sup>  
 ius ictus curantur, & salus æterna restituitur. To-  
 nis etiam illis 40. annis quibus in illa solitudine  
 & arenis circumducti sunt, nec vestes eorum nec  
 calceamenta fuerunt detrita, aut vetustate con-  
 sumpta, diuina prouidentia ea conseruâte, quod  
 aliorum non suppeteret copia.

His addo tot opitulationes in prællis & tot il-<sup>Exo. 17.</sup>  
 lustris ac splendidas victorias quas de hostibus  
 suis Israelitæ nullo vel certe quam minimo suo-  
 rum damno reportarunt. Exercitus Amalec ad  
 internecionem est cæsus Moyse ad Deum ma-  
 nus leuante. Quamdiu eas leuabat, vincebat Is-  
 rael, si paululum remisisset, vincebat Amalec.  
 Iordanis ad præsentiam Arcæ diuisus (superiore <sup>Ios. 3.</sup>  
 parte instar montis intumescēte, inferiore pror-  
 tus deficiente) vniuerso populo transitum præ-  
 buit. Muri Iericho validissimi ad sonitum bucci-  
 narum & populi clamorem funditus in circuitu <sup>Cap. 6.</sup>  
 corruerunt. Exercitus quinque Regum Amor- <sup>Cap. 10.</sup>  
 thæorum victus ab Israelitis cum fugeret, in ipsa  
 fuga lapidibus grandinis diuinitus immissis ma-  
 gna ex parte contritus. Sol & Luna ad imperium  
 Iosue (Deo eius petitioni obsequente) ad decem  
 vel 12. horas inhibito cursu steterunt immobiles,  
 donec ille hostes suos deleret. Hæc & multa alia  
 illi populo, vt terram promissam assequeretur  
 eo tempore diuinitus præstita, fuerunt figuræ &  
 typi eorum, quæ tempore noui testamenti gerē-  
 da erant in Ecclesia, & illius prouidentia qua  
 Deus in populo suo tum è seruitute Diaboli libe-

rando, tum ab inimicis defendendo, tum in  
lestem patriam introducendo vsurus erat.

V. Quotiescunque Israelitæ postquam  
promissam occuparant relicto Dei cultu ad  
more aliarum gentium conuersi sunt grauius  
fuerunt afflicti, & in potestatem hostium ac  
tutem traditi: Quotiescunque vero poenite  
ducti ad Deum ex animo redierunt, mox illi  
calamitatem miseratus, excitauit illis duces  
eos ab hostium oppressione eriperet, & in  
tatem vendicaret, septies id eis (mirum  
intra spacium quingentorum annorum cum  
iudicibus agerent accidit septies illo  
intervallo idololatriæ se manciparunt, septies  
seruitutem traditi, septies ad Dominum  
res liberati sunt.

1. Mortuo Iosue & senioribus qui  
lium Dei operum spectatores fuerant eorum  
vera religione continuerant, recesserunt ad  
cultui idolorum Baalim & Astaroth se man  
tes. Quamobrem tradidit eos Deus in man  
Chusan & Rasathaim Regis Mesopotamiae  
seruierunt octo annis. Tandem cum illis  
pressio grauis admodum esset & monitu  
sanctorum cognoscerent, eam propter pecc  
Deo inflatam poenitentia ducti veniam de  
flagitant. Itaque Dominus illorum miseratus  
scitauit illis Othoniel, qui coacto exercitu  
Mesopotamiae cecidit, eiusque iugum exci  
& quiescit terra annis 40.

Isid. 3.

2. Mortuo Othoniel rursus illi, aliarum  
tium consuetudine veluti æstu pelagi abrepti

idola rediere, omnium beneficiorum & mandatorum Dei immemores. Quare ad eos castigandos suscitauit Dominus Eglon Regem Moab Ammonitis & Amalectis, à quibus vehementer afflicti annis 18. Vnde cum rursus peccata sua detestati ad Deum confugerent excitauit illis Aod, qui occiso Rege & exercitu Moabitarum deleto populum liberauit, & quieuit terra à bellis annis 80.

3. Post mortem Aod iterum ad idololatriam conuersi sunt. Quare tradidit eos Dominus in manus Iabin Regis Chanaan, à quo oppressi sunt annis 20. Vexatione iterum illis intellectum habente rursus pœnitet scelerum & ad opem diuinam confugitur. Iterum Dominus misericordiam motus suscitauit eis Deborah prophetissam & Barac virum strenuum, qui coacto exercitu deleuerunt exercitum Regis Iabin, occiso eius duce Sisara, per fœminam, hinc quies à bellis erat annis 40.

4. Quiete potiti rursus ad idola conuersi sunt, Quam ob causam traditi à Domino in manus Madian annis 7, grauissime ab his afflicti fuerunt, Madianitis quotannis cum infinita multitudine redeuntibus & omnia absumentibus. Vnde rursus opem à Domino flagitantes primum per Prophetam grauius corripuntur, quod toties à Domino liberati & tot beneficiis affecti ab ipso desciscerent. Deinde cum illi perstarent, DEVM obnixe precari, suscitauit illis Gedeonem, misso ad eum Angelo specie huma-

humana, qui illum ad tantum opus animæ  
 Hic cum miris iudiciis diuinitus ei ostensus  
 tior esset redditus de victoria, trecentis  
 ermibus sola buccina & vase fictili facem  
 nente instructis rem tantam est aggressus  
 per circuitum castrorum tribus locis  
 perstrepētib; & fictilia complodentibus  
 inter hostes orta est perturbatio ut veluti  
 perciti partim se mutuis gladiis confode  
 partim in effusam fugam raperentur, inter  
 ab ipsis amplius centum millibus,

Cap. 10. 5.

5. Mortuo Gedeone iterum ad idola  
 sunt. Quam ob causam tradidit illos Domini  
 potestatem Philisthinorum & Ammonitarum  
 à quibus afflicti & oppressi annis 18. itaque  
 rursus ad Dominum refugerent, & veniam  
 que postularent, excitauit illis Iephte, cuius  
 comparato exercitu confligit cum hostibus  
 impetu 20. ciuitates Ammonitarum cepit  
 rumque iugum, Israelitis in libertatem  
 tis, excussit.

C. 14. 15. 16.

6. Vix à morte Iephte 25. anni effluxerant  
 cum Israelitæ rursus ad vomitum redeant  
 vero, cuius beneficia toties fuerant experti  
 cto, idolorum cultui ( qui tot malorum causa  
 fuerat) se mancipantes, itaque traditi sunt  
 pus Philisthinorum annis 40. à quibus  
 uiter affligerentur, Dominus misericordiam  
 tus excitauit eis Sampsonem cuius tantum  
 corporis robur, diuino spiritu illum agente  
 hil ei posset resistere. Nam & leonem in  
 ferocientem manibus discerpit, & portas

Gazan, vbi inclusus ab hostibus obsidebatur,  
 ei ostentis cardinibus reuulsas, vna cum seris & vectibus in  
 centis viris ostem suam suis humeris asportauit, & inermis mul-  
 licentiam suam coram millium armatorum exercitum, sola asini  
 mandibula instructus inuasit, mille ex iis eo in-  
 strumento interemptis, reliquis in fugam actis:  
 eadem Dagon, concussis vi lacertorum duab.  
 primariis columnis, euertit, multis millibus Phi-  
 listinorum, qui ibi praesentes erant, ruina op-  
 pressis. Quibus cladibus afflicti Philisthaei Israe-  
 litis dedere spatium respirandi.

7. Qui rursus longa pace corrupti, cum pec-  
 catis veteribus assidue noua adicerent, traditi  
 sunt iterum in manus Philistinorum, à quibus *Anno. 14<sup>o</sup>*  
 caesa Israelitarum triginta quatuor millia, arca *Heli.*  
 capta, & primarij sacerdotes Arcæ custodes  
 Ophni & Phinees (prout Dominus per Samue-  
 lem futurum praedixerat) interfecti sunt. Verum  
 haec ita puniti sunt Israelitæ victi, vt longe grauior-  
 nibus plagis affecti fuerint Philisthaei victores.  
 Cum enim Arcam Dei idolo suo tanquam vi-  
 ctori spoliū obtulissent, Deus in vindictam in-  
 iuriæ multis eos cladibus affecit, nam non solum  
 ipsum idolum bis terræ afflictum coram arca, &  
 capite palmisque fuit mutilatum, sed etiam cor-  
 pora Philistinorum per omnes ciuitates acri &  
 febrilissimo morbo percussa sunt extremo intesti-  
 no putrescente forasque prominente, vnde mor-  
 tui sunt innumerabiles. Deinde infinita vi mu-  
 tum ex agris & villis ebulliente, omnes terræ  
 fructus vastati, omnisque annona absumpta vel  
 corrupta est. Longe acerbiora hæc erant quam si  
 ab Is-

ab Israelitis in seruitutem redacti fuissent, que vel inuiti coacti sunt potentiam Dei confiteri, & Arcam cum donariis malorum Deo inflatorum testibus, honorifice tere.

*Sub Regib.*

*2.*

*1. Reg. 13. 15.*

VI. Saul mirabili modo & singulari Beneficio (electione diuina pariter & sorte puerectus ad Regnum, cum mandatis diuinis obtemperasset, rursus à Deo iure regnandi tota posteritate priuatus est, & tandem in pua cum filio primogenito, amisso exercitibus, regnumque ad Dauidem translatus.

*2.*

Dauid etsi maximus Deicultor esset, eius peccata (adulterium & homicidium) pefime à Deo etiam post peractam pœnitentia re vindicata. Nam & proli suscentæ, magno dolore, vita ablata, & filiarum ipsius pulcherrimogenito infami incestu violata, & idem mogenitus à fratre proditorie interfectus, à filio turpiter regno deiectus est, eiusque

*2. Reg. 17.*

*12. Cap. 3.*

in oculis totius populi à filio constupratus. Hæc omnia ei obuentura in ultionem ultulterij & homicidij prædixerat iussu diuino than Propheta.

*2. Reg. 24.*

Rursus cum Dauid peccasset animi eum numerando populum, Deus in ultionem ad illum Gad Propheta, è tribus flagellis eum rem dedit, vt vel septem annis fame regnum fligeretur, vel tribus mensibus superaretur stibus, vel trib. dieb. vastaretur pestulencia, in angustias cum se videret coniectum Dauid, spondit: *Coarctor nimis, sed melius est vt moriamur*

manus Domini (multa enim misericordia eius sunt) quã  
 manus hominum. Itaque elegit pestilitatem, qua  
 repente diuinitus immissa, triduo absumpta sunt  
 hominum millia & oblato sacrificio clades  
 illa subito est cohibita.

Cum Salomon sapientia supra omnes mortales  
 a Deo esset ornatu, insuper opibus, gloria, di-  
 titiis & longa pace præ reliquis illius populi Re-  
 gibus cumulat, tãdem mulierum amoribus, qui-  
 bus effusissime deditus erat, ita deprauatus est, vt  
 idolorũ cultui in earum gratiam se manciparet. In  
 uitiationem tanti sceleris Deus statim ipso mortuo  
 tradidit regnum ipsius, decẽ tribub. ad Ieroboã trãs-  
 latis, & duab. tantum filio Salomonis Roboamo  
 relictis, sicut Salomoni ante mortẽ fuerat mina-  
 tus. Ieroboã ex humili statu ad regnũ euectus ni-  
 hil habuit antiquius quam vt sibi per fas & nefas  
 imperium stabiliret, itaq; cum metueret ne si po-  
 pulus sacrificij causa quotannis adiret templum  
 Domini in Ierusalem, sensim conuerteretur ad  
 Roboam Regem Iuda, & ipse regnum amitteret,  
 altutum in speciem excogitauit consilium quo  
 hoc impediret, formati & in Deos erectis duo-  
 bus vitulis aureis, & excitatis Phanis in Dan &  
 Bethel, addito edicto quo iuberetur populus  
 non adire Ierusalem, sed in Dan & Bethel illis  
 Idolis sacrificare, propter hanc causam euersa est  
 domus Ieroboam & deleta. Cum enim Nadab  
 eius filius vix biennium obtinuisset imperium  
 ita pariter & regno à seruo suo Baasa no-  
 mine priuatus est, qui mox omãem fami-  
 liam Ieroboam ita deleuit vt ne vnus quidem  
 esset

4:

3. Reg. 11. 12

3. Reg. 13.

esset reliquus. Hoc ei Dominus per Prophetam  
minatus fuerat.

6. Post Ieroboam eiusque filium imperatorem  
Israeliticum tenuit Baasa, qui cum sciret Ieroboam  
cum vniuersa familia ob idololatriam perituro  
cisum, nihilominus ipse eam non deseruit.  
propter & ipsi per Prophetam Iehu excidit  
mille denunciatus, & euentus non ita diu  
secutus est. Anno enim secundo filij eius  
Iehu ex ducibus Zamri nomine aduersus eum  
insurrexisset, eoque occiso regnum inuasi-  
mox omnem familiam Baasa intermeccit  
leuit.

7. Sic & Achab post triennalem & sen-  
siccitatem aliasque calamitates in pælio cum  
Syros est occisus, & post mortem eius Iehu dux  
litia à Deo excitus filium Achab Ochoziam  
successorem interfecit, & omnem progeniem  
eius è medio sustulit, & Iesabel Reginam  
mi præcipitatum canibus deuorandam ob-  
Hæc omnia propter idololatriam, aliaque  
illis obuentura Deus per suos Prophetas  
prænuñtiarat.

8. Tandem post tot minas, tot Prophetarum  
monitiones & increpationes, tot clades  
inflictas, cum Reges Israel & eorum populus  
nullum peccandi & præsertim idola colendi  
scelerem facerent, spoliati regno, urbibus, domibus,  
agris, possessionibus, libertate, & in perpetuam  
seruitutem traditi & in Assyriam translati sunt.

9. Sic etiam quotiescunque Reges Israel  
populus illorum ad Idololatriam deflexerunt

paris bellis & calamitatibus attriti sunt, donec  
 resipiscerent: quando vero Deum pie colebant  
 magna prosperitate vsi sunt, multisque victoriis  
 opibus aucti, vt Abiam, Asa, Iosaphat, Eze-  
 chias. Contra Abiam Regem Iuda venit Ieroboam  
 cum octoginta millibus, ille se imparem videns  
 tantæ potentie, cum suis ad preces confugit, qui-  
 bus diuinam opem inclamantibus, Deus immis-  
 sit terrore exercitum Ieroboam in fugam com-  
 pulsit, quem insecutus Abia, quinquaginta mil-  
 lia occidit & multas ciuitates hosti ademit. Maio-  
 rem longe victoriam obtinuit Asa.

*Ecce quomodo Deus  
 pios inuat  
 & extollit,  
 impios hu-  
 miliat &  
 castigat.  
 2. Paral. 13.*

Mouerat illi bellum Zara Æthiops maximo  
 exercitu (in quo decies centena millia armato-  
 rum) in eum producto. Huic tanto exercitui Asa  
 etiam viribus longe inferior obuiam prodit diuino  
 fretus auxilio, cumque instructa acie Deum sup-  
 plex inuocaret exterriti sunt diuinitus Æthiopes  
 & in fugam acti. Fugientes persecutus Asa eos  
 cum suis vsque ad interuencionem deleuit, in fini-  
 tis spoliis ditatus. Nec minus miranda victoria  
 Iosaphat, qui sua pietate maximum exercitum ex  
 tribus gentibus numerosissimis, Ammonitis,  
 Moabitibus & Idumæis conflatum absque armis de-  
 leuit. Eductis enim suis contra hostes copiis ius-  
 sit cantores qui diuinas laudes concinerent acie  
 antecedere, quibus continentibus & contra ho-  
 stilem exercitum canendo procedentibus hostes  
 subito veluti in rablem acti se mutuis vulneribus  
 confecere, & Iudæis immensam vim spoliatorum  
 reliquere. Quis hæc & similia vindictæ diuinæ  
 exempla ponderans peccata non vitaret? Boni

2.

3.  
 Ca. 10.

Vu cle.

Clerici non peccata solum sed occasiones quoque peccatorum (quasi matres ac nutrices eorum) dilosissime vitant: Nam scriptura sacra docet quod

Testim.

crip. Syr. 3.  
to. 42. pro  
4.

ra sit in occasione vis ad ruinam cum ait: Qui in periculum peribit in illo, & qui fodit foueam in manibus suis, & q. dist. pat. sep̄ eum mordebit coluber, & inter spineta & vepres latitare serpentes, in mulierum noli commorari, de vestimentis enim proci-

Num. 33.

nea, & à muliere iniquitas Viri, ne delederis in facie impiorum, nec tibi placeat malorum via, fuge deo transfeas per illam, declina & desere eam. Ob id dicitur: Dicit Deus ut intrantes terram promissionis delederent omnes inhabitatores terræ, confingerent titulos & statuas comminuerent, ut hoc scelorum occasionem remouerent, subditur: Si abstuleritis erunt vobis clavi in oculis, & lanceæ in

Num. 6.

ribus. Nazaraeis, qui lege iubebantur abstinere vino simul ad tollendā occasionem interitus: ut vas comedere, neque recentes neque gustarent. Præcepit ut ne cum idolum adorarent, ex illo argento vas vilius fierent, quo nulla idoli memoria quæ nouitudo stititionis causa foret apud ipsos aut posteritatem

Matth. 5.

1. Thess. 5.

Testi. PP.

neret. Christus ait: Si oculus tuus scandalizauerit, eum & proiice abs te &c. Et S. Paulus: Ab omni mala abstinete vos.

Hom. 15. ad

pop. Ant.

S. Chrysostr. eos qui occasiones & pericula fugiunt bellis dementiores esse docet, namque (vt ait) semel capta laqueo mox elapsa, & in rete decidens & effugiens, in eodem iterum capiuntur. S. Hierony. Quis iuxta viperam securus

Ep. 47 ca. 1.

2.

nos capit? quæ etsi non percutiat, certe sollicitat? Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habes quotidie aut perire aut vincere? Securius est perire non posse quam iuxta periculum nõ perisse. Cypr. de singl. Cler. Nunquam securus cum thesauro latro tenetur inclusus, nec intra vnã cauernã habitans cum lupo tutus est agnus. Alligabit quis in sinu suo ignem, & vestimenta eius non comburentur? ambulabit super carbones & pedes illius non ardebunt? Lubrica Spes est quæ inter fomenta peccati saluari se sperat, incerta victoria est inter hostilia arma pugnare. Et impossibilis liberatio est flammis circumdari nec ardere. Difficile quis venenũ bibit & viuere. Verendum est dormienti in ripa ne cadat cum dicat Apostolus: Qui se putat stare videat ne cadat, in hac parte expedit plus bene timere quam male fidere. Et vtilius est infirmum se homo cognoscat vt fortis existat, quam fortis videri velit & infirmus emergat.

Pro. 6. n. 27

1. Cor. 10. v. 18.

Eadem fere dicit Ba-filius in Reg. breu. Rationes.

Corpus ex cera compa-ctum apud ignem li-quescit.

Cum hominis natura post miseram primi parentis ruinã iam sit corrupta & sensus nostri ab adolescentia in malum proni sint, si obiiciatur occasio quæ ad flagitia impellat, ac vehementer moueat appetitum, & fomitem deprauatum, quis dubitet præsentẽ obiecto affici turbarique hominem? actanto maiori ad ipsum impetu ferri quanto vehementior se occasio obiiciat? perinde enim tunc temporis accidit ac si quempiam ex graui morbo debilitatum in decliu ac lubrico loco ambulãtem tu brachio impellas. Certe sicut intra filicis venas latet ignis qui ferro percussus elicitur, ita peccatorum semina & cupiditatum quasi flammæ



in membris ac sensibus nostris delitescunt, quae oblati occasione excitantur. Accedit quoque Demon variis artibus efficit ut obiecta pulcherrima appareant quam sunt, eoque vehementius mala impellant.

*Exempla.* Quam multi nimium sibi arrogantes in for-  
*V. Exem* peccatorum misere inciderunt, ut David cum muliere  
*plū Jacobi* auerteret oculos a muliere: Sampson cum muliere  
*Eremita* fugeret contubernium Dalila: Salomonem cum  
*apud Sur.* non abhorreret consuetudinem cum alienigenis  
*men. Ianua* nis mulieribus, Hierony. docet *Ioannem Baptista*  
*rio.* in ipso matris utero singulari donatum sanctitate,  
*To. 9. in* licet sanctissimis ortum parentibus, tamen  
*Reg. mona.* euitanda quaecunque pericula adhuc puerum  
*tit. de casti.* eremum secessisse.

*S. Bonau.* S. *Franciscus* qui ob magnum diuini amoris  
 incendium Seraphici nomen obtinuit si quae  
 mulieres admitteret ad colloquium illis non  
 directis in terram oculos aures dabat, ita ut  
 lam de facie nosceret. Usque adeo sibi diffusus  
 vir sanctiss. ac pene diuinus.

*Cap. 3.* Utinam omnes Clerici irreprehensibiles  
 & immunes essent ab omni vitio & querela  
 secum expenderent quod Paulus 1. ad Tim. ad  
 Titum velit Episcopum & quemlibet sacerdotem  
 esse iustum & sanctum, imo irreprehensibilem  
 Nōmine enim Episcopi etiam intelligit sacerdotem  
 tem ideoque post descriptionem Episcopi non  
 presbyteri sed diaconi descriptionem subicit.

S. *Cyprianus* li. 2. Ep. 1. ait: Oportet Sacerdotem  
 ministros qui altari & sacrificiis deseruiunt integros  
 que immaculatos esse, cum Dominus Deus in Levitico  
 dicat

dicat: Homo in quo fuerit macula & vitium non  
 accedet offerre dona Deo. Et in Exodo: Sacerdotes <sup>Cap. 21.</sup>  
 qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur ne for-  
 te derelinquat illos Dominus S. Greg. 2. p. Past. ca. 2. <sup>Cap. 19.</sup>  
 Rector semper cogitatione sit mundus, quatenus nulla  
 hunc immunditia polluat, qui hoc suscepit officium, vt in  
 alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat, quia  
 necesse est vt esse munda studeat manus, qua diluere a-  
 liorum sordes curat, ne tacta queque deterius inquinet  
 si sordida in se mens lutum tenet. Hinc namque per  
 Prophetam Esaiam dicitur: Mundamini qui fertis  
 vasa Domini. Etenim vasa Domini ferunt qui proximo- <sup>Cap. 52.</sup>  
 rum animas ad eterna sacraria perducendas in sua con-  
 uersationis fide suscipiunt. Ex: Tunc sacerdos irreprehē-  
 sibiliter graditur, cum exempla patrum precedentium  
 indefinenter intuetur, cum sanctorum vestigia sine ces-  
 satione considerat, & cogitationes illicitas deprimat, ne  
 extra ordinis limitem operis pedem tendat.

## SIGNVM CLXVI.

*Perfectioni studere.*

Qvis nescit eos recte dici Clericos bonos,  
 qui student & puritati & sanctitati vitæ, ab  
 affectu terrenarum mentes suas auocant, & ad  
 celestium amorem traducunt, à rebus, inquam,  
 istis temporalibus ac infimis abducunt, ac ad cœ-  
 lestia & sempiterna cogitanda, amanda, perfequē-  
 da eleuant, qui abstinent à voluptatibus carnis &  
 illecebris huius vitæ, diuitias & honores cōtem-  
 nunt, & iis propter Christum renuntiant, qui de-

*Volup. car-  
 nis refeca-  
 re.*

Vu 3

niq;

ni que ieiuniis, ciliciis, chameunia & aliis corporis afflictionibus carnem suam domant & sibi sui subiiciunt. Sant autem innumeri etiam Clerici qui contemptis diuitiis, honoribus, voluptatibus, quibus vel fruebantur vel fruuntur, saeculo nuntium remisere, & carnem marantes toti Deo rebusque caelestibus sunt intenti. Quot sunt qui Angelicam vitam imitantur terris, qui curas & sollicitudines huius vitae contemunt, saeculi vitia abruptunt & liberi ac expectati Christum sequuntur eiusque sanctiss. vitam imitantur?

## SIGNVM CLXVII.

*Veram ac seriam peccatorum suorum agnitionem & poenitentiam.*

*Platina in* 1. **M** Arcellinus Pontifex Rom. Diocletiano & Maximiano persecutoribus tormentorum immanitate perterritus, Diis deposuerat, postea in Campaniam discedens, octoginta Episcopis astitit cilicio & cinere confitens peccatum suum ac petens ab ipsis sibi poenam iudici atque decerni. Quam arbitrium in Praesidem recipere nolentibus se sententiam tulit, pontificatum deposuit, & pro sepultura denegauit execrans eos qui non uellent ipsum super terram putrescere ac discedens ac confestim Romam ad martyrium est reuersus ultro exponens se suppliciis quae modo expatiuntur. Decollati cadaver in sepulchrum iacuit timentibus Christianis violare pontificis interdictum. *Petrus*

*vitas pon.  
Viru May-  
cellinus re-  
uera sit la-  
psus, an to-  
ta ista hi-  
storia si-  
gmens sit  
vide apud  
Baron. to. 2  
An. Chri.  
302.*

Petrus Apostolus nocte apparens Marcello Prefytero illud iuxta corpus suum sepeliri iussit, dignum esse asserens, vt qui secum peccauerat, secum fleuerat, secum recumbens honoraretur.

2. S. Hier. de sua pœnitentia ad Eustochium:

*Quotidie, ait, lachryma, quotidie gemitus.*

3. Moyses Monachus latrociniis Ægyptum agi- *Hist. trip. lib. 8. c. r.*

tauerat, sed Anachoretarum inibi vitam contemplatus Monachum se fecit. Quinq; & 70. annos Deo in solitudine seruiuit, sex annos in cella inclusus permanfit, ad multam noctem stans orabat, pane solū & aqua sustentabatur. Deinde charitatis operi se accingens noctu peragrabat solitariorum ruguria, hydriaq; eorum aqua replebat ut procul haustum petentibus laborem leuaret peracto officio tacitus redibat. Sic faciendo qui prius homicidiis infamis fuerat, factus est sanctitate clarus, & qui quondam rapinis terram infestauerat, regnum rapuit cœlorum.

4. Maurilius Audegauensis Episcopus dum expectaret donec sacrificium missę obtulisset, interim puerum quem baptizaturus erat, vita defunctum comperit, sueque id negligentie imputans vique adeo doluit vt relicta Ecclesia nauim conscendens clam effugeret. Forte sanctuarij clauis secum tulerat, quibus de manu in mare elapsis existimauit eo iudicio se prorsus Episcopatu indignum, atque inde iam proposuit nunquam ad ledem suam redire nisi inuentas clauis quis ad se retulisset. Transmisso mari veste seculari indutus cuidã Principi viro operam seruilem locauit, oltor eius factus. Septennio sic peracto à Clericis

*Fortunat. Sur. To. 5.*

Vu 4 inuen-

inuentus & cognitus, nolebat cum illis re  
 propter clauum illarum casum, ipsi ergo  
 Episcopus requirebat) clauis in medium  
 ferunt ( eas autem in itinere capto pilce & cre  
 terato inuenerunt) itaque iam manifesta Do  
 luntari contradicere nō ausum cum alacritate  
 cum reducunt, quem paulo ante earum den  
 uitum argumento in mari periisse suspicari  
 rant. Maurilium igitur ex Episcopo culpa letum  
 fecerat, sed rursum ex seruo Episcopum fecer  
 pæ pœnitudo. Fama est cum reductus esse, q  
 primum ad pueri illius vrnā prostratum  
 atque ipsum à morte suscitatum baptisimo  
 fuisse.

*Abdias.*

5. *Andreas Apostolus* cuiusdam Nicolai iam  
 fornicandi incontētiā vehementer do  
 ab hora 3. ad nonam Deum pro illo cum be  
 mis obsecrasse dicitur, deinde cum etiam in  
 se conficeret, die tandem quinto de cœlo  
 Domino dictum audisse; *Tua opera o Andras,*  
*laum quem amiseram inueni.*

*Amphiloch*  
*in vita Ba-*  
*fili.*

6. *Basilii Magni* studio is qui diabolo se  
 cipauerat, peracta pœnitētia, liber euasit. C  
 enim sunt maligni spiritus reddere chirogn  
 quo ipsum sibi deuinctum tenebat, cum pe  
 tentem tenere nullo modo possent.

*In vitis*  
*pp.*

7. *Murius Abbas* cuidam iam animam  
 genti Deum precatus trium annorum spatium  
 ad pœnitendam impetrauit, sanumque se  
 ad eremum duxit. Et ille cum triennium  
 cata sua luxisset, in vigilijs, ieiunijs, obsecra  
 bus decessit securus.

DE FRUCTV POENITENTIAE. 681

8. *Piamon* in Scythioto monasterio specta- *Trip. hist.*  
te sanctitatis Presbyter dum missæ sacra confi- *li. 8. c. 1.*  
ceret, Angelum Domini vidit, qui Monacho- *Pallad.*  
rum nomina in codice partim scriberet, partim *hist. 72.*  
scripta deleteret, vita ergo Monachis explicans, eos  
peccatis obnoxios esse comperit, quorum nomi-  
na deleri vidit, actam diu cum illis lugens veniam  
oravit, donec iterum apparen's Angelus etiam  
illorum nomina conscriberet, quorum ante de-  
leuerat, illi itaque quantum mœroris prius con-  
ceperant, tantum deinde lætati sunt, cum post  
penitentiam se quoque conscriptos in cœlis ac  
in libro vitæ repositos agnouissent.

9. *S. Petrus* negationis culpam amare fleuerat, *Clemens in*  
& tamen idem impetrata venia post Domini ad *Recognit.*  
cœlos ascensum vix illo die à lachrymis tempe-  
rassè dicitur, atq; ad eas identidem siccandas li-  
neum linteolum de manibus nunquam dimi-  
sisse.

SIGNVM CLXVIII.

*Pœnitentia dignos operari fructus &  
corpus suum castiga-  
re.*

1. *S. Sanctus Eligius* dum iuuenis esset, teste Au-  
doino Roto Magensi Episcopo olim eius  
sodali, locuples erat, pulcher & omnibus charus,  
vestibus utebatur sericis auro & argento pertex-  
tis, cinguloq; gemmis & lapidibus pretiosis splē-  
didis

V u s

dudo, consuetudine utebatur principum in  
 regia virorum, ipsiq; adeo Regi coniunctissimus  
 Postquam autem Deus cor eius tetigit, per  
 mortificationis desiderium in illud immulit,  
 prorsus vt conatus & studia eius omnia in  
 vitæ essent contraria, nam vestimenta bys-  
 aurea conuertit in cilicium, cingulum gem-  
 fulgens in funere rudem; aulicos ludos & or-  
 nocturnas preces & vigiliis; sodalitem opor-  
 tum regni in familiaritatem peregrinorum,  
 norum, infirmorum, captiuorum aliorum  
 hominum miserabilium, quibus omnia  
 feruilia (etiam dum ad Episcopatum, licet  
 tus esset euectus) detulit, aquam manibus  
 dendo, easque exosculando, cibum potumq;  
 sæ inferendo, pedes calida abluendo, & aliis  
 nus agendo. Recte enim ait S. Chrylost. in  
 Pauli I. Cor. II. S. nos ipsos diiudicare &c. Non  
 inquit, à Deo castigari nec in hac nec in altera  
 iudex tui ipsius, rationes à te exige, te reprehende,  
 rige.

*Mortifica-  
 tio carnis  
 I. Per cili-  
 ciorum  
 usum.  
 Gaufrid.*

2. S. Ludouicus Francorum Rex, licet  
 corpore esset tamen aspero carnem domabat  
 licio, vel cum valetudo non ferret ex consili-  
 fessarij cum alia pœnitentiâ commutabat  
 Zenobius Episc. Florentius licet à parentibus  
 bilibus delicate enutritus esset, tamen post  
 Deus ei oculos mētis aperuit omnibus com-  
 dis corporis renunciauit, magnaq; seueritate  
 nem afflixit atq; in primis cilicio, nec, cum  
 copatum, hoc est, ad grauiiores labores esset  
 ctus quicquam de priori asperitate detrahit,  
 potius adauxit.

3. *S. Paulinus* Episcop. Nolanus (qui ex diuissi- *Ep 10. ad Sulp.*  
factus est pauperrimus propter Christum)

Cilicio ex pilis camelorum conturo carnem do-  
muit: cumque Seuerus Sulpitius singularis eius  
amicus aliquando cilicium ei misisset, magnas ei  
gratias egit, vsu eiusdem ceterarumq; asperita-  
tum per epistolam valde collaudans.

4. *S. Edmundus* Cantuariensis Archiepiscopus  
puero ex materna disciplina vsus est cilicio, &  
cum Parisios studiorum causa amandaretur bina  
secam derulit, ac quoties mater recentia ei mit-  
teret indusia, cilicium quoque addebat, sua-  
dens vt quaque hebdomada biduo triduo e eo  
vteretur.

5. *S. Dominicus* (vt & *S. Guilielmus* Aquitaniae *2. Per lori-  
Dux*) lorice ferreis corpus suum castigabat, vn- *cas ferreas.*  
de & loriceus est appellatus, immo non con-  
tentus qualibet nocte catena ferrea corpus  
suum tribus ictibus ferire, semel pro se, iterum  
pro peccatoribus huius mundi, tertio pro anima  
sua in purgatorio existentibus, ab aliis quoque  
volebat eadem diuerberari. *Sut. in Aug.*

6. *S. Nicolaus* Tolentinas inter ceteras poeni- *3. Per disci-  
tias, quas frequentabat duris disciplinis cor-  
pus diuexabat. plinas, vel  
flagella &  
virgis vel  
nodosis fra-  
niculis con-  
fecta.*

7. *S. Laurentius* Archiepif. Dublirensis in hi-  
bernica ex regia stirpe oriundus à quodam familia  
suo ter in dies singulos acrium ictus virgarum  
tergo excepit.

8. Idem legimus *S. Thomam* Cantuariensem post  
initum Episcopatum à suo Diacono quotidie  
sponte perpeffum.

9. S.

4. Per du- 9. S. Audocnus Rothmagenſis Archie. in  
vñ lectum. virgultis ſomnum capiebat.

10. B. Andreas Feſulanus Epiſcopus in  
mentis.

11. B. Iuo. In nodofis virgis.

Per incom- 12. S. Olympius Abbas in ſpecu iuxta Iordanem fac  
modã habi ſedem delegerat, in quo & ardoribus ſolibus  
tationem. vrebatur, & culicum aculeis miſerabiliter con  
Prat. Spir- gebatur, rogatus quomodo æquo animo tam  
11. c. 141. commodum locum perferre poſſet, reſpon  
dum patienter ferte, vt liberari poſſet ab  
ribus inferni, culicum vero morſum ad  
uendum vermem conſcientiæ damnatoſum  
petuum morſurum. Sic & Banadatus vir  
ſanctitate, tugurium longe ſuo corpore  
& aliquot partibus peruium, ſic vt nec  
nec radios ſolares arceret, incoluit, & re  
cœleſtium contemplationi ſuauiſſime  
uit.

6. Per te- 13. Arſenius à ſuis rogatus cur aquam  
tros odores palmarum folia molliebat, & macerabat,  
ſubinde mutaret, cum grauem & tetricum  
dum odorem putrefacta naribus aſpiraret.

ſpondit, ego me olim nimia ſuauium odor  
fragrantia in perniciem animæ meæ oblect  
nunc autem damnum compensare conor  
bus contrarijs.

Per res in- 14. B. Richardus confeſſor panem auen  
ſpidas. quo veſcebatur cinere conſpergebat.

15. S. Franciſcus nunc cinere, nunc frigidis  
cibos perfundebat.

16. B. Gregorius Lingonenſis Epiſcopus

mentiam suam alios calaret, aquam quam bibebat solebat modico vino tingere, & sic nec aquam nec vinum gustabat.

17. Dominus Ferdinandus de Talavera Granatensis Archiepiscopus vir sanctitate conspicuus semper faciebat, nam denis aquae partibus unam tantaxat miscebat vini ut sic & vino & aquae saporem eriperet.

18. S. Arnulphus Episcopus ut gustatum falleret bidam aquam bibere voluit.

8. Per frigos & alia incommoda

19. B. Pater Ignatius Soc. Iesu auctor, ad mortificationes & asperitates quas usurpabat, ut quod ter quotidie disciplinam faceret, quod tota hebdomade, dominico die excepto, ieiunaret, & ore habere solo pane & aqua contentus esset, quod omnium humi caperet, hanc quoque adiecit, ut multo tempore nudis pedibus incederet, donec Compluti Episcopi Vicarius illi mandasset, ut indueret calceos, cui, ut vere humilis, paravit.

20. S. Antonius Eremita nunquam corpus suum nec cilicio tetum, lauit, minus pedes, nisi quando opus erat flumen vadofum trajcere.

21. Hilarionem testatur S. Hieron. saccum quo semel fuerat indutus nunquam lauisse, ac putasse superfluum munditias in Cilicio quaerere. Idem commemorat Greg. Nazianz. inter laudes B. Basilij & S. Gorgoniae.

22. De sanctissimo Abbate Aulentio refert Metaphr. in corpore eius nimia severitate poenitentiae putrefacto enatos vermes, & tamen illam si forte in terram decidissent in vulnus vetus repon-

repositus, qui vir ob crebra miracula tantum  
 claritatis nomen obtinuit, vt Synodus Oecumē-  
 ca Chalcedonensis, quæ sexcentorum et  
 trum vna cum Imp. Martiano illum ad se  
 vocauit, vt probatis S. Synodi decretis sua authoritate  
 hæreticos conuinceret.

23. De S. Augustino refert Possidius quod  
 do se per poenitentiam ad fœlicem ad Deum  
 situm pararit: *Dicere, ait, nobis inter familiaria  
 quia consueuerat, post perceptum baptismum, et  
 laudatos Christianos & Sacerdotes, absque  
 competente poenitentia exire de corpore nõ debere.*  
 etiam ipse fecit vltima qua defunctus est agere.  
 Nam sibi iusserat Psalmos Dauidicos qui sunt poenitentia  
 de poenitentia scribi, ipsosque quaterniones in  
 cto contra parietem positos diebus suis infirmus  
 tuebatur & legebat, & iugiter ac vbertim flebat.  
 intentio eius a quoquam impediretur, ante  
 decem quam exiret de corpore, a nobis postulauit  
 tibus ne quis ad eum ingrederetur, nisi is tantum  
 quibus medici ad inspiciendum intrarent, vel  
 inferretur resectio. Et ita obseruatum factumque  
 mni illo tempore orationi vacabat.

*Vixit An.  
 76. in Epis-  
 copali fun-  
 ctione 36.*

## SIGNVM CLXIX.

*Prudenter cautionem adhibere in loquendo,  
 in credendo, in promittendo, in  
 concedendo, in ira-  
 scendo.*

**S**alomon Eccl. 19. v. 4. ait: *Qui cito credit  
 corde, & Prou. 19. Totum spiritum suum pro-*

*stultus, sapiens differt ac reseruat in posterum.* Quo significatur non esse prudentis vel iudicium suum de quibusuis rebus statim proferre (quod qui facit se pessime eum errare necesse est) vel in calore sermonis omnia expromere. Facile enim excidunt, quæ magno emeretur non esse dicta. Ecclesiastes 7. c. ait: *Ira in sinu stulti requiescit*, promptum enim esse ad irascendum significat non ad esse maturitatem quandam mentis quæ perpetua est comes prudentiæ, nec vnquam ab ea seungitur.

S. Bernardus monet Rollandum Cardin. & Cancellarium, vt quoniam Deus illum ordinaret consolatorem & consiliarium Eugenio Papæ sollicitus sit cauteq; obseruet secundum datâ sibi sapientiam ne forte inter tam multiplicium negotiorum tumultus malignorum fraude circumueniri possi, vel subripiatur ei verbum quod indignum sit Pontificis dignitate. Et addit: Cura etiam in hac dispensatione inueniri fidelis Domini seruus & prudens, quatenus & pro te faciat columbina simplicitas, & pro ea, quæ tuæ quam maxime fidei & sollicitudini credita est, Domini tui sponsa, aduersus venenata & maligni & antiqui serpentis astutias militet prudentia serpentina & in vtraque glorificetur Deus.

S. Chryf. hom. 16. ad pop. Ant. agit de prudentia colloquio B. Pauli cum Festo, Act. 26. v. 29. Vtinam Clerici omnes sermones in iudicio disponerent. vt à peccatis laicos auerterent & ad Deum reducerent.

Paulus

Iob 30.  
Stultum  
interficit  
iracundia.

Ep. 334.

Mat. 10.

Paulus prudentiam quoque in Catalogum  
tum Episcopi retulit i. ad Tim. 3. Et Christus  
Apostolis commendat dicens: *Estote prudentes  
sicut serpentes. Quali autem prudentia ornati  
debeant Episcopi exponit S. Ambrosius in libro  
de dignitate Sacerdotali his verbis: Respondit  
Paulus in Episcopo prudentiam non mundanalem  
dicitur, quod sit stultitia apud Deum, sed spirituale  
est, quæ & opere circumspicienda sit, & verbo parata,  
astutus sicut serpens, & simplex sicut columba.*

1. Cor. 3.

Potest hoc lumen prudentiæ augeri & in  
confirmari, nihil temere aut inconiuncte, præ  
gligenter agendo, sed sumpto ad cogitandum  
spacio, diu multumque res expendendo, &  
vero omnia circumspiciendo & considerando  
quæ consequi possunt. Nam qui sine consilio  
quali subito quodam vento ad res agendas  
pellitur nulla consideratione aut meditatione  
sine dubio errabit in maximis rebus, & non  
committet, quæ postea commissæ nollet, nec  
men reuocare poterit.

Prov. 4.

*Palpebra  
tua præce-  
dant gres-  
sus tuos.*

## SIGNVM CLXX.

*Nullò pudore à confessione veræ fidei con-  
fessione veritatis, vel observatione di-  
uinorum mandatorum aliorum-  
ue bonorum operum ab-  
sterreri.*

1. **O**B copiosam remunerationem in co-  
paratam (Matt. 5. v. 11. 2. Cor. 4. v. 16. Hebr.  
10. v. 34.

2. Ut vitetur confusio auerna in die iudicij (Mar. 8. Qui me confusus &c.) SS. Prophetæ etiam in materia luminæ confusionis Domino obtemperabant. 1. *Esaias* iussus est nudus incedere, & *Origenes* contra *Celsum* testatur, eum per triennium integrum nudipedem ambulasse. 2. *Jeremias* iussus est primo se præcingere lumbari lineo & abscondere illud in foramine Petræ donec computresceret, putrefactum vero rursus effodere & populo ostentare. Deinde iussus est à senioribus accipere lagunculam testeam eamque frangere in oculis virorum ipsum comitantium. Tum gestare è collo catenam ligneam & alia lignea, quod & fecit licet à populo irrideretur.

C. 20. 10. 2.  
lib. 7.

C. 1. 3. v. i.

C. 19. v. i.

C. 27. v. i.

3. *Ezechiel* iussus est sartaginem ferream inter se & ciuitatem ponere & dormire in latere sinistro 309. dies, in dextro vero 40. Deinde iussus est comedere panem sub neritium stercore humano, & cum illud deprecaretur, saltem bouino. Tercio gladio acuto radere pilos capitis & barbæ, vnamque eorum partem igni comburere in medio ciuitatis, alteram gladio concidere in eius circuitu, tertiam dispergere in ventum, & paruum numerum ex eadem ligare in summitate sui pallij, & rursum eos in ignem proijcere. Quæ omnia licet ridicula videri possent, hominemque pūdefacere, tamen fecit.

C. 4.

C. 5. v. i.

4. *Christi* vita secundum mundi iudicium videri potest plena confusionis (sed salutaris.) Natus est enim in loco vilissimo (stabulo) in-

ter bestias, & depositus in præsepio, adoratus  
in summo genere hominũ, educatus ab egenis  
rentibus in summa rerum inopia, sic ut iam  
tus vixerit ex aliena liberalitate testatusque se  
nec habere, vbi caput suum reclinare posset.

*Matt. 3. v.*

*10.*

*C. 3. v. 16.*

erubuit publice detractis vestibus baptismi  
Ioanne recipere, permisit vt ab ipso Satana in  
naculum templi & in montem excelsum de  
retur, a sino quasi triumphans Hierosolymam

*C. 4. v. 5.*

clamantibus pueris inuectus est, cum infamis  
hominibus publicanis & meretricibus  
non detrectauit, rudes & pauperes piscatores  
discipulos adsciuit, contumelijs multis a Gen-  
tibus & Pharisæis affectus, ac tandem captus, con-

*To. 15. v. 15.*

*Matt. 4. v.*

*18.*

*C. 26. v. 69*

tus, velatus, flagellatus, spinis coronatus, per  
dibrium veste purpura & alba indutus & ve  
Rex flexo poplite salutatus, ac demum in  
latronum velut mortalium deterrimus cruci  
fixus est. Hinc Paulus (ad Heb. 13. v. 2. *Qui*)  
*proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confessorum*  
*tempta.*

5. Apostoli insistentes magistri sui vestigijs  
benter omnis generis contumelias & lacerationes  
post acceptam Spiritus S. gratia sustinere. Na  
cum ob prædicationem Euangelij cæsi fuerunt  
ibant gaudentes, &c. (Act. 5. v. 41.)

6. Paulus de se scribit (1. ad Cor. 4. Reg. 1.  
*Et scilicet facti sumus mundo & Angelis & hominibus*  
*nos stulti propter Christum, &c.* Purgamenta  
mundi facti sumus, omnium peripsema  
adhuc, imo nec gloriari & exultare dubitamus  
in irrisionibus & probris. *Libenter, inquit, gloriamur*

*1. Cor. 12.*

*v. 9.*

*in infirmitatibus meis. Et: Mihi absit gloriari nisi in Gal 6. v.  
 cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mun- 14.  
 dus crucifixus est & ego mundo. Præmia ingenui pu-  
 doris & verecundiæ V. in Triumpho.*

SIGNVM CLXXI.

*Relaxationes animi honestas duntaxat  
 admittere & probare.*

**S**anct. Ioannes Euangelista sæpe cum perdice lu-  
 debat, propter quam rem cum eum adoles-  
 cens irrideret, arbitratus parum conuenire seni  
 homini, qui sanctimonix exemplum atque spe-  
 cimen esset, vt otiosus cum aue animi laxamen-  
 tum quæreret, Ioannes pendere arcum ab eius  
 humero conspicatus, petijt, vt arcum tenderet,  
 quod cum egisset adolescens, sæpiusque sagittas-  
 set, demum à Ioanne dimissus arcum remisit,  
 rursum Ioannes remittendi causam quæsiuit, re-  
 spondente autem adolescente, arcui se funem  
 detraxisse vt cum eo vti necesse fuerit, quia ni-  
 mis tensus fuerat, sagittationi inutilem non inue-  
 niat.

Tunc Ioannes & ego & ceteri mihi similes hone-  
 sto otio interdum relaxamur, vt maioribus & cumula-  
 tionibus viribus orationi atque ieiunio sufficere pos-  
 simus quod fieri non posset si semper eodem  
 rigiditatis tenore viue-  
 remus.

*In Religionis negotiis de suo iure nihil de-  
dere, in eum finem vt concor-  
dia fiat cum here-  
ticis.*

1. **Q** Via hac ratione nunquam pax con-  
2. Neque detrahi aut concedi qu-  
quam potest de articulis fidei, de sacramentis  
diuino verbo. 3. Et hoc à nemine, ne à sum-  
quidem Pontifice ipso aut à Synodo quanto-  
que vniuersali legitime congregata & con-  
ta attentatum est vnquam. Non enim domi-  
tur fidei, sed dispensatores (vt inquit Apo-  
stolus) mysteriorum Dei sunt. Diuinaque sunt  
tentia, vt neque apex vel vnum iota muta-  
eorum quæ æterna lege sancita sunt. 4. Qu-  
Augustinus (de ciuitate Dei libro 21. & 22.)  
monstrat non esse eum Christianum, qui in  
sti Ecclesia non est, quin etiam Christum per-  
ri aduersus Christum ab hæreticis, à quibus  
pturæ teneantur ad spæciem & necem abhor-  
non ad salutem. V. Pa. Anton. Possen. in  
bro qui inscribitur iudicium de Nua milita-  
io & aliis Pseudopoliticis & P. Leon. Lelli  
disputat. an quilibet possit sal-  
uari in sua fi-  
de.

*Cadenti precipitanteque religioni succur-  
rere, & laboranti Ecclesiae  
pro virili opem fer-  
re.*

**M**irabilis ille Aphraates in valentis hæretici <sup>Trip. li. 7. c. 4. Theo.</sup> Mac perfidi Imp. furore aduersus Ecclesiam eremo, in qua diu vixerat relicta, tanquam bonus miles ad certaminis locum venit, seque pugnantibus vltro miscuit. Quin etiam cum aliquando tyranno occurrisset in via, isque discessum à solitudine vt probrum ipsi obijceret (vel, cauillaretur quid ageret Monachus inter hominum turbas) intrepide respondit: *Dic imperator si puella essem quam pudor in conclauis retineret, vidissem autem in patris mei domum ignem conijci eamque conflagrare, num intus sedens otiose incendia spectare deberem? atque si hoc facerem me quoque ipsum flamma absumeret. Sin autem laudabile duceres quod statim accurrerem, aquam afferrem, & omni ope ignibus resisterem, hoc ipsum nunc ago, qui flamma à te in Dei domum, qui verissimus est pater, iniecta pro mea parte remedium afferre conor.* Hæc tum Aphraates. Certe si pudicissima virgo & quietissima, si paterna domus flagraret incendio, cunctari & vno in loco consistere minime potest, sed huc atq; illuc ad opem ferendam ignemq; refrigerandum passu incitatissimo rapietur, multo magis in tantis Ecclesie malis, in tot flagitiorum eorumq; portentis ne-

mo bonus Clericus Christi adduci potest, ut  
& turpiter ferietur, imo potius flammam ab heretico  
excitatas pro viribus restinguere conatur,  
sterisq; suæ & voluntatis & fidei professionem  
Chirographo expressam testatamque relinquit.

2. *Greg. Naz.* cognomento Theologus  
Basilium & alios probos doctosque Episcopos con-  
stituit, qui verbo, exemplo, Scriptis, Hæretico-  
rum blasphemiam, improbitati, impertinenti-  
rent. Basilium Magnum magna contentione  
uit ad Cæsariensem Archiepiscopatum consecra-  
tum, ut in Cappadocia serpens Pneumati-  
chorum & amenium Apollinaristarum can-  
restingueretur. Theodosij Christianissimi Im-  
peratoris opem implorauit ad reuendendam Al-  
norum, Macedonianorum, Apollinariorum  
pudentiam, qui verbo Dei se persuadendos  
præbebant. Olympium, Sophronium, Asterium,  
Victoriam, Modarum, Eutropium, Amphilo-  
chium, Iulianum, Candianum principes pro-  
ctosq; ad perdendos istos, ac ea quæ sunt  
Ecclesiasticæ præstanda impulit. Pacem fons  
ter principes & pastores Catholicos, ut  
stiana acies contra impios esset firmior. Gladius  
spiritus & ferri miscuit. Atque cum Apollinarius  
modo in virga venit, modo in charitate &  
mansuetudinis, ut Ecclesiam hæreticis  
corruptam suæ puritati re-  
stitueret.

## SIGNVM CLXXIV.

Ex astuante quodam zelo animose & intrepide, pro Religione, lege Dei ac veritate pugnare.

1. **M**agnanimus Petrus animans cupidusque Christi salutis, generoso accensus amoris ardore, enssem exerens auriculam amputabat Malcho, seu Apostolus Petrus ingentes sumens spiritus, solus aduersus cohortem multum intrepide gladium euaginabat, seruum principis sacerdotum vulnerabat, longeque his audaciora experturus fuisset, nisi Dominus ipsum cohibuisset.

*Animositas & ingens vis animi Petri.*

*Mat. 26.*

2. Quomodo S. Paulus Elimam magum excecavit, refert Lucas c. 13. Act.

3. Quanta fuerit S. Cypr. constantia & magnanimitas apparet ex his ipsius verbis: Sacerdos Dei

*Epist. 55.*

*Euangelium tenens & Christi praecepta custodiens occidi potest, vinci non potest &c. Et: Armant nos haeretici dum putant nos sua comminatione terreri, nec in pace nos deijciunt, sed magis erigunt & accendunt &c. Et: Si in suo furore permanserint (haeretici) ac in istu insidias ac minis suis parricidalibus crudeliter perseuerauerint, nullus Dei Sacerdos sic infirmus est, sic iacens & abiectus, sic imbecillitate humana mediocritatis inualidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei diuinitus erigatur, cuius non humilitas & infirmitas vigore & robore DOMINI protegentur animetur. Nostra nihil interest, aut a quo, aut*

*xx 4 quando*

quando perimamur, mortis & sanguinis premium  
 mino recepturi, illorum flenda & lamentatio  
 est quos sic Diab. lus excacat, vt aeterna geberna  
 cia non cogitantes, Antichristi iam propinquante  
 tum conentur imitari. Cum idem Cypr. Episcopus  
 mortem raperetur Galerius maximus pro  
 sul ipsi dixit: Tu Papam te sacrilega mentis  
 bus praeuisti? Cyprianus respondit: Ego. Pro  
 iterum dixit: Iusserunt te sacratissimi Imp. Com  
 niari. Cypr. dixit: non factio. Proconsul ait: Quo  
 le tibi. Cypr. respondit: Fac quod tibi praecep  
 in re tam iusta nulla est consultatio. Vbi vero  
 consul sententiam mortis in ipsum tulisset,  
 decretum ex tabella recitasset: *Thasium Cypr.*  
*num gladio animaduerti placet.* Cyprian. dixit  
 gratias qui me a vinculis huius corporis dignatur  
 uere. Spiculatori 20. (ad 25.) aureos dare pra  
 pit, fratres vero flentes linteamina & ornatu  
 eum ponebant ne sanctus cruor defluens ab  
 beretur a terra. Tanti enim faciebant fideles  
 cras reliquias Martyrum, vt sudoris si possent  
 ras haurirent, & stillas sanguinis, etiam ne  
 secutore vidente & inuidente atque exterro  
 dio minitante qualibet arte suscipere atque  
 conderent.

3. Mat. 3. Color facie  
 immuta  
 rus de clara  
 bat inter  
 nam animi  
 dolorem.

4. Ex vultu Onitae Pontificis & pietas &  
 honoris diuini micantibus radiis effulgebant  
 Heliodori temerario ausu aeternum spoliarum  
 templumq; violandum conspiceret. Et cetera  
 Semiramis cum aliquando circa cultum corporum  
 occupata, defecisse Babylonem intellexisset,  
 adhuc altera crinium parte, ad eam recuperatam

encurrit, nec prius decorem capillorum redegit  
 in ordinem, quam urbem in suam iterum pote-  
 statem vidisset redactam; quam exæstuante Zelo  
 veri clerici pro domo Dei & animabus Christi  
 sanguine redemptis pugnabunt. S. in Concilio  
 Ariminensi scriptum erat decretum contra A-  
 rianos (teste Theod. li. 2. hist. c. 31.) illud decretum  
 cæteri Episcopi, Eusebio Samosetano Episcopo cu-  
 stodendum dederant. Constantius Impe. Aria-  
 nis hoc cognito mittit ad Eusebium vt decretum  
 ad eum transmittat. Negat id se facturum Episco-  
 pus, nec depositum apud se alienaturum sine cõ-  
 sensu patrum, qui deposuerant. Iratus Imperator  
 iterum mittit minitans dextram ei præscindere  
 si reddat, Episcopus lecta Epistola porrigit Nun-  
 cio vtramque manum dicens: vtramque potius  
 præscinde neque enim decretum hoc quod tam  
 illustre est impietatis Arianae testimonium red-  
 dam Augusto. Et laudauit Imperator Episcopi  
 constantiam.

V. Confess.  
 Hosii. c. 12.  
 24

6. Valenti Ariano Imp. ad bellum contra Go-  
 thos proficiscenti Isacius Eremita occurrit &  
 frenum equi tenens, quo pergis, inquit, qui contra  
 Deum rebellasti & à Deo desertus es? hos enim barbaros  
 contra te excitauit sicut tu contra Ecclesiam Catholicã  
 Hæreticorum linguas acuisisti, cessa ergo, Catholicis Eccle-  
 sias redde vel ex prælio nunquam viuus reuerteris, quod  
 & sic accidit.

Theod. lib.  
 4. c. 34.  
 Michael  
 contra A-  
 chab.  
 5. Reg. 22.

7. S. Ambrosius Theodosium Imperatorem  
 propter iniustam cædem Th: salonicensium ex-  
 communicauit, & à templi ingressu prohibuit,  
 eundem post reconciliationem Chori cancellos  
 ingre-

Ep. 29 &  
 32.

*Magna for-  
ritudo spi-  
ritus.*

ingredi volentem exire per Diaconum iustitiam  
dem iterum acriter reprehendit ob Iudaeorum  
Synagogam ab ipso Imper. ædificari iussam, et  
citque vt contrario mandato nullam Iudæorum  
nagogam permitteret. Idem Valentiniano Imper-  
ri Imp. Ecclesiam pro Arianis constantissimam  
gavit.

8. *Sanctus Chrysostomus* Eudoxiam Imperat-  
cem quia viduæ vineam iniuste ablatam re-  
re admonita noluit, ab Ecclesiæ ingressu re-  
hibuit, & Gainæ Gothorum præfecto ad  
Ecclesiam Constantinopoli concedere non pe-  
misit.

9. *Thomas Cantuariensis* Archiepiscopus He-  
rici II. iniustis legibus vsque ad mortem se op-  
puit.

10. *Ioannes Roffensis* Episcopus ( vt & Tho-  
mas morus alijque innumeri ) Henrici VIII. A-  
glia regis procaci libidini vsque ad sanguis  
restiterunt.

*V. Locum  
de concion.*

11. *Dunstanus* Archiepiscopus Cantuarie  
Edgarum Angliæ Regem adulterantem publi-  
coeruit.

12. *S. Lampertus* Pipinum Austriae Ducem  
Alpaide pellice ius coniugale violantem,

13. Et: *Sanctus Stanislaus* Cracouien-  
piscopum Roleslaum Poloniae Regem  
u scelere adulterantem, vsque ad sangui-  
nis effusionem redargue-

—

## SIGNVM CLXXV.

*In suis Ecclesiis residere.*

SIXTUS V. Pontifex sciens plerosque Ecclesiasti- *An. Chr. 1585.*  
 corum praelatorum opes dum taxat, non opus  
 ut vult Apostolus, desiderare, ac mercenarios in  
 vinea Domini constituere edicto cauit, omnes  
 ut Ecclesie praelati, Pastores ac animarum curam  
 habentes, intra certum tempus in suis Ecclesiis  
 apud gregem resideant.

## SIGNVM CLXXVI.

*Animose sacerdotij & sacerdotum di-  
 gnitatem tueri.*

CVM S. Martinum Turon. Episcop. maxi- *Sulpit. li. 2.*  
 mus Gallie tyrannus ad conuiuium in- *Sur. To. 6.*  
 uitasset honestissimo in loco sedere fecisset, Mar-  
 tinique Presbyterum inter Consulem Euodium  
 regiosque cognatos medium accumbere iussif-  
 set, oblatam sibi inter epulas a pincernis pateram  
 eidem Sancto Martino propinavit, sperans fore  
 ut ab illo honoris causa poculum acciperet iu-  
 batum: Principis enim poscere videbatur autho-  
 ritas, ne quis illo prior esset in potando. Ceterum  
 S. Præsul cum bibisset primus, suo poculum  
 Pres-

Presbytero dedit, nullum existimans dignum  
 qui secundus biberet, barbarumque centum  
 agreste vel principem, vel etiam intimos  
 præponere Sacerdoti. Factum & Imperator  
 licum omnes probauerunt, nilque se contem  
 iudicauerunt, quanquam bibendi ordine  
 dos nulla fulgens purpura præcurrit. Tam  
 ab itinere recto defleximus, ut quorum  
 vel potentissimi quondam Reges contem  
 rent, eis nunc mulierculæ dominantur.

*Cassiod.*

*tripar. li 9.*

*930.*

2. Intra templi adyta rei diuinæ tempo  
 bis domino manenti Theodosio diuinus illu  
 brosius nuncium misit, qui diceret intra limen  
 crum solis permissum sacerdotibus, extra et  
 Augustos debere consistere, cum purpura  
 res faciat, non presbyteros. Quæ admonitio  
 tum valuit apud Principem vere pium, ut nun  
 reliquo post tempore sacris mysteriis inter  
 rit, nisi in communi sibi loco cum profanis  
 minibus. Nam Constantinopolim rediēs (quæ  
 hæc Mediolani sint gesta) cum diuinum  
 cium extra Cancellos interioris sacelli  
 bundus spectaret, rogatus à Nectario vrbis  
 facto cur inrogredi noluisset respondisse  
 à S. Ambrosio discrimen sacerdotis & p  
 se didicisse: qui vnus suo iudicio vere pontif  
 rar appellandus. Est quod Episcopi Ambrosii  
 ueritatem singularem, & imperatoris piã  
 dientiam æqualiter admiremur.

3. Concilium Mutisconense 2. præcepit vt  
 quo defiliat vir prophanus, si forte sacris  
 rus pedes non longe gradiatur sitque con  
 faciendus.

4. Quo tempore Constantius Imperator Arianis S. Athanasium Episcopum & doctorem maxime Catholicum communibus aliorum Episcoporum suffragiis deponi veller, & ad hanc animi sui libidinem explendam Episcopos vehementer vrgeret, atque inter ceteros Hosium Cordubensem Episc. virum maximæ tunc auctoritatis per litteras ad hoc tentaret, respondit ei in hæc verba Hosius: *Ne te misceas imperator rebus Ecclesiasticis: neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea à nobis discere. Tibi Deus imperium commisit, nobis qua sunt Ecclesia concredidit: Et quemadmodum qui imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuina, ita & tu caue ne qua sunt Ecclesiæ ad te trahens magno crimini obnoxius fias. Date (scriptum est) qua sunt Cæsaris Cæsari & qua Dei Deo. Neque igitur fas est nobis in terris imperium tenere, neque tu Thymiamatum & sacrorum potestatem habes imperator. Hæc Hosius quem Patrem Episcoporum vocat Athan. Hæc eadem Christi verba contra Valentinianum Iuniorum à matre Iustina hæresi Ariana infectum, & propterea in ciuitate Mediolanensi Ecclesiæ Arianis concedere volentem profert S. Ambrosius sic enim ei respondit: *Nolite grauare, Imperator, vt putes te in ea qua diuina sunt imperiale aliquod ius habere, noli te extollere, scriptum est, date qua sunt Dei Deo, qua Cæsaris sunt Cæsari, ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesia. Athanasius certe Maximus Arianorum antagonista tam indigne tulit Constantij Ariani Imp. arrogantiam de causis Episcoporum cognoscere volentis vt eum hoc nomine Antichristum vocet: Quid hic (ait)**

*Athan. Ep. ad solitariam vitam agentes.*

*Ep. 33. ad sororem.*

(ait) quod Antichristi sit omisit? Siquidem in  
in locum Ecclesiastica cognitionis suum palam  
bunal earum causarum constituit, seque earum  
summum principem & auctorem facit. Quis  
in discernendo principem facere Episcoporum,  
dere iudiciis Ecclesiasticis non merito dicat illam  
psam abominationem desolationis esse que a  
prædicta est.

Eundem Constantium huius arrogantie  
mine Hilarius Galliarum decus in libro  
eundem, & Leontius Tripollitanus Episcopus  
& Martyr apud Suidam acerrime per-  
gunt.

## SIGNVM CLXXVII.

*In sacerdotali dignitate constitutus plus  
noris deferre quam ulli alij Domi-  
no vel Regi.*

**I.** **D**E Sacerdotibus & Monachis prin-  
cipum Ecclesiæ Anglicanæ Ven. Bedæ  
*In hist. gē. Anglorum l. 1. c. 26.*  
ta, inquit, tunc fuit sollicitudo doctoribus illis  
uiendi non sæculo, tota cura cordis excolendis,  
tris, vnde & in magna erat veneratione temporis  
religionis habitus, ita vt vbiunque Clericus aliquis  
M.achus adueniret, gaudenter ab omnibus  
Dei famulus exciperetur. Et si in itinere peregrinus  
retur accurrebant, & flexa ceruice & manu signa-  
ore illius se benedici gaudebant. Verbis quoque

hortatorijs diligenter auditum præbebant. Quod si quis Sacerdotum in vicum forte deueniret, mox congregati in vicum vicini, verbum vitæ ab illo expetere curabant. V. Ignat. ad Philad, & Greg. Naz. orat. ad ciues Nazianz.

2. S. Antonius Ægyptius Abbas virtutibus & miraculis ubiq; clarus ipfos Presbyteros ac Sacerdotes in summa veneratione habuisse dicitur, solitusque iisdem caput submittere, benedictionem sibi captare, & pro magno beneficio ducere si accepisset. Benedici à Sacerdote voluit, vt benedici meretur à Deo. *Athan.*

3. S. Franciscum dicere solitum tradunt, si cui Sanctorum è cælo in terram delapsò & cum illo simul Sacerdoti forte occurrisset prius se Sacerdotis manibus osculum daturum, deinde reuerentiam facturum sancto, plus se debere illi significans, à quo ministrante sacratissimum Christi corpus acciperet, quam illi quem iam cum Christo regnare nosset. Ipse met solo Diaconatus officio contentus fuit quo ad vixit, Sacerdotio se iudicans indignum. *Bonav. c. 4.*

4. Chryf. hom. 4. de verbis Esaia vidi Dominum: Alij sunt termini regni, alij termini Sacerdotij, hoc regnum illo maius est. Hom. 5. de verbis Esaia. Deus ipsum regale caput Sacerdotis manibus subiecit, nos erudiens, quod hic princeps est illo maior. Si quidem id quod minus est benedictionem accipit quod præstantius est,

5. Ambrosius libro de Sacerdotali dignit. capite 2. Honor & sublimitas Episcopalis nullis poterit, compa-

comparationibus adæquam. Si regum fac  
comparēs, & principum diademati longē  
ferius, quam si plumbi metallum ad aut  
comparēs, quippe cum videas Regum  
principum subnitri genibus sacerdotum  
osculatis eorum dexteis orationib. com  
dunt se muniri.

*Nemini esse scandalo.*

1. Cor. 8. Si  
esca.

9. Omnia  
sunt in.

6. Omnia.

10. Omnia.

**P**otissimum cauendum est prælati  
scandalum præbeant aut offensionem.  
enim locus ipse spectabiles facit, ut in eos  
oculi per se incurrant nullumque eorum  
ctum vel factum possit esse obcurum, quod  
in clara luce versantur. Quare horum quod  
peccatum non ipsis tantum nocet sed etiam  
qui si improbent in detractionem & male  
tiam incidunt si probent facile ipsi quoque  
dem labuntur, quanquam etiam si non probent  
tamen facile labuntur, quoniam amicorum  
plum inducit licentiam. Quare præclarum  
S. Hieronimi ad Clericum: *committas quod  
reprehendere volunt, digne lacerasse videantur  
imitari cogantur delinquere.*

**B**oni Clerici est, nihil committere quod  
malitia sit mali exempli, sed contra præclarum  
virtutum specimen præbere. Qui autem  
latione virtutis sperant se ita vitia tua posse  
re ut in lucem non prodeant vehementer

Nihil enim fictum ac simulatum potest esse diu-  
 tutum, quoniam nec semper occultari possunt  
 quæ in tenebris fiunt, quin aliquo casu erumpât,  
 & ipsi domestici, atque intimi pleni rimarum  
 sunt, præsertim in aliena culpa. Denique hoc  
 etiam postulat Dei iustitia in eos qui peccant, ut  
 nihil ita occultum sit, quod non denique reuele-  
 tur. Accedunt etiam sæpissime æmuli qui obser-  
 uant & expiscantur omnia, & cum interdum et-  
 iam falsa confingant, quanto magis aperient ve-  
 ra? Optime ergo S. Hier. *Frustra inquit irascimur* *Epist. 4.*  
*obrectatoribus nostris, si eis obrectandi materiam mi-*  
*stremus.* Beatus qui tam sancte tamque grauitè  
 disponit vitam suam, ut de eo sinistra aliquid ne  
 cogi quidem possit, dum aduersus obrectato-  
 rum libidinem pugnat meriti magnitudo, nec  
 fingere quisquam ausus est, quod à nullo putat  
 credendum esse.

Quanta vitæ sanctitas requiratur in summo *Li. 4. const.*  
 Pontifice insinuat S. Bernardus his verbis ad Eu-  
 genium: *Te ipsum considera formam iustitiæ, sancti-*  
*monia speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis*  
*fidei defensorem, doctorem gentium, Christianorum*  
*ducem, amicum sponsi, Cleri ordinatorem, pastorem ple-*  
*bicum, magistrum insipientium, refugium oppressorum,* *Graviss.*  
*superum aduocatum, spem miserorum, tutorem pupil-* *muneris*  
*lorum, iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mu-*  
*torum, baculum senum, vltorem scelerum, maiorum me-*  
*tuum, bonorum gloriam, virgam potentum, malleum ty-*  
*ranorum, regum patrem, legum moderatorem, canonum*  
*dispensatorem, sal terra, orbis lumen, Sacerdotem altis-*  
*simi, vicarium Christi.* *Pontificis.*

Yy

S. Greg.

1. Past. c. 10 S. Greg. ait: Ille modis omnibus debet ad exor-  
 viuendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus  
 iam spiritualiter viuuit, qui prospera mundi  
 nulla aduersa pertimescit, qui sola aeterna concu-  
 27. Mo. c. 8. Et: Eadem loci maiestas qua concionatorem gra-  
 3. Reg. 3. cere cogit etiam magna operari impellit. Et: *Do-*  
 Mulier. vigilantes quidem scientia, sed vita dormientes,  
 tores suos quos per vigiliis predicationis nutrimus,  
 quod dicunt facere negligunt per somnum corporis  
 dunt, & negligendo opprimunt, quos alere videntur  
 Lib. 27. Mo lacte videbantur. Et: Viri arrogantes & *libi-*  
 ral. c. 27. recte non viuunt, & tamen recta dicere doctrina-  
 sionibus coguntur, ipsi damnationis suae aliquando  
 cones sunt. Recte Seneca Ep. 6. Homines magis  
 quam auribus credunt.

Lib. 3. de Isidorus ait: Qui non viuuit sicut docet ipse  
 sum. bono. praedicat veritatem contemptibilem facit. *do-*  
 uersus est lingua magistrorum docentium bene  
 uentium male, & ideo quasi ex peruerso aro-  
 tam emittunt, dum suam prauam vitam propa-  
 V. Regulã gua, ictu confodiunt. Qui bene docet & *ma-*  
 Canonico- uit tanquam aes aut cymbalum sonitum facit *ma-*  
 rum c. 29. pse tamen sibi manet insensualis. Et: *Do-*  
 30. sunt qui siue doctrinis, siue exemplis vitam non  
 Cereus dñi bonorum corrumpunt, his qui substantiam *do-*  
 lucet aliis pradiaque diripiunt. Hi enim ea qua extra *do-*  
 se consu- tamen qua nostra sunt auferunt, corruptores *do-*  
 mit. morum proprie nos ipsos diripiunt, quoniam *do-*  
 minum iustorum mores eorum sunt.

Recte ergo Sanctus Augustinus sermo  
 De sanctis vult vt caueamus ne dum bonorum *ma-*

pendentem Carpinus manum laceremus, hoc est, ut mala facientem imitemur.

S. Chrylostomus Homilia 15. in Matthæ. indicat omni tuba documenta operum clariora esse, vitamque mundam ipsa luce clariorem, & multo fidelior, inquit, & certior doctrina operum quam sermonum. Nam qui talis est etiam silens & cum non videtur docere potest, & alios quidem qui illum vident, alios vero qui de illo audiunt, & multa sicutur Dei gratia non solum *Matt. 5. sic* propter se, sed etiam propter alios qui illum vident & *luceat.* imitantur ut glorificent Dominum. Talis per mille linguas & multo plures, gratias & laudes refert Deo. Neque enim soli noti testes sunt vite illius & ipsum imitantur ac ipsum Dominum, sed & qui non cognoscunt & ab aliis discunt, & qui valde procul habitant, & non amici soli sed & inimici reuerentur virtutis eminentiam. Id. Hom. 8. in Genes. Non tam considerantur ea quæ à nobis dicuntur, quam quæ à nobis aguntur, licet infinites tantum Philosophemur verbis & de patientia disseramus, & cum tempus fuerit, eam operibus non demonstramus non tantum proderunt verba quantum nocebunt opera. Et in cap. 5. Matthæi: Qui docet, verborum suorum sit ipse exemplum, ut magis opere doceat quam sermone. Si in terra est animus tuus, ut quid de cælo loqueris? Si autem de cælo loqueris in cælo consiste, ut possis cum Paulo dicere: nostra conuersatio in cælis est, aut vbi stas inde loquere, aut vnde loqueris ibi sta.

D. Prosper ait: Non potest dicere Sacerdos contemptoribus admonitionis suæ futurum cogitare iudicium quod ipse forte non cogitat; amatoribus *De vita cont. l. 1. c. 15.*

Yy 2 sæculi,

Phil. 4.  
Quacunq;  
2. Cor. 2.  
Deo gra-  
tias.

seculi, nolite diligere mundum si eum mundus  
mor delectat; ambitionis ambitioni succum  
ponite si eum ambitio ruinosa precipitat, de  
quid boni non facit aut mali committit, nec  
bebit fieri nec verabit, quia necessariam domi  
authoritatem contrarietate suæ actionis, au-  
mittit, aut minuit.

Concil. Trid. an<sup>o</sup> Sess. 22. c. 1. de refor. Nihil est  
alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue  
quam eorum vita & exemplum qui se diuino muneri  
dedicarunt. Cum enim à rebus seculi in altioribus  
locum conspiciuntur in eos tanquam speculum  
oculos coniungunt, ex eisq; sumunt quod imitentur  
propter sic decet Clericos ad sortem Domini vocati  
tam moresque suos omnes componere, vt habitum  
incessu, alijsq; omnibus rebus nihil nisi graue, no-  
tum ac religione plenum præ se ferant.

Quanta fuerit vitæ ac morum probitas  
stolo Paulo patet ex his ipsius verbis 2. ad The-  
Tu assecutus es meam longanimitatem, dilectionem  
patientiam, &c. Et 1. ad Cor. 11. Imitatores mei estis  
ut & ego Christi, & ad Phil. 4. Sicut audistis & videris  
in me. Quod audiebant à Paulo hoc videbat  
Paulo 1. ad Thefl. 2. Vostestes estis & Deo  
sancte &c. 1. ad Cor. 9. Omnia susinemus &c.

Cor. 1. Gloria nostra &c. ad Cor. 1. Non sumus  
&c. 1. ad Theflalonic. 2. Ne-  
que aliquando,  
&c.

## SIGNVM CLXXIX.

*Scholarum accuratam habere curam &  
in ijs iuuentutem eru-  
dire.*

IN formula reformationis per Carolum V.  
Statibus Ecclesiasticis in Comitibus Augustanis  
An. 48. ad deliberandum exhibita, & ab eisdem  
probata & recepta, c. de Scholis & vniuersitati-  
bus rectissime dicitur: *Schola seminaria sunt non  
prelatorum tantum & ministrorum Ecclesiæ, verum  
etiam magistratuum, & eorum qui consilium suis respub-  
licas gubernant, quæ si negligantur aut deprauentur,  
periculi erit, & Ecclesiæ, & Resp. inde periclitari, pro-  
pterea de earundem instauratione magna cura haben-  
da est, &c. Et: Præter pedagogia habeatur in collegiis  
Theologus, qui certis horis interpretetur biblia, ac de re  
Theologica doceat iuniores Canonicos, Vicarios & alia  
Collegij membra, vbi quisq; ad lectionem suæ professioni  
& instituto congruentem tenebitur comparere. Huic  
vero quomodo & vnde prouidendum sit de victu, in Con-  
cilio Lateranensi constitutum est.*

Ruchardus Monachus ille qui S. Bonifacij  
Martyrium Heroico versu cecinit, Gymnasium  
in quo domesticos & externos docebat omnibus  
& diuitijs & honoribus prætulit, Episcopatumq;  
quem ei Ludouicus Imp. offerebat, neglexit

Trithem. in histor. monasterij  
Hirsaugiensis.

*Scripturarum lectioni diligenter incutere  
& diaboli telis Clypeum earum oppo-  
nere atque obijce-  
re.*

*Mal. 4.  
Eph. 6. gla-  
diū spiritus  
assume.*

1. **S.** Hilarion Abbas scripturas diuinas per  
rationes & Psalms quasi Deo profer-  
recitabat, quæ enim per Prophetas vel Apo-  
stolos dictante Spiritu sancto prolata nouerunt  
non irreuerenter ac inconsiderate legendæ  
iudicabat.

2. Cum *Basilius Magnus* sacrarum literarum  
dulcedinem gustare cœpit, Philosophiam ma-  
danam contempsit, sunt qui dicunt, eum passi-  
vini usum sibi interdixisse, donec mysteriorum  
intelligentiam plenius perciperet.

3. *D. Hieronymus* ægre à lectione librorum  
utilium auulsus latentium sub velamento  
riorum dulcore tandem plenius hausto exci-  
uit, dicens: *Quæ pars fidelium infideli, quæ con-  
natio luci ad tenebras? quis consensus Christi cum  
liar? quid facit cum Psalterio Horatius? cum Esai-  
lijs Pharo? cum Apostolo Cicerone? demum autem  
mus bibere simul calicem Christi & calicem detra-  
rum.*

*Rom. 13.*

4. *S. Augustinus* dum inter Dialecticorum  
phismata Christum quæreret hæresi se impo-  
uerat Manichæorum. Tandem Pauli Apostoli  
prom

pistolas euoluens reperit scriptum: *Induimini Dominum Iesum Christum*, ac statim discussis erroris tenebris aspicere cœpit lucē veritatis, consuluitque Ambrosium Episcopum quid primum de Sc. scripturis legere deberet, quo iam confidentius fidei Catholicæ posset adhærere. Et audiuit Esaiã sibi legendum esse quia quæ in Christo contigerunt explicatius Prophetarit, & gentium vocacionem annis multis post futuram quasi præsentem viderit. Denique ab Ambrosio baptizatus diuinos codices perlegendo non solum fidelis, sed etiam Ecclesiæ doctor præstantissimus nascitur, cuius Paulo ante dum sæculari duntaxat scientiæ studeret, fuerat oppugnantor contra Ecclesiam cum Manichæo consurrexerat, pro ea mox decertans & ipsum & reliquos omnes hæreticos facile conuicit.

*1. Tim. 3. Ab infanzia scilicet litteras nosti.*

*Conf. lib. 8. c. 12.*

S. Thomas Aquinas tam solerti studio lectitasse scripturas perhibetur vt interdum neq; propius altantes viderit, neque interpellantes audierit sensibus omnibus cum mente simul vni lectioni intentis. Hinc ad confirmationem fidelium & confutationem infidelium tales nobis commentarios reliquit, vt nihil in Ecclesia scrupuli sit, nihil nodi quod non explanatum in illis inuenias.

*Sur. Tom. 2*

6. S. Bernardum Abbatem nullo magistro vsu aiunt, sed sola legendi, orandique assiduitate mysticos de scripturis sensus elicuisse vt legeret intelligendi cupiditas fecit, vt intelligeret oratio impetravit, vt impetraret quid nisi vitæ sanctitas promeruit?

*Sur. To. 4.*



7. *Bernhardinus* primum iuris Pontificii disciplinis operam dedit postquam autem ad Theologiam animum applicuit, ei studio se tradidit adeoque ipsum delectavit sermo deus ut mox relicto sæculo religionem suscipere cepit.

8. *Equitius* Valeriæ vrbs Monasterij Albi quocunque ibat & correas manticas libris refectis secum defererebat, ni sibi deesset quod legere vellet (Greg. lib. 1. Dial. c. 5.) militem enim strentia arma (ferrea lorica, cassis, ensisque) non uidebant.

9. *Geruasius* & *Prothasius* gemelli fratres et persecutorem fugientes annos decem dormitauerunt, toto eo tempore nihil aliud, quam orasse atque legisse narrantur. Quamquam hoc vitæ institutum perfectionis esset dicitur, inuidia patuit, qui in idolo loquens, consuleretur, non se prius responsa daturum dixit quam *Geruasius* *Prothasius*que sibi inuiderent. Sed qui legendo fidem, orando constantiam perceperant, quos perdere inimicus cupiebat, eos Martyrij corona cohonestauit, & armis quæ de manibus illorum eripere cogitauerat ipse victus succubuit, hoc est oratione & lectione.

10. Cum *Edmundus* Archiepiscopus Cantuariensis inter legendum obdormisset, moriens pergiscens lucernam extinctam reperit, de legendi sibi occasionem sublatam dolens Sanctæ virginem inuocauit lucernaque repente illi accendit.

Amb. Ep.  
85.  
Met. a. Sur.  
Tom. 3.

Cum prius Deo & Deiparæ Virgini gratias e-  
gisset, legendo quod cœperat profecutus est.

*V. Locum de otio.*

11. *Petrus Trecentis* Presbyter assidua lectione  
sacras litteras ita sibi familiares ad quemcunque  
usum fecit, vt Comesteris nomen meruerit,  
quasi qui diligenter lecta assidue ruminando sua  
faceret.

*Trith. de scrip. Eccl.*

12. *Gennadius Constant.* Episcopus (vt & *Leo*  
*Rom.*) neminem ad sacros codices admittebat,  
qui non egregie Psalterium frequenti lectione  
sibi familiare fecisset.

*Niceph. Theodorigi lector.*

13. *S. Hieronymus* in Clerici institutione ait,  
Diuinas scripturas sapius lege, vt nunquam de  
manibus tuis sacra lectio deponatur.

*Epist. 2.*

14. In concilio Cabilonensi II. sub *Carolo*  
*Magno Imp.* habito inquit Patres: Decreui-  
mus iuxta *S. Canonum* constitutionem, & caterarum  
Scripturarum Sanctarum doctrinam vt Episcopi assidui  
sint in lectione & scrutentur mysteria verborum Dei,  
quibus in Ecclesia doctrina fulgore splendeant, & ver-  
borum Dei alimentis animas sibi subditas satiare non  
cessent, & cum *Dauid* quotidie dicant: Reuela oculos  
meos & considerabo mirabilia tua. &c.

*C. 1. & 2.*

*Psalms.*

15. In Concilio Moguntiaco I. de Clericis  
statutum est: His lege Patrum cauetur vt vulgari vita  
seclusi à mundi voluptatibus se abstineant, in doctrina &  
lectionibus, Psalmis & Hymnis, & Canticis exerciti-  
ge incumbant, &c.

*Cap. 10.*

*Diuus Chrysostomus* affirmat nil temere ac  
fortiter loqui diuinam scripturam. Sed & Syllaba  
(addit) & apiculis reconditum habet thesaurum. *S.*

*Hom. 18. in Gen.*

Yy s Basil.

Ho. 10. hexi Basil. ait: Otiosum verbum in Scriptura ponere  
est blasphemia.

## SIGNVM CLXXXI

S. Scripturam docere, seu Scripturarum  
sauros explicare, & obscuros literarum  
locos doctiss. commen-  
tariis illustra-  
re.

Fulg. lib. 8. 1. S. Ambros. Mediol. Episcopus morbo  
e. 7. que confectus, & modo non animus

gens Psalm. 43. interpretari cœperat, ledum  
præuentus absolueret non potuit,

Niceph. lib. 21. c. 7. 2. Basilius Magnus & Greg. Naz. reiectis

libris se duntaxat exercuerunt, quorum  
lectum non suo ingenio fidetes indagabant  
auctoritate & maiorum suorum scriptis, quæ  
ipsa Apostolorum traditione accepissent.  
Naz. Orat. 2. in Pasch. Doctrina, ait, & in scripturis  
quoque qui alios alitibus est & alimentum.

Dum nu- 3. Clemens Alexander li. 1. Strom. Puti qui  
trix ut a- riuntur, emittunt aquam magis perspicuam, corru-  
lumna lac tur autem hi quorum nullus est particeps. Ferru-  
preparat tus usus seruat purius, defectus autem usus ei rubiginos  
lucius pascitur, nerat. Dicens sepe vna audit cum ijs qui ipsam  
& ipsa pin- Vnus est enim Magister & eius qui dicit, & eius qui  
guescit. Litera de

4. S. Chrys. Ho. 8. in Gen. Quæto plus proficiat  
cælo ab i- fluentorū horū spiritualium, tanto nobis & fluent  
pso Deo da- auctiora. Tunc spirituales hæ opes magis augentur.

do audire volētibus doctrinam liberaliter profundimus. *te de melle*  
 Idem Chryf. hom. 12. ad Theff. & Greg. li. 4. Ep. 40 *caeli ( au.*  
 S. Scripturam vocant Epistolam Dei, ad nos mis- *ho. 10. in 1.*  
 sam, quia in ea Deus loquitur: Greg. 2. Moral. c. 1. *Tim.) mel*  
 voca: speculum mentis, in quo interna facies no- *lea, & diui*  
 stra videtur. *ni erga nos*  
*amoris ple-*  
*nissima.*

5. Esdras Sacerdos & legis doctor prae parauit  
 cor suum vt inuestigaret legem Domini, & face-  
 ret, & doceret in Israel praecipuum & iudicium.

6. RR. PP. Soc. Iesu sacram scripturam diligen-  
 ter euoluunt, nocturna diurna; manu versant,  
 & in ijs intelligendis, enucleandis & ad verbum  
 ediscendis occupantur.

7. Regula Canonicorum ait: Praepositorum  
 officij est, vt subditorum mentes S. Scripturarum lectio-  
 nibus assidue muniant, ne lupus inuisibilis aditum inue-  
 niat, quo ouile Domini ingredi, & aliquam ouium subro-  
 pere valeat.

SIGNVM CLXXXII.

*Ne familia doctorum, nemine eam propa-  
 gante & quasi ferente, breui aboleatur, semi-  
 naria constituere iuuentutis & Dei mi-  
 nistrorum, & Scholas seu  
 officinas aperire pie-  
 tatis.*

1. **D**iuus Chrysofom. Scytharum quos Ariana *Theo. hist.*  
 pestis attigerat, saluti consuluit, Constā- *Eccl. li. 10.*  
 tinopoli *c. 5.*

tinopoli Ecclesia constituenda quam Scriba  
quorum ea in vrbe Magnus numerus erat, &  
gendam administrandamque permisit, quod  
iple Chrysofomus per interpretes sapienter  
uit, & in diuinæ legis præceptis instituit.  
certe Scytharum Ecclesia Constantinopolitana  
fita nil aliud quam quoddam Scythicæ gentis  
minarium fuit, constabat enim rudes Scythi  
non nisi à suis exculis & doctis Scythis posse  
iuuari.

*Labentis  
disciplina  
Christiana  
remedium.*

2. Sanctiss. *Isidorus* Collegium (illius esse  
plum quod à singulis Episcopis Tridentina  
nodus erigi iubet) in Hispalensi vrbe, cuius  
tistes erat, instituit, vbi adolecentes generis  
geniiq; laude commendatos, & in ijs D. *Alphar*  
sum, qui postea *Toletanus* fuit, & S. *Bran*  
qui *Cæsar Augustanus* creatus est Pontifex  
rabiliter erudiuit.

*Sess. 23. c. 18  
Amb. mo-  
ralis in  
Chronica.*

3. *Gregorius* tertius decimus Pont. Max. m  
quoquo versum (in Indias, in Angliam, Co  
stantinopolim, Alexandriam Ægypti, Syria  
Palæstinam, Babyloniam) operarios qui dicitur  
verbo, ipso sanguine, ac pijs muneribus adhib  
atque ad pietatem allicerent: vt vero non  
se superstitie quam è viujs abeunte res tantar  
fisterent, seminaria Alumnorum liberaliter  
ruit, alte id intelligens quod Christus dixit: *Ecce  
Dominum messis vt mittat operarios in vineam* quod  
id videlicet spectans quod ipse Episcopus  
marum nostrarum Dominus Iesus, vera sapien  
tia Patris, & verus Architectus fundamentum  
ponens, ac duo seminaria condens, alterum in  
Apoli

Apostolorum, alterum 72. discipulorum per *V. Thom.*  
 eandem Ecclesiam seminavit & auxit. Itaque à *Bozium de*  
 Germanico exorsus, quod centum alumnis alen- *signis Eccl.*  
 dis Romæ instituit: deinde alius, in eadem vrbe *li. 5. c. 3. &*  
 Anglicum, Græcum Maronitarum, qui è monte *P. Ioan.*  
 Libano deuehuntur. Neophytorum item & Hun- *Bonif. li. 1.*  
 garorum & instituit & perpetuis redivis de- *de instit.*  
 tavit aut firmavit. Inde quando ex antiqua stirpe *Christ.*  
 Germaniæ sui progenitores descenderant has *pag. 31.*  
 cogitationes etiam ad Germanica seminaria fun- *Seminari*  
 danda conuertit, vnde in Boemia, in Moravia, in *per amplâ*  
 Prussia, in Lituania, sed & Fuldæ in ipso Germa- *per ma-*  
 niæ centro quæ adhuc stant, cum & in Transy- *gnifica*  
 mania, in Belgio, & in Gallia aliqua alia (quin et- *multis in*  
ei qui assidue corpus exercet, etiam si virtutes  
loquin & ætate sint pares. S. Aug. lib. 4. contra  
Iulianum. c. 14. refert causam, ob quam difficile est  
mensuram inuenire, in voluptatem, quæ facta  
non sentiamus quando ad debitam mensuram  
peruentum fuerit, & abscondit illum limitem  
eum transfiliamus nobisque persuadet nos  
causam sanitatis cum agamus voluptatis. Quod  
semper cauendum erit ne appetitus omnino  
vicietur.

*Temperan-  
tiã presta-  
re, atq; adeo  
esurire in-  
ter epulas  
& cohibere  
ventris in-  
gluuiem il-  
lecebris &  
irritamētis  
presentibus  
hoc opus,  
hic labor  
est.*

tietur, cum id omnem mensuram temperantiae excedat, quod superat eam quantitatem, quam ventriculus potest perfecte concoquere nulla cruditate relicta.

Ad hanc mensuram deprehendendam uti possumus, ait P. ter Leonhardus Lessius in libello de vera ratione conseruandae valet. (Ex quo haec cepi) hisce regulis & obseruationibus. 1. Reg. Si tantum ordinarie sumas ut postea parum si apte functionibus mentis, orationi, meditationi, studiis literarum, perspicuum est te mensuram iustam excedere. Natura enim & ratio postulat ut pars vegetans ita foueatur ut facultas animalis & rationalis non offendatur, quia illa his seruire debet, & esse ad miniculo ad earum functiones, non impedimento. Cum ergo tantum ingeritur pro parte vegetante ut functionibus superiorum facultatum (sensuum, imaginatricis, intellectus, memoriae) notabile detur impedimentum, signum est congruentem mensuram excedi. Prouenit hoc impedimentum ex vaporum, qui potissimum e ventriculo in caput emittuntur redundantia, qui modice tantum eo mitterentur si mensura non excederetur.

Hinc qui sobriam vitae rationem sectantur, tam sunt ad omnes animi functiones expediti post cibum quam ante. Non solum autem isti e ventriculo ascendentes fumi (qui cerebri serenitatem obnubilant) e cibo recens assumpto qui iam effervescente & concoqui incipit, proueniunt, sed etiam e copia sanguinis & humorum

morum qui sunt in hepate, liene & venis, qui  
 mul incalefcunt & magnam vim eiusmodi fuliginum  
 sursum mandunt. Verum sobria vita hanc Plethoram vel  
 Cacochymiam castigat in debitum modum, tum in quantitate, tum in qualitate  
 reuocat; adeo vt cibo assumpto non plus huiusmodi fuligines in caput emittantur.

Quando enim natura perfecte suos humores per facultates vegetantes regit, ita omnia obsequat, vt neque vlli nascantur morbi, neque fuliginibus superioribus præbeat impedimentum. Clericis ad senium vergentibus & debilibus communiter 12. 13. vel 14. vnciarum cibi sufficiunt per diem; & totidem vel paulo plures viciæ potus: crescentibus ergo annis & viribus leuiter decrescentibus cibi potusque mensura minuitur, vt patiens sit proportionatum agenti, hoc est, qui vis sensim fit imbecillior.

2. Reg. Si tantum cibi vel potus assumas, postea sentias torporem quendam, grauitatem, lassitudinem corporis, cum antea elles agilis & excitatus, signum est mensuram congruam excedi, nisi forte ex morbo, vel morbi reliquæ proueniat. Cibus enim & potus naturam & roborem corporis recreare debent, & alacriores te non grauare & opprimere.

3. Reg. Etsi ordinatæ vitæ regula diu obliuiscitur, tamen ab inordinata viuendi ratione non est retrogredite & immediate transeundum ad exactam regulam, sed id sensim faciendum, minuendo mensuram, & subtractionibus consuetam quantitatem.

*Libra apud  
 veteres est  
 12. vnciarum*

nec ad eam proueniat mensuram, quæ nõ amplius animi functiones offendit, nec grauat corpus, omnes enim subitæ mutationes, si sint notabiles offendunt naturam, propter consuetudinem (quæ velut est altera natura) à qua violente receditur & inducitur quod illi est contrarium singulis igitur diebus aliquid detrahendum donec ad iustam mensuram sit deuentum. Sep̄sim Stomachus contrahendus, inolita consuetudo veluti per exiguas particulas gradatim tollenda est & eneruanda.

4. Maxime cauenda est ciborum varietas & exquisita epularum instructio seu condiendi ratio, quia illa varietas temper nouo modo gulam prouocat, & appetitum excitat, vt nunquam videatur satis sumpsisse, quo fit vt iusta mensura enormiter excedatur, & triplo vel quadruplo amplius sumatur quam natura postulat. (Recte igitur Socrates monet illos cibos potusq; vitandos, qui vltra sitim famemq; sedandam appetentiam prouocant.) Deinde quia diuersorum ciborum diuersa est natura, diuersum temperamentũ & sæpe contrarium, quo fit vt alij citius alij tardius concoquantur. Hinc mira in ventriculo cruditas, & totius concoctionis deprauatio, hinc inflationes, tormina, colicæ, obstructions, renum dolores & calculi, itaque & ratione quantitatis nimix & ratione varietatis maxima chyli seu succi ex quo sanguis conficiendus, cruditas & inquinatio.

5. Cum appetitus sensualis cibi & potus proueniat ex apprehensione imaginationis qua

Rbb  
cibi

cibi concipiuntur vt delectabiles, danda  
ma est opera vt talis imaginatio corrigatur  
quod valet i. subducere se ab epularum con-  
ctu, ne specie & odore suo imaginationem  
excitent & gulam alliciant. Præsentia  
obiecti naturaliter mouet potentiam. In-  
to difficilius est continere appetitum epu-  
præsentibus, quam absentes non concu-  
cere.

Idem accidit in aliis omnibus sensuum ob-  
iectis & lenocinijs. 2. Imaginari res eas ad cu-  
gula incitat, non vt blandas odoratas, su-  
ues, palato oblectabiles, quales modo videntur,  
sed vt fœdas, sordidas, olidas, detestabiles  
stables quales mox futuræ. Quælibet res  
in sua resoluitur principia, tunc apparet quæ  
reuera sit, & quidnam sub amabili illa  
specie lateat. At quidnam putentius aut fœdus  
illis delicijs simulatque leuem alterationem  
Stomacho subierint? immo quo quid gra-  
videtur grauius, eo mox euadit detestabile  
& maiorem fœtorem exhalat. Vnde quæ  
delicijs diffluunt nisi externis odoribus vicijs  
grauolentia corporis sui molesti sunt, in-  
dauerum putentes.

Similiter excretionum terribilissimæ sunt odore  
& hæc fœtor intolerabilis: Contra fit in  
cibus & mechanicis, qui cibis vulgaribus temperate  
vriuntur.

Norunt Clerici sobrij vitam sobriam  
ta corpori & animo conferre commodam. Nam  
i. hominem ab omnibus pene morbis liberat.

*Docet nos  
Deus deli-  
tias asper-  
nari & sim-  
plici victu  
esse conten-  
tos.*

*Sobrietas  
maximorū  
bonorum*

ac defendit, aufert enim catarrhos, tusses, *& corporis*  
 vertigines, capitis & stomachi dolores, arcet *& animo*  
 apoplexiam, lethargiam, epilepsiam, alio- *è concilia-*  
 que cerebri affectus: curat Podagram, Chi- *trix.*  
 ragram, dolores Ischiadicos & articulares mor-  
 bos. Aufert cruditatem omnium morborum  
 matrem.

Denique ita humores temperat & in debita *I. Prestat*  
 proportione conseruat, vt neque quantitate, *bonam va-*  
 neque qualitate peccent. Vbi vero est congrua *letudinem*  
 humorum Symmetria, ibi morbus locum non *& longau-*  
 habet, cum ratio sanitatis in tali proportione *tatem.*  
 consistat. Videmus enim eos, qui sobriam  
 victus rationem sequantur, raro vel nunquam  
 morbis tentari, & quando tentantur facilius  
 ferre quam alios qui prauis humoribus & in- *Beneficio*  
 temperantia gulæ redundant, & breui tempore *temperati-*  
 restitui. *multi ab*

Hinc S. Patres in summa victus Parsimonia *omni nota*  
 incolumes & alacres diutissime (& sanctissime) *bili morbo*  
 vixerunt. Ratio huius est, quia omnes pene *tota pene*  
 morbi, quibus ordinarie homines laborant *vita longa*  
 nascuntur ex repletione, quod plus assumatur *que atate*  
 quam natura requirat, & Stomachus possit *fuertunt*  
 perfecte concoquere. Cuius signum est, quod *immunes.*  
 omnes pene curentur euacuatione. Detrahitur  
 enim sanguis per sectionem venarum, vel cucur- *Contraria*  
 bitulas, vt natura leuetur, subducitur medica- *contraria*  
 mentis maxima humorum colluies, que per vis- *curantur.*  
 cera & corpus diffusa est, imperatur abtinentia  
 & tenuissima victus ratio præscribitur. Hippo-  
 crates li. 6. epidemicon sec.

Bbb 2 4. Po-

*Sobrietas  
efficit ut  
humores in  
corpore sint  
pauci &  
benigni.*

4. Ponens rationem conseruandæ bonæ re-  
letudinis, in parsimonia victus, & exercitatione  
corporis, ait: Ἀσχυροῖς ὕγιαις ἀνογὴν τροφῆς, ἀσχυροῦ  
ἔμπιγρον: Studium sanctitatis est edere cura satietatis  
& impigrum esse ad labores. Adhæc medici afferunt  
cruditatem omnium morborum (quibus homi-  
nes ordinariè laborant) esse seminarium. Vide  
Galenus li. i. de cibis boni aut mali succi: Non  
morbo corripietur qui accurate cauet ne in cruditate  
incidat. Et Syrus 37. Propter crapulam multi obsterunt,  
qui autem abstinens est adiciet vitam. In multis quibus  
erit infirmitas. Atqui sobria victus ratio prohibet  
cruditatem ac proinde succidit morborum cau-  
sam. Cruditas enim seu imperfecta ciborum con-  
coctio, & Chylus crudus seu maligne à Stoma-  
cho confectus & inquinatus potius quam con-  
coctus multa adfert incommoda. 1. Replet cere-  
brum & viscera multis pituitosis & biliolis excre-  
mentis. 2. Parit in exiguis viscerum meatibus  
multas obstructions. 3. Vitiat totum corporis  
temperamentum. 4. Venas implet humore pe-  
trido, ex quo grauissimi morbi. Nam ut 3. solum  
aut 4. exponam ex chylo crudo non potest in He-  
pate ( sanguinis officina ) confici probus san-  
guis, sed solum vitiosus. Quia concoctio secundaria  
non potest emendare primam, ex vitioso sangui-  
ne non potest fieri proba nutritio, sed necesse  
est vitiosum existere corporis temperamentum

*Vita sobria & morbis obnoxium.*

*optima est  
medicina  
morborum.*

Hac ratione sensim per cruditatem morborum  
& deprauatur totum corporis temperamen-  
tum multisque incommodis subijcitur. Rati-  
o-  
sol-

sus chyli cruditas efficit, vt venæ per totum cor- *Morborum*  
 pus repleantur sanguine impuro multisque pra- *causa per*  
 uis humoribus permixto qui tractu temporis *medicinã*  
 sensim putrescunt, & tandem data occasione per *sobrietatis*  
 laborem, æstum, frigus, ventum &c. in graues *excinduntur*  
 & periculosas febres, quibus innumeri ætate  
 florenti pereunt, accenduntur. Hæc incom-  
 moda vitat sobriæ victus ratio, quia tollit cruditatem horum omnium causam. Cum enim non plus ingeritur quam ventriculus probe potest conficere, & ad hoc sufficiens temporis intervalum conceditur non potest nasci cruditas, sed chylus existet probus & naturæ conueniens, ex probo chylo probus quoque fiet sanguis, ex bono sanguine bona totius corporis mutatio & bonum temperamentum. Præterea vitatur hoc modo putredo humorum in venis, vitantur obstructions viscerum, & excrementitiæ superfluentes, quibus & caput & viscera & iuncturæ persæpe affliguntur, itaque conseruatur bona corporis constitutio & sanitas (quæ sita est in humorum debita secundum quantitatem & qualitatem proportione & Symmetria, & in totius corporis spongioto quodam habitu nullis obstructions impedito, vt Spiritus & sanguis liberum, per omnes partes habeat discursum) neque solum cruditatem humorum & mala quæ inde sequuntur impedit Sobrietas, sed etiam superuacuos humores contumit, idque multo securius & efficacius quam corporis exercitatio. Labor enim confertim corpus agit, & solum partes quasdam præ cæteris exercet id-

*V. Doctore*  
*Viringū li.*  
*5. de ieiunio*  
*c. 3. 4. 5.*

Bbb 3 que

que sæpe cum humorum perturbatione, cum magno æstu, & morborum periculo, præsertim febrium, pleuritidis, & variarum in variis partibus destillationum, quæ magnos dolores adferunt, abstinencia vero magis intra ad interiora viscera & ad omnes iuncturas ac articulos penetrat, omnia blande & æquabiliter euacuat, crassum enim extenuat, obstructa aperit, superflua consumit, spirituum vias referat, & ipsos spiritus clariores efficit, idque absque humorum perturbatione, absque defluxionibus & doloribus, absque æstu corporis & morborum periculo, absque iactura temporis & dispendio actionum meliorum.

II. Non solum à morbis, qui ex cruditate interna humorum corruptione nascuntur, tuetur, sed etiam aduersus externas causas munit. Nam qui corpus purum & humores bene temperatos habent, non ita facile læduntur a æstu, frigore, labore, & similibus incommodis, sicut alij qui prauis humoribus abundant, & lædantur facilius & citius curantur. Idem accidit in vulneribus, contusionibus, luxationibus, fracturis ossium, quia nullus vel exiguus fluxus humorum ad partem affectam, qui ad curationem maxime impedit & dolores & inflammationes efficit: munit & contra peius facilius enim illi veneno resistitur si corpus purum. Vnde Socrates sua frugalitate & temperantia effecit, ut quamuis Athenas sæpe pestis videret, ipse tamen nunquam ægrotarit.

*Laert. li. 2.  
de vitio ph.*

III. Et si non curat morbos incurabiles, tamen eos ita mitigat ut facile tolerantur, nec magnopere functiones animi impediunt. Multi enim cum ulcere pulmonis, cum Scir. ho hepatis, velliensis, cum calculo in renibus aut vesica, cum inueterata impetigine, cum antiqua & insolita intemperie viscerum, cum enterocoele, hydrocele, aliisque herniæ generibus, solius diætæ præsidio diu vitam producant, semper alares & ad ingenij labores expediti. Sicut enim ista mala per ingluuiem valde exacerbantur, ita ut naturam grauius affligant, breuique tempore præcipitent, ita per sobriam victus rationem mirifice mitescunt, adeo ut parum incommodi plerumque ex illis sentiantur, nec multum de ordinario vitæ studio accidant.

IV. Suis cultoribus non solum sanitatem sed etiam longæuitatem confert, eosque ad extremam senectutem perducit, adeo cum ex hac vita decedendum nullos ferè vel exiguos dolores sentiant, quia moriuntur per meram resolutionem. Nam constat multos sanctos in eremo & monasteriis fuisse admodum longæuos, etiam si asperam vitam omnibus pene corporis commodis destitutam ducerent, quod potissimum illorum Sobrietati acceptum ferendum est. Sic S. Paulus primus eremita ætatem ad annos fere 115. produxit, ex quibus circiter 100. egit in eremo, quadraginta quidem primos, paucis dactylis & haustu aquæ, reliquos cum dactyli defecissent pane dimidio, quem coruus ei quotidie subministrabat. S. Anton. ad annos 105. ex quibus 90. egit

*Sobria victus ratione vi naturæ vita extenditur ad multos annos.*

*S. Hiero. in eiu. vita.*

*Hier.*

in eremo solo pane & aqua (quibus aliquid oblatum  
in extrema senectute addebat) corpus susten-  
tans, teste Athanasio. *S. Paphnutius* excellit anno  
90. solo pane vescens, vt colligitur ex *Cassiano*  
coll. 3. cap. 1. *S. Hilarion* etsi naturæ esset tener  
& semper rebus diuinis intentus vixit annos  
84. ex quibus fere 70. transegit in ero-  
mo, mira abstinentia, & cultus victusque ad-  
mirat.

*Iacobus* Eremita Persa genere partim in Eremo  
partim in Monasterio transegit annos 104. victu  
tenuissimo, vt refert *Theod. Historia religiosa*  
in *Iuliano*. Et ipse *Iulianus* cognamento Sabæ  
id est, senex, semel in Hebdomade reficieba-  
tur pane Hordeaceo, sale & aqua contentus  
vt ibidem *Theod. Sanctus Macarius*, cuius Ho-  
milie extant, excessit annum nonagesimum  
ex quibus in eremo assiduo ieiunio peregit  
xaginta. *Arsenius* præceptor *Arcadij Imp.* annos  
vixit 120. in sæculo 65. reliquos 55. transegit  
deserto abstinentia admirabili. *Simeon Stylita*  
vixit annos 109. ex quibus 81. in Columna, 28.  
in monasterio. Verum huius abstinentia & labo-  
res naturam humanam superare videntur. *Sanctus*  
*Romualdus* Italus vixit annos 120. ex quibus  
100. solidos egit in religione summa ab-  
stinentia & cultu asperissimo. *Vdalricus* Episcopus  
*Patauiensis* vir miræ abstinentiæ vixit an-  
nos 105. teste *Paulo Beruriedensi* in vita *Cos-  
gorij VII. Sanctus Franciscus de Paula* ab-  
stinentia admirabili (pane enim & aqua se-  
mel in die post solis occasum reficiebatur, vt  
aliqui

aliquid obsonij quo vesci in quadragesima licet adhibens) superavit annum 90. *S. Martinus* 86. *S. Epiphanius* fere 115. *S. Hieronymus* circiter 80. *S. Augustinus* 76. *S. Remigius* exegit annos 74. in Episcopatu. Venerabilis *Beda* ab anno 7. ætatis vltq; ad 92. vixit in religione.

Quia *S. Ioannes Baptista* exactam illam sobrietatem legebatur vixit, annos 68. post Christi ascensionem, itaque credibile est eum ad centesimum pertigisse.

*S. Simeon* Annos 120. Habebat cum martyrio afficeretur *S. Dyonisius areopagita* centesimum superabat Annum. *S. Iacobus minor* 96. ieiuniis & orationibus assidue vacans carne & vino semper abstinens.

Apud *Indos* diutissime viuunt *Brachmanes* ob victus frugalitatem, apud *Turcas* religiosi *Mahomedicæ* superstitionis qui abstinentiæ & austeritati plurimum dediti. *Iosephus* (2. de bello Indico c. 7.) scribit: *Essenos longissima esse vita ita ut plurimi eorum vsque ad centenariam perueniant etatem, propter simplicitatem victus & vitam bene ordinatam.*

Qui gulæ prout occasio se offert laxant habent, Voraces nō sunt longæni seu vitæ diuturnæ. quas quotidie pene ad satietatem cibo potuque se sarcientes plerumque ante tempus extinguunt. Nam necesse est eos qui non frugaliter viuunt multis prauis humoribus impleri, & sæpe morbis tentari, nec posse sine detrimento valetudinis arctius mentis functionibus diu intendere, tum quia in illis tota vis naturæ & spirituum concoctioni & digestionibus ciborum mancipata est, à qua

si violente per speculationem abstrahatur, necessario maligna erit concoctio, & multæ nascuntur cruditates: tum quia caput impletur vaporibus, qui mentem obnubilant, & dolorem, ac citius ingenio contendas, adferunt. Denique opus illis est crebra corporis exercitatione vel medicamentis quibus corpus vacuetur, itaque etiam si diu videantur vivere corpore, tamen animo & ingenio parum viuunt, cum exiguo tempore ad functiones animi sint idonei, & maior pars temporis debeat impendi obsequio corporis.

Quod quid aliud est quam animum sine carnis, hoc est, sui mancipij facere mancipium? Talis vita non decet hominem præsertim Christianum, cuius omne bonum spirituale est, & functionibus mentis ac corporis sensuumque modificatione comparatur.

His adde eos qui debilioris sunt naturæ si temperate viuant multo esse secutiores de sua valetudine & vitæ productione quam sint robustissimi quique inordinate viuentes, illi enim scilicet se non habere noxios succos in corpore, vel non ea copia ut morbum possint creare, illi vero necessario plurimis huiusmodi succis aliquot annorum tractu replentur, qui sensim magis ac magis putrescentes leui occasione in morbum grauem & sæpe lethalem euadunt. Testatur Aristot. in problem. fuisse suo tempore quendam Philosophum Herodicum nomine, qui etiam omnium iudicio debilissimæ esset naturæ & tabebat tamen arte τῆς διαίτησός (quæ vitæ ratio

*Eiusdem  
meminit  
Plato. li. 3.  
de Rep.*

rationem præscribit) ad centesimum annum  
peruenit. Galenus facit mentionem cuiusdam *Lib. de tu-  
dia sanita-  
te.*  
Philosophi, qui cum ad octogesimum annum  
peruenisset, & adeo esset exhaustus vt nihil ei  
præter ossa & cutem restare videretur, ante ta-  
men & moderatione victus singulari effecit, vt  
non nisi lentissima tabe confectus tandem oc-  
cumberet. Idem agens de arte illa quæ dietam  
præscribit, ait.

*Ego tametsi nec salubrem corporis statum ab ipso or-  
tu sim nactus, nec vitam plane liberam egerim, hac ta-  
men ipsa arte vsus post 28. ætatis annum ne minimo  
quidem laboraui morbo, nisi forte diaria febris ob lassitu-  
dinem aliquando contracta.*

Neque solum ad extremam senectutem  
morborum & dolorum expertes perueniunt  
sobrietatis cultores, sed etiam in ipsa mor-  
te cum ad terminum tendunt & resolutio-  
ni propinqui sunt, doloribus non affligun-  
tur quia non vi illata naturæ sed simplici  
resolutione, humidique radicalis consumptio-  
ne vinculum animæ & corporis dissoluitur, *Mors sobri-  
propinquas  
leni & be-  
nigno pas-  
su.*  
sicut lampas sponte sua absque strepitu ex-  
tinguitur oleo consumpto. Sicut enim lam-  
pas ardens tribus modis potest extinguui. 1. Vi  
extrinsecus illata, vt cum flatu vehementi  
extinguitur 2. affusa multa aqua qua olei bo-  
nus liquor opprimitur vel corrumpitur. 3. *Pulchra &  
desiderabi-  
lis mors est  
quam na-  
tura nobis  
adfert vi-  
resolutio-  
nis.*  
soliis olei consumptione: ita etiam vita huma-  
na trib. modis extingui solet 1. Vi externa gladio  
igne, suffocatione. 2. humorum noxiorum abun-

dan-

dantia vel qualitate maligna, qua humidum radicale opprimitur vel destruitur. 3. Cum ipsum humidum à calore naturali longo temporis tractu absorbitur, & in auras diffatur, quod eodem modo quo aqua calida vel oleum calidum consumitur à calore sibi ab igne impresso. in a. d. modo magna fit naturæ turbatio, ac proinde necesse est magnos sentiri dolores, si ea res duret, quia temperamentum vi contraria evertitur & vinculum naturæ violente dissolvitur. At in nullo vel exiguo est dolor, quia ab inritico temperamentum sensim dissolvitur, & humidum primigenium (in quo maxime vita consistebat) una cum calore innato consumitur. Dum enim humidum illud minuitur, simul minuitur calor illi insertus, & consumpto humido simul extinguitur calor. Hoc modo moriuntur plerique qui exactam diætæ regulam seruarunt nisi forte extrinsecus illata pereant. Cum enim per diætam noxios humores euitent nihil in se habent quo temperamentum violente possit destruere, ac calorem naturalem opprimere, ac proinde necesse est ut viuant donec humidum primigenium una cum calore insito sit ita consumptum ut non sufficiat ad animam in corpore ulterius retinendam.

V. Sobria diætâ corpus reddit leue, agile, rogetum, & ad omnes suos motus expeditum. Gravamen enim naturæ oppressio & tarditas provenit ex humorum redundantia, qui vias spirituum obstruunt, & iuncturas obsident, nimiumque humectant. Itaque sublata humorum copia per

diætā tollitur causā illius grauaminis & tarditatis, & laxantur viæ spirituum. Deinde per eandem diætā fit vt concoctio sit bona, & probus conficiatur sanguis, ex quo deinde puri & copiosi suppeditantur spiritus à quibus omnis vigor & agilitas.

Commoda quæ sobrietas præstat animo etiam ad quinque reuocari possunt. i. incolumitatē & vigorem præstat sensibus externis. Sensus enim videndi in senibus potissimum hebetatur, eo quod nerui optici humoribus superfluis aut vaporibus obsideantur, quo fit vt spiritus animalis qui visioni deseruit, vel obscuretur, vel non possit ea copia subministrari quæ ad acute cernendum est necessaria. Hoc impedimentum tollitur vel multum minuitur sobrietate victus ac potus, & abstinētia ab iis rebus quæ caput fumis implent, qualia sunt pinguia omnia & maxime butyrum copiose assumptum, cereuisia crassa, vel herbis caput tentantibus medicata. Sensus audiendi impeditur humoris superuacanei & crudi ex cerebri defluxu in organum auditus, vel in neruum qui ei deseruit. Talis defluxio facile arcetur & præuenitur sobrietate victus. Sensus gustandi potissimum vitiatur prauis humoribus organum ipsius imbuentibus, vt si biliosi humores, vel acidi, vel falsi linguam faucesque occupēt (siue isti veniāt ex capite siue ex stomacho, cuius interior tunica cum illis organis continuatur) omnia videbuntur amara, acida vel salsa. Hoc vitium tollitur congruenti diætā, qua etiam fit vt communes cibi & panis siccus melius sapiant  
ho-

homini moderato, & plus ei voluptatis, adferuntur quam gulæ dedito pretiose & exquisite conditæ. Sublatis enim vitiosis succis, qui stomachum & organum gustus inficiebant, & appetitum fastidium inducebant, redit appetitus, & sensus ciborum sensus ac naturalis valde. Sicut modo conseruat sensum odorandi & tangendi. Longa tamen senectute vigor sensuum præsertim Oculorum & aurium multum hebetatur, fere extinguitur, quia temperamentum organorum vii & reliquarum partium paulatim debilitatur, consumpto sensum humore radicali colore innato, quo fit vt & temperamentum evadat siccius quam conueniat sensuum operari, & omnes meatus ac pori pituita frigida repletur, quæ omnibus animæ functionibus maxime auersatur.

Sicut enim senes interno corporis temperamento fiunt siccissimi & frigidissimi, ita extrinsecis succis humidissimi, adeo vt senium nihil sit aliud quam frigus & siccitas temperamentum ex consumptione humidi radicalis & caloris innati proueniens quibus necessario præter frigidæ copia toto corpore est contracta.

II. Valde minuit ac mitigat affectus leuiores præsertim iræ ac Melancholiz, insensibilis in his excessum & inordinatum impetum. Idem facit circa affectum delectabilem gustus & tactus.

Non solum autem est turpe & virtuti aduersum esse iræ impotentem, esse subiectum

Melan-

Melancholiæ & tristissimis phantasie curis, esse mancipium gulæ & ventris cæcoque imperu in esculeta & venerea effundi, sed etiam valetudini noxium, & apud honestos probrosum.

Hæc malis sobrietas facili negotio medetur, partim subtractis, partim correctis humoribus qui illorum sunt causa. Quæ enim biliosis humoribus abundant sunt iracundi & præcipites, qui melancholicis continuo mærore ac metu conficiuntur, si humores isti in cerebro inflamentur phrenetidem & maniam procreant: si acidus humor stomachicis sit impactus assiduam famem & voracitatem: si feruidi sanguinis in corpore sit copia, incitat ad libidinem præferim si materia aliqua flatulenta sit coniuncta. Nam affectus animi sequuntur apprehensionem phantasie, phantasie autem apprehensio est conformis dispositioni corporis & humoribus, qui in corpore dominantur: Hinc biliosi tomulant ignes, incendia, bella, cædes: Melancholici tenebras, fœnera, sepulchra, spectra, fugas, & foveas & tristitia omnia; pituitosi pluias, lacus, flumina, inundationes, submersiones, naufragia, sanguinei volatus, cursus, conuiuia, cantus, amores. Somnia vero nihil aliud sunt, quam phantasie apprehensiones cæteris sensibus sopitis.

Vnde sicut in somnis, ita etiam in vigilia phantasia pleraque apprehendit consentanea humori, & qualitati, prævalenti, præferim primo obiecti

obiecti appulsi, priusquam à ratione corrigantur ac dirigantur. Itaque excessus istorum humorum peruertit naturalem phantasiae statum & apprehensionem. Bilis quia amarissima & naturae maxime aduersa facit ut phantasia dictum faciat alterius vel quidlibet aliud quod displicet apprehendat ut sibi aduersus inimicum, iniuriosum & quia humor ardens est & impetuosus, facit ut apprehensio sit velox & vehemens, incitetque calorem mali repulsionem & vindictam. Humor melancholicus est grauis, frigidus, siccus, turpidus, acidus, atro colore & cordi valde infestus. Itaque facit ut phantasia apprehendat omnia tanquam infesta, inimica, tristitia, reprobosa.

Ratione autem frigoris & grauitatis fit, ut incitet ad mali repulsionem, sicut bilis quae leuis est, sed iniicit metum, fugam, cunctationem. Phantasia frigida est & humida, unde fit ut apprehensio ad omnia sit tarda, languida absque vigore, & crimoniam, alacritate. Itaque bilis facit ut homo iracundus, praecipuus, velox, audax, vehemens, iracundus, morosus, ad quidlibet indignetur, & etiam quae in ebrietate patrantur ex furore plerumque proueniunt, vino bilem augere accendente. Melancholia facit tristes, pessimis, meticulosos, solitarios cogitabundos, desperabundos.

Et sicut bilis ad breue tempus dum feruorem etum mentis iudicium peruertit, ita melancholia fere assidue, maxime ea quae cerebrum occupat vel vel retros vapores sursum ad cor & caput

ex hypochondriis emittit. Pituita efficit lentos, languidos, somnulosos, meticulosos, obliuio-  
 sos, denique ad omnia præclara inutiles, frigore  
 enim suo vigorem spirituum hebetat, & humi-  
 ditate cerebrum & meatus spirituum nimium  
 humectat.

Omni- bus hisce malis magna ex parte medi-  
 cinam facit sobria diæta, hac enim adhibita se-  
 minauntur prauis humores natura eos consumen-  
 te vel expellente. Corrigitur etiam corporis in-  
 temperies, tum purus & temperatus sanguis  
 subministratur, qui nullis cruditatibus sit per-  
 mixtus, nullis humoribus superfluis vitiat, nulli  
 qualitate noxia excedens. Hinc sobrii sunt  
 placidi affabiles, benigni, læti tractabiles & in  
 omnibus moderati. Benignus enim succus naturæ  
 affectus & mores facit benignos, & succus mali-  
 gnus (qualis est bilis & melancholia si qualitate  
 vel quantitate excedat) facit affectus & mores  
 malignos & efferatos. Neque solum prauis humo-  
 res excitant passiones, uisque dant initium sed vi-  
 cissim per quandam sympathiam ad ipsas passio-  
 nes accenduntur, ac roborantur & accensi ro-  
 boratique efficiunt, ut ipsa quoque passio augeatur  
 & confirmetur: Sic humor biliosus qui cum  
 abundat mediante apprehensione phantasie quæ  
 vitæ excitat passionem iræ iræ commotio per  
 quandam sympathiam accendit spiritus & hu-  
 morem biliosum, humor biliosus iam accessus  
 efficit ut phantasia fortius & vehementius rem  
 apprehendat, & maior videatur iniuria quam an-  
 tea, & sic ipsa quoque iræ commotio augetur &

Cec robo-

*Auerte cogitationem ab acceptis iniuriis.* roboratur. Hinc fit vt interdum ex ira tranſitur in furorem, ſi phanafia multo tempore imaginatione iniuriæ perſiſtat. Simili modo humor melancholicus mediante phanafia exci- tæ mœrorem, nulla alia cauſſa mœoris ſuppreſſæ mœror per quandam ſymphathiam concuſtat & impedit liberam eius diaſtolem, quo fit vt humor melancholicus aduratur fiat; mal quæ & quod terræ fulgines non poſſunt diſſipare. Etus malignior auget mœoris affectum, quo ſepe adigit ad deſperationem funeſtaque conſilia.

*Sobrietas memoriæ reddit tenacem, intellectuū vinacem.* II. Conſeruat memoriæ: hæc enim manente lædi ſolet ab humore frigido cerebrum occupante, qui potiffimum intemperantibus & veniſtis eſt infeſtus. Hic enim humor & vitæ ſpiritus anguſtiores obſtruit & ſpiritus ipſos refrigat & torpidos reddit, quo fit vt apprehenſiones lentæ, languidæ & fluxæ, & ſæpe in media narratione hominem ita deficient, vt neſciat quid dixerit, aut qua de re locutus fuerit, rogetque ſocios quid tractacimus? imò interdum accidit vt eorum omnem pene memoriæ perdat, & omnium diſciplinarum obliuiſcatur, vt cum pituitæ ſuper copia meatus anguſtiores cerebri obſtruit, & ſpiritus torpidos reddit, totamque cerebri ſubſtantiam nimium humectat & refrigerat.

Totum hoc malum mirifice vel arcetur reſtat ratur ſobria & congruenti victus ratione, abſtinentendo à potu calido & fumoſo, niſi forte exiguæ ſit quantitas. Eſi enim vinum ſit calidum, & frequenter crebro & magna copia hauſſu frigidis mœris

paris, destillationes, tusses coiyzas, apoplexiã, paralyfim, quin caput vaporib. implet, qui ibidẽ refrigerati in frigidam pituitã, quã istorum malorũ causa est, densantur. Neque solũ à potu calido & fumoso sed etiam à copia omnis humidi abstinẽdum, & quantum fieri potest sicca diata vtendũ: Hac enim fit, vt superflua humiditas vel non gignatur vel genita consumatur, & consequenter vt obstructions, quã ab ea proueniebant tollantur, & viã spirituum laxentur, & ipsi spiritus extenuentur, debitumque statum consequantur, & cerebro natiuum redeat temperamentum fiatque vna cum spiritu idoneum vt phantasiã & memoriã deseruiat.

IV. Tuetur vigorem ingenii in excogitando, *Quia sobrio cerebrum est purum insular speculi, facile ex infimis istis & terrenis ad diuinorum rerum sublimis ascendit cõsiderationes, cum summa animi voluntate & consolatione.* ratiocinando, inueniendo, iudicando, facitque aptum ad diuinas illustrationes suscipiendas. Hinc homines abstinentiã dediti sunt vigilantes circumspecti, prouidi, boni consilij, recti iudicij. Si de disciplinis agatur facile excellunt in his quibus animum applicuerunt. Si de oratione, meditatione, contemplatione, magna facilitate, voluptate, & gustu spiritali ea obeunt. Antiqui Patres & Eremitæ cum essent abstinentissimi semper mente vigeabant, & totas noctes in oratione rerumque diuinarum commentatione traducebant, tanto animi solatio vt in paradiso versari sibi viderentur, & temporis fluxum non perciperent. Hac ratione ad summam sanctitatem & familiaritatem Dei peruenerunt, & dono Prophetiã ac miraculorum donati sunt, & toti mundo admirabiles exitere.

Ccc 2

Cum

Cum enim perpetuo mentem sursum erectam Deoque intentam tenerent, digni habiti fuerunt ad quos Deus vicissim se inclinaret, eos enim illustrando (iuxta illud Ps. 33. *accedite ad eum et illuminemini*) suorumque secretorum facienda participes, & operum mirabilium administratores, ut mundus hinc intelligeret quantum operum suorum Deo placeret, & ad eorum imitationem ac venerationem excitaremur.

Sunt etiam hoc tempore plurimi qui esam abstinentiæ via ad sapientiæ virtutum Christianarum culmen nituntur, è quibus aliqui scripturarum suorum multitudine & eximia eruditione omnibus sunt admirationi. Nemo absque sobrietatis præsidio simile quid præstare poterit, quod si obstinate conetur, se ipse ante tempus conciet: nemo sine huius virtutis ope passiones suas frænare, animi tranquillitatem obtinere, mentis functiones circa res diuinas facili modo & cum voluptate obire ad insignem sanctitatis gradum pertingere.

Horum enim omnium veluti basis & fundamentum est sobrietas, ut docet Cassianus lib. 1. cap. 14. & 17. Vnde sancti omnes qui celsam perfectionis Evangelicæ turrim adificare voluerunt, ab hac tanquam fundamentum totius ædificij spiritualis incepterunt, quoniam sobrietas tollit ea quæ functione potentia mentis seu mentis considerationem vel impedit vel difficilem laboriosam & inamænam reddit, suppeditat ea quæ facilem, delectabilem & iucundam efficiunt, merito fundamentum securitatis

sapientia & profectus spiritualis dicenda est. Fides est fundamentum intrinsecum & primarium cui directæ cæteræ virtutes innituntur: abstinentia extrinsecum secundarium, & subserviens, quatenus remouet, quæ usum fidei impediunt, Vel inamanum reddunt. Impediunt autem ac difficilem reddunt speculationem nimia cerebri humiditas, vaporum & fuliginum abundantia, meatuum cerebri obstructio, nimia sanguinis copia, spirituum feruor à sanguine vel bile proueniens, vapores biliosi & melancholicæ adustæ caput petentes, humor biliosus & melancholicus cerebrum occupans. Hæc omnia impedimenta si nondum absint ea præcauentur sobria diæta vt non irrepant: Si autem adsint sensim vincuntur & emendantur. Neque solum tollit impedimenta speculationis, sed etiam suggerit adminicula speculandi, probum sanguinem & consequenter puros & bene temperatos spiritus, & congruum cerebro temperamentum. Nam & ipsum temperamentum cerebri quod per intemperantiam factum est, nimis vel humidum vel frigidum, vel siccum, vel calidum, per diætam sensim emendatur, & ad mediocritatē reducitur.

Quid autem optabilius homini Christiano & religioso (& Ecclesiastico) quam longa senectute *Quanti hic fructus sit momenti.* vt mente sana alacri, expedita, & vegeta ad omnes suas functiones? Tunc enim post longam experientiam præcedentis ætatis mundi vanitas clarius cognoscitur & animo vilescit: tunc cælestia magis nobis sapere, & terrena contemni incipiunt: tum futura quæ impendent assidue ver-

fantur ob oculos vt digna ad ea nos compare-  
mus: tunc omnis ea nouitia & experientia quam  
ab ineunte atate vsque ad illud tempus nobis  
comparauimus nobis est adminiculo, eiusque  
suauis fructus carpinus. Tunc sedatis animi  
fectibus & turbellis cum magna voluptate & fa-  
cilitate incumbere possumus orationi, medi-  
tationi rerum diuinarum, lectioni sacrae scripturae  
& sanctorum patrum, & assidue aliquid pro  
mo uoluerit, aliquam diuini eloquij sententiam  
(more S. Patrum) ruminare, preces canonicas  
signi attentione persolvere, sacrificium nullum  
magna reuerentia & deuotione offerre, mirum  
dictu est quanta in omnibus istis mentis officijs  
sobriae senectuti sit facilitas, quanta voluptas,  
quanta animi consolatio, & consequenter quan-  
tum meriti & praemij hinc sibi sobrius possit  
comparare.

Addit hic P. Lessius se haec potissimum de ca-  
sa hyglasticon suum seu veram rationem vales-  
dinis bonae & vitae vna cum sensuum iudicij &  
memoriae integritate ad extremam senectutem  
conseruandae scripsisse, vt hominibus pijs & re-  
fertim religiosis tantum bonum commenda-  
quo & ipsi diu sani viuere, & Deo cum magna fa-  
cilitate & gaudio seruire, & animi sui in  
nis inspirationibus & illustrationibus suis pro-  
dis aptare, & maximos bonorum operum me-  
fauros sibi congregare possint. Parui quidem  
facienda parumque utilis est longa vita alicui,  
culo potius quam Deo seruit, si auaritia, vel  
blitioni, vel voluptati dedita est: verum si Deo  
ta

ta est mancipata virtutisque officiis addicta maximum est pendenda & utilissima. Itaque etsi sobrietas eam vim habeat ut omnibus non solum qui pietati, sed etiam saeculo dediti, corpus sanum & mentem vegetam praestet, tamen illis potissimum est sectanda, qui pietatem colunt, & Deo quam maxime placere student, quia his maximam voluptatem etiam in hac vita & postea copiosissimam in aeternitate fructum confert.

V. Libidinis impetum extinguit, & tentationes carnis mitissime sedat, & magnam carni & spiritui tranquillitatem conciliat, quia & materiam libidinis (copiam spermatis) & causam impulsivam (copiam spiritus animalis quo sperma expellitur) & causam excitantem imaginationem rerum venerearum subtrahit, imaginatio haec excitat primam concupiscentiae passionem, haec statim commouet spiritus ad expulsionem, si commoti urgent, & nisi voluntas cohibeat, perficiunt. Vincere hunc impetum est praecipuum certamen hominis Christiani, praesertim florenti aetate & natura adhuc robusta:

Sobrietas subtrahit naturam & causam impellentem libidinis, quia si adsit copia spermatis facit ut sensim minuatur tum quantitate, tum calore, simul iterum minuit copiam & feruorem spirituum abstinendo a calidis & stultis cibis, a vini & cereuisiae potentis usu saltem quamdiu opus est ut ad mediocritatem deueniatur: immutato autem & temperato spermate ac spiritibus, sponte cessant libidinosae imaginationes, vel si occurrant facile excutuntur (nisi forte Dei permessa a diabol. suggerantur).

Ccc 4 quia

*Stimulos  
carnis miti-  
gat.  
Sine cere  
& baccho  
friget ve-  
nus.*

quia oriuntur per quandam sympathiam et dispositione corporis ex copia seminis & spiritibus sicut imaginationes alia quae humoris dominantis conditionem sequuntur. Hinc sobrietatis cultores ab huiusmodi imaginationibus & tentationibus plerumque sunt liberi & ratio eodem modo illis vexantur. Quod si causarum harum causa non ad sit facile sobrietas praecavetur nascitur, dum facit ut non comedas aut bibas amplius quam sustentatio corporis postulat. Non enim quantitatem eorum quae assumit mens appetitu, qui maxime fallax, sed ratione qua spectat quid & quantum corpori conferendo & functionibus animi congruat. Ratio enim dicitur iis qui caste vivere & incitamento libidinis carere volunt non esse obsequendum appetitui, sed dimidia solum ex parte ei satis faciendum quatenus appetit necessaria corporis sustentationi quod si fiat nulla erit seminis copia, & illi vel qui libidinis stimuli, semen enim est superfluum alimenti, quod corpori alendo non erat necessarium. Vbi ergo non plus alimenti sumitur, quam alendo corpori sit opus, ibi vel nihil vel parva est superflui quod in semen dispenseretur.

*V. Signum  
de Tempe-  
rantia.*

Est in sobrietate & abstinencia ad libidinem domandam longe maior vis quam in aliis corporis afflictationibus, ciliciis, disciplinis, choro, labore manuum.

Hae enim exterius tantum corpus affligunt & cutem perstringunt, causam vero mali quae interiorius latet non attingunt, abstinencia vero tantum ipsam ex fibris & venis intimis subducit, & tenet.

turæ temperamentum ad mediocritatem reuocat. Hæc omnia ex Lessio placuit huic intexere speculo, propterea quod vti & ipse merasset Lessius ea maxime perpendenda sunt Ecclesiasticis & Deo dicatis, quorum professio est functionibus mentis vacare, & rebus diuinis intendere. Si enim ista accurate expendant fieri nequit quin sobrietas ipsis sit placitura, & facilis ac iucunda futura, intemperantia vero horrore & detestationi. Pudebit multos suæ mollietati, pudebit tantæ vilitatis & imbecillitatis animi, quod gulæ obsequijs ita sint subiecti, quod duro eius imperio adeo seruiliter pareant, quod vilissimis & momentaneis eius illecebris non possint resistere.

SIGNVM CLXXXVII.

*Intra limites habitationis suæ se continere  
nec temere egredi, sed solitudi-  
nem amare.*

i. **E**lisaus Propheta Naaman principi militæ <sup>4. Reg 5 v.</sup>  
Regis Syriæ de finibus Syriæ venienti mi- <sup>1. v 9.</sup>  
nime occurrit, sed cum Princeps ille venit cum  
equis & curribus, & stetit humiliter ad ostium  
domus Elisei, limen habitaculi sui egredi minime  
dignum duxit, neque ianuam vt egredere cur ape- <sup>Tulerat</sup>  
ruit, sed per nuncium potius quæ fuerant facien- <sup>Naaman</sup>  
da mandauit (H. Elisaus, ait D. Petrus Damianus, <sup>secum decem</sup>  
Spiritus S. discipulus, spe diues, thesauro fidei <sup>talenta</sup>  
locuples, licet centum Prophetarum filios sub <sup>argenti.</sup>

Ccc 5 disci-

disciplinæ suæ magisterio sustentaret, pecuniam spreuit, munera repulit.) Cum tamé Giezi, pater Elisæi, filium Sunamitidis mortuum excitare non potuit (4. Reg. 4. v. 30.) ipse Propheta tandem venit, & filium eius à mortuis ad vitam reuocauit, ita viri alias solitudini dediti ad sæculares exercitia cum licentia possunt, ob certam proximi utilitatem, vbi illi opitulari non possunt alij. Sic tempore seditionis excitatæ cum Theodosius Imperator exercitus duci inquisitionem demandasset, eorum qui statuas subuerterant, egregios se in sedanda seditione præstiterunt. Monachi, paucum solitudinem relinquentes, vt tumultum in Philosophia compeferent, sed statim re feliciter confecta (nam malum vt loquitur I. Chryso. 17. ad pop. Ant. d. soluerunt non multis diebus, sed breui temporis momento) ad solitudinem & monasteria remearunt, seu (vt vtar verbis S. Chryso. die vna & descenderunt, & discreuerunt, & soluerunt calamitatem, & ad propria remearunt tabernacula. Sic & S. Antonii Abbas (teste Ioanne Gersono sermone in Concilio Constant. habito in festo S. Antonij) accessit aliquando à sua solitudine in Alexandriam ciuitatem magnam, quatenus fidem beatissimæ Trinitatis quam corde credebat ad iustitiam operam toto populo cõfiteretur ad salutem, quod & factum est. Quamuis enim docuerit quod Monachus extra cellam aut solitudinem sit sicut piscis extra aquam: Eucit tamen eum zelus fidei & obedientia prælatis Ecclesiæ debita vt iret Alexandriam. In qua ciuitate dum premeretur

tui bis certatim irruentibus, vt virum fama nomi-  
nis celeberrimum apud eos, ipsi vel visu cerne-  
rent, vel manu tangerent, timentibus & compa-  
tientibus nonnullis vt moleste ferret, fertur re-  
spondisse, mihi quidem assueto turbis insulsi-  
bus que daemonum nihil affert hic populofus homi-  
num concursus molestiæ & turbationis. Nota  
versus cuiusdam religiosi.

*Si vis pace frui vitamq; tenere beatam,  
Contempto mundo, Disce manere Domi.  
Est in eundo foras semper tentatio multa,  
Vt non vincaris, Disce manere Domi.  
Ne sol, neque gelu, nebula seu putridus aer  
Ladere te valiant, Disce manere Domi.  
Ne potior, stultus, rabidus canis, aut furiosus  
Perturbent mentem, Dilige stare Domi.  
Ne tibi visa diu mentem de nocte molester  
Illiciens facies, Dilige stare Domi.  
Ores sancta legas, scribas ac otia vites  
Semper agens aliquid, Dilige stare Domi.*

*Pramiare-  
ligiosorum  
verorum,  
seu eorum  
qui vt pec-  
cata fugiāt  
& soli Deo  
vivant, so-  
litudinem  
amant. V.  
in Trium-  
pho.*

Christus tamen binos Apostolos mittebat ad  
prædicandum vt in rebus agendis & consilio &  
opera subinuicem opem ferrent: Et Carolus  
Borromæus nunquam solus esse volebat, sed  
affidue etiam noctu aliquos habebat inculpatæ  
virtutis ac bonæ famæ Clericos qui ante cubiculi  
sui fores cubarent.

Claustra Canoniorum firmis vndique vide-  
mus circumdata munitioibus vt nulli intrandi  
aut exeundi sine prælatorū consensu detur facul-  
tas. Nec sine causâ habent dormitoria, refe-  
ctoria,

etoria, cellar'ia, & alias habitationes v'ibus fructu  
 in vna societate viuendum necessarias, in quibus  
 canonicis ipsis viuendum est vt suam institutio-  
 nem vita & moribus exornent potius quam de-  
 honestent, ne regno Dei indigni fiant. Non enim  
 ait regula Canonicorum in cauendis vitijs de-  
 plectendis virtutibus Canonicorum à Mon-  
 chorum distare debet vita, ait regula Canonicorum,  
 Quis etiam hæc sunt verba: *Is cuius est potestas  
 tam Canonicorum claudere, & reserare caueat ne  
 quibus cordi est plus otius vacare quam diuinis obsequijs  
 incubare, foris euagandi locum prebeat, & eorum vitijs  
 rum quod nefas est particeps fiat. Debet etiam aduocantes  
 tes quosque cum charitate suscipere, & expleto compen-  
 torio obseratusq; portis earum clauis ei qui vicijs  
 prelati ferre, vt nulli horis incompetentibus intrare  
 aut exundi maneant facultas. Helias & Ioannes Baptistas  
 (quo inter natos mulierum non surrexit maior) ob  
 solitariam & eremiticam vitam in commendat  
 tur in sacris literis. Helias, v' plurimum versatus  
 tur in monte Carmelo & pilis induebatur, zoro  
 pellicea præcinctus. Ioannes ab infantia vsque ad  
 finem vitæ vixit in deserto &c. Ipse Christus sepe  
 ad montem secessit, secumque per otium versatus  
 est. Matth. 6. 46. Luc. 21. 37. Paulus ait ad Heb.  
 11. 37. Circumierunt in melioris in pellibus caprarum  
 res, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat manserunt  
 in solitudinibus errantes, & in montibus & speluncis  
 in cauernis terræ.*

Sanctus Basilius scripsit librum de laude vitæ  
 litarix, in cuius initio ait: *Solitaria vitæ caueat  
 doctrina Schola est ac diuinarum artium disciplina*

E. 117. 143.  
 144.

Vbi nunc  
 lex Julia?  
 dormis?

Matth. 11.

4. Reg. 1.

Matth. 3. 4.

*illic Deus est totum quod discitur, via qua tenditur, &c.*

*Greg. Naz. in Apologia 2. post reditum à fuga ait: Helia Carmelum agitabam, Ioannisq; desertum, ac caelestem eorum qui hoc Philosophia genus profiterentur, viuendi rationem. praesentiaq; omnia tempestatis instar existimabam. &c. Et, in Orat. ad Iulian. Illud imprimis optabo vt mihi liceat toto hoc vitæ & curriculo mundo emori vitamq; in Christo absconditam ducere, & magni cuiusdam negotiatoris instar facultatibus omnibus meis preciosam illam margaritam emere, ac fluxas ac fragiles opes cum firmis & caelestibus commutare.*

*S. Hieron. ad Helioc. ait: O eremis familiaris Deo gaudens. Quis agis frater in saeculo, qui maior es mundo? &c. Et adu. Vigil. Cur, inquires, pergis ad eremum? ne me capiat oculus meretricis, ne forma pulcherrima ad illucitos ducat complexus. S. Chryl. Hom. 8. in Marth. Si quis nunc ad Aegypti veniat solitudinem vid. bit innum. rabiles angelorum caetus in corporibus fulgere mortalibus, omnem diaboli tyrannidem dissolutam, Christi regnum coruscans, &c. Secessio certe in loca deserta i. reddit Clericos aptissimos ad contemplandum Deum & caelestia, vnde ipse Christus quoties orare volebat in montes & loca deserta secessit: Luc. 5. 16. Immo & Plato locum pestilentem elegit, vt discipuli eius nil nisi sapientiam amarent. Pythagoræi non modo vrbes, sed & hortos omniaq; loca, quæ voluptatem adferre videbantur vitabant, ne animi eorum moleirent & virtutum studio retardarentur. Et Galenus scribit animos hominum delitiis*

litiis deditorum in multo sanguine tanquam  
luto demeritas nihil subtile & celeste contem-  
ri posse. S. Chryl. Hom. 69. in Mact. ait: Atque  
retæ urbis & tumultus platearū fugientes in  
tibus viuere maluerunt, vbi nihil tibi cum huius-  
bus sæcularibus commune est, vbi nihil huius-  
rum rerum perturbat, non in cœstitia, non dol-  
non acerbior cura, non pericula, non luctus, non  
tutis amor, non aliud huiusmodi, sed quæ  
futuri regni iam meditantur.

2. Iuuat ipsorum ad expugnanda vitia, maxime  
tem ad excidendam fornicationem. Cass. magis  
li. 6. instit. c. 3. Sicut plerumq; certa agri modice la-  
borantibus vtile est vt cibi noxij ne oculorum  
dem ipsorum obtutibus offeatur, ne quosdam  
ctus occasione desiderium eis lethale gignat  
ita plurimum confert ad depellendum hunc  
cialiter morbum quies & sollicitudo, &c.

## SIGNVM CLXXXVIII

*Exquisitis ac mollibus non uti stratis  
sēu lectis.*

*Am. 6. Va  
vobis qui  
dormitis in  
lectis &c.  
In vitis pp.*

1. **B**. Hilarion. S. Hier. refert super nuda  
strato iunco vsque ad mortem cuba-  
tum.
2. **P**astumio quam diu in Eremita moratus est  
dum atque interdum sparsis ex industria stratis  
asperatum solum lectus fuit.
3. **H**onophrio neq; tectum vllum, neque cœna  
quietis locus fuit, ibi somnus erat vbi per de-  
tum vaganti mox occurrisset.

4. *Arsenius* tam breui somno naturæ satis fecit, *Metaph.*  
 vt etiam diceret Monacho satis esse, si horam unā *Sur. To. 4.*  
 dormierit. Surreptu somno obnixè repugnans  
 illum improbum ferri in aPELLabat, quoniam  
 non vocatus sese ingereret, & inuitum traheret  
 ad quiescendum. Sabbatis omnibus hoc diligen-  
 tissime obseruauit, vt cum occidente sole orare  
 cœpisset non nisi exoriente cœlaret, nihil somno  
 cedens.

5. *B. Hier.* dum quibus in eremo corporis fati- *Ep. ad Eus-*  
 gationibus contra vrbana voluptatum cogi- *stoch. virg.*  
 tationem contenderet enarrat, de ipsa etiam cu-  
 bandi austeritate ait: *Si quando repugnantem som-*  
*nus imminens oppressisset nuda humo vix ossa harentia*  
*collidebam.*

6. *S. Martinus* Epif. Turonensis substrato humi *Euseb. ad*  
 cilicio cubā; frangebat somni mollitiē lectali ri- *Seuerum.*  
 gore. Idem cum in monasterio quodā suæ diœce- *Sulp. dial. 2*  
 sis reuerenter susceptus hora quiescendi cellā in-  
 grederetur cubili paulo apparatus instructo of-  
 fensus stragula paleasq; euerit, & in nudis tabulis  
 (sicut vestitus erat) sese collocauit, iamq; delibuti-  
 tis leni sopore membris quiescebat cum stramē-  
 ta quæ eiecerat igni succensa iacentem excitauerunt.  
 Illico exurgens ac trepidans cum cellæ exitum  
 per quem effugeret fumo omnia inuoluente  
 non inuenisset ad orationem se vertit, mox flamma  
 vis illa omnis extincta fumusq; consumptus  
 illæsum reliquerunt.

7. *Germanus* Antisiodorensis Epif. lectulū suū  
 cilicio saccoq; & cinere strauit, vt non lectum, sed  
 luctum, & doloris potius quam quietis locum  
 dice-

diceres, sic autem iacens idem idem suspirare in  
gemiscereq; audiebatur ad nocturnas ceremo-  
nias celebrandas primus exurgens.

8. *S. Vincentius* prædicator diem pene totum  
sermonibus ad populum faciendis, nocturnis  
tam obsecrationibus lectonibusq; partem eius  
minimam somno dicitur impendisse, curiale  
autem cum duris sarmentis substratis, cum  
ius palæis, cum honestius sacco.

*Anto. hist.  
par. 3.*

9. *S. Bernardinus* etiam antequam religionem  
profiteretur, ut ad offerendum Deo laudis facer-  
cium noctu confurgeret contemptis lectilibus  
super pavimento vestitus iacebat.

## SIGNVM CLXXXIX.

*Temperanter & parce vivere nec ventri  
& deliciis indulgere.*

1. **A**postolorum Princeps *Petrus* tanta  
sobrietate, ut lupinis minuto alle-  
neuntibus famem urgentem pelleret, carnis  
ro, abundans gratia, vino & carne abstinens, qui  
fere omnes fecerunt Apostoli, ait *P. Ant.* app-  
ratu facio.

*Luc. 3.*

2. *Ioannes Baptista* consuevit famem pelleret  
custis & melle Syluestri, pane & vino carulle  
statur Christus *Luc. 7.*

*Pelag. le 2.  
c. 1.*

3. *Clemens Alexan. Matheus*, ait, Apo-  
stolus feminibus, baccis, oleribusque absque  
nibus utebatur, *Ioannes* continentiam vultus  
tenet.

tendens, locustas & mel sylvestre comedebat. *Marc. 11.*  
 Hæc ille. Non ergo Ioannes communibus cæte- *Non man-*  
 ris vsus est cibus, nec seminibus, nec oleribus, sed *ducans (cõ-*  
 eo qui præ manibus habebatur, nec vlllo labore *munes ei-*  
 longe quæ situs vel arte paratus erat. Dum Ga- *bos) neq; bi-*  
 briel Archangelus eius ortum Zachariæ annun- *bens.*  
 ciat, inter admirandæ eius sanctitatis signa po- *Locusta in-*  
 nit quod à vino & ficera sit abstinens, in quem *ter comesti-*  
 locum Euseb. scribens, ait: Deum voluisse ea re *bilia recen-*  
 indicare abstinentiæ meritum, arduumq; militia *sentur.*  
 spiritualis iter. *Leu. 11.*  
*V. Baron,*  
*An. Chr.*

4. *S. Timotheus* B. Pauli discipulus quamuis E- *31.*  
 piscopus & laboribus gubernationis prædicatio- *Luc. 1.*  
 nisq; diuini verbi admodum districtus, dum sa- *1. Tim. 5.*  
 nus esset vinum non bibebat, sed aquam, qua in  
 virtute vt in cæteris omnibus, creditur diui Pauli  
 exemplum secutus. Nec licet infirmus consue-  
 tudinem illam mutauit, donec à Paulo admoni-  
 tus est vt modicum saltem vini ob frequentes in-  
 firmitates biberet.

5. *S. Marcus Euangelista* antistes & doctor fide- *Euseb. lib. 2*  
 lium in vrbe Alexandria degentiura (quos in- *6. 7.*  
 stituit secundum morem & doctrinam ab Apo-  
 stolis traditam Hierosolymis) inter cætera virtu-  
 tum exercitia eis commendauit abstinentiam, à  
 vino, imo Marci discipuli pane, sale, hysopo, & a-  
 qua contenti fuere, vt Euseb. li. 2. hist. & Hier. de  
 viris illust. probant ex Philone.

6. Ob eandem abstinentiam laudat Sulpicius  
 S. Marini Turonensis Episcopi discipulos, & ad-  
 dit S. Martinum eis huius abstinentiæ fuisse au-  
 ctorem.

7. S. Aug. li. i. de moribus Ecclesie commentans virtutes sanctorum hominum, suo tempore in Ecclesia Dei florentium vt Eremitarum, Cenobitarum, Episcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum, inter cetera eos laudat quod à vino se caruerint, sola aqua contenti.

*De virg. ad Eustoch.*

8. S. Hier. in cœlum ferē: Palæstina Monachos quorum vitam sustentabatur, scribit ne agros vendidissent sibi vinum indulgisse (intellige quod de moderata infirmitas vt possent & que offensa fuerit fungi ac dū essent sani) Etia languēti nachi, inquit, aqua frigida vtuntur, & cetera. Quod quid accepisse luxuria est. Et describens Paulum mi eremitæ vitam Iesum & angelos eius testatur se vidisse Monachos quorum vnus per annos octo clausus hordeaceo pane & lutulenta aqua vtens alter quinque caricis sustentabatur.

*Baro. To. 5. An. Chr. 398.*

9. S. Chrys. Epif. Constant. hortabatur Clericos vt contenti stipendiis suis nidores diuitiarum non querentur, ne fumū huiusce insequētes libidinis

*Superflui sumptus resecantur.*

flammæ traderentur, assentatorū & paratorū instituto vitæ. Ad hæc inutiles Ecclesie sunt

*Ad Aaron & reliquos Sacerdotes dicitur Lu. 10.*

deprehendens, ait Palladius, amputari hoc vitium iuberet. Accessit & ad solemnes Episcopos

*Vinum & oē quod inebriare potest non bibetis. &c. Idē dicitur Ezech. 45.*

ptus inspiciendos, inueniensq; immodicam passionem, transferri hanc magnificentiā ad modum solatia præcipit. Et cū superellent pericula noua quoq; infirmorum receptacula conueniens præficiens his duos ex Sacerdotum numerationis summæ viros, & medicos, & coquos ministros qui sine vxoribus essent, eis ad ministerium statuens vt aduentantes hospites

deprehenſi & eo maxime qui ſacer appellatur, curareatur, & ob ipſum bonum & pro gloria redemptoris. Hæc Paulinus.

10. *Apoſtoli* ſpicas ſegetum manibus confricabant, & hoc tam ſimplici cibo eſuriam quomodo poterant leuabant, cumq; num. 12. eſſent, nihil aliud quã quinque panes hordeaceos duoſq; piſces habebant in deſerto, quando Dominus turbam quinque millium pauit: iterum nihil præterquam ſeptem panes & pauculos piſculeos, quãdo quatuor millia viſorum ſatiata ſunt. Rurſum tranſſerantes obliſi ſunt panes ſecum ferre. Quanto continentius & tenuius eos victiſſe cenſebimus poſtquam ablato ſponſo (Chriſto crucifixo) nuptiarum gaudium verſum eſt in perſecutionis luctum?

11. *Fulgentius* Ruſpenſis Epiſc. ne morbo quidem affectus carnis alimento vel vino vti voluit. *Sur. Tom. 2*

12. *Pafſunio* Abbati panis ſolum & aqua victus erat, antea vero dum ſolitariuſ viueret crudæ herbaræ illi cibum, fontes potum ſuppeditabant. *In vitis pp.*

13. *Pion* Abbas deambulando ſumebat cibum aqua in potu uſus, quam ipſe effoſſo puteo amarã in dulcem verterat exorato Domino. *In vitis pp.*

14. *Hoſpius* ille qui Longobardorũ in Italiam aduentũ longe ante prædixit pane & pomis veſcebat, quadreſime ieiunia herbarũ ſolũ radicumq; reſectione tranſigebat, ſemper abſtemiuſ. *Paul. Dia. de geſtis Lon. li. 3. c. 1. Greg. Tur. li. 6. c. 6. 7. Marul. lib. 4. c. 2.*

15. *Maxentiuſ* Pictauienſis Abbas pane hordeaceo & aqua victitauit. *Greg. Tur. de vi. pp. Gallia. li. 7.*

16. *Greg. Lingonenſis* Epiſc. panes hordeaceos triticea cruſta obliſos (vt tenuem victum occultaret)

Ddd 2

taret)

taret) esitabat in aquæ poculum tantillum  
addere solitus vt aqua suum saporem seruaret  
lore mutato.

*In vitis pp.*

17. *Columbanus* in Gallia Abbas annis 60. h  
bis solum ac radicibus sustentatus est.

18. In monasterio Tabernensi vbi Amob  
bas mille quingentis Monachis præfuit, fures  
ad mensam congregati pendentes à fronte  
cullis ita oculos tegebant, vt alius alium  
comedentem non posset, ita singulorum  
mentia alios latebat.

*Hie. Ziegl.  
de vitis il-  
lustr. Ger.*

19. *Albertus Magnus* Philosophus doctiss  
Episcopatum Ratisponensem consecutus es al  
num superiorum Pontificum luxu concorsum  
breui dissoluit, Parsimonia loco amplissimi ve  
galis vsus.

20. S. Hier. Ep. 4. Clericorum profusio  
fit: Noui, ait, genera & nomina piscium & ciborum  
raritas ac nouissime damna ipsi delectant. Delectat  
ait, damna, quoniam interdum etiã eiusmodi  
non tam sapore ipso, quam sumptu commenda  
tur, idq; magis placet quod pluris consistit. Q  
tanta ciborum abundantia? tam multa com  
menta, tamque varia gulæ lenocinia?

21. *Pius II. Pont.* Mediocri cibo vti solent  
non lauto non delicato, eoq; semper fuit con  
tus, quod apponebatur quodcumq; esset, vino  
ro parcissime fuit vsus eoque bene diluto.

Omnia certe pericula quæ aliis ex intempe  
tia luxu & delicijs Clericis quoq; impendunt  
Ratio obruitur & obscuratur, & grauatur com  
& ebrietate, vt enim terræ vapores & exhalatio

*Luc. 20.*

nes solis lumen caligine quadam offundunt, ita hæ ventris exhalationes crassa & concretæ animi lumen eripiunt, vt ad cœlestia cogitanda sæpe etiam ne ad humana quidem vlla ex parte idoneus sit.

2. Appetitus etiam vsq; eo effertur insolentia & contumacia vt à ratione desciscat, ex quo fit vt motus & perturbationes, quæ in hac animæ parte existunt (cupiditas, amor, odium & reliquæ) insolentescant & fiant indomitæ, vt ijs resisti nō possit, & mentis obedientia abiecta eam captivā trahant, & rapiant, impellantq; quo volunt. 3. Si corpus *Pf. 48. ho-* impinguatū fuerit necesse est recalcitrare, vt fiat *mo.* sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Vt hæc omnia mala ex delitijs & mollitie oriūtur, sic contra temperantia animum acuit ad cœlestia penetranda, ad gustanda diuina, appetitum eiusq; motus comprimit, sedat iracundiam, cupiditates mitigat, affectus deniq; omnes edomat, vt vel nō infesti sint, vel si interdum insurgant nullo negotio subigantur. Postremo ipsos corporis insolentiam frangit, vt se aduersus rationem commouere non possit, sed in eius sit ditione ac potestate. *Hom. ss. ad* S. Chryf. ait: Vilem tenuemq; mensam esse ma- *pop.* trem sanitatis, vt contra saturitas mater est ægritudinis atque infirmitatis morbosque parit quibus nulla ars medicorum mederi potest. Adiu- git eam quidem quæcunq; sit voluptatem non nisi ad linguam & guttur prouenire, infra vero nihil sentire delectationis, sed potius multum molestiæ, onerato ventre & capite grauato.

*Templa (seu ædes sacras) vel edificare  
reficere, vel facta tecta con-  
seruare.*

**A** Rist. 4. Eth. c. 2. de magnificentia dicitur  
esse dicit quæ fiunt ad templa extruenda, & orna-  
mentaria iis offerenda, & omnino quæ cum impenduntur ad publicam utilitatem & ornatum.

Card. Farnesius dignum familia, & magnitudine sua Templum Iesu Dei filio præmia ædificantium & exornantium templum in Triumpho.

*Templa deuotissime frequentare*

*Li. 3. vita I.  
c. 12.*

**D**. Dominicus nullam fere aliam ecclesiam ad conclaue Domini sui se recipiebat, & orationi, gemitibus, & suspiriis se dabat ita se angelis Christo (in SS. Euch.) presentibus adiungebat.

*Dan. 7. v.  
20. millia  
c. 6.*

2. B. Franciscus Borgias prius dux Galliarum Magnas Hispaniæ, postea seruus Iesu Christi tertius Societ. Iesu generalis septies quatuordecim annos in

in Ecclesia Domino presentabat, & pro 7. donis Sp. S. semel dominicam orationem & saluationem angelicam fundebat in honorem 7. effusionum sanguinis Domini. 1. in honorem sanguinis effusi in circumcissione & petebat donum sapientie & virtutem castitatis. 2. In honorem sanguinis effusi in horto & petebat donum intellectus & virtutem abstinencie. 3. In honorem effusi sanguinis in columna & petebat donum scientie & vinculum charitatis. 4. In honorem sanguinis effusi in coronatione spinarum, & petebat donum timoris, & virtutem humilitatis. 5. In hon. &c. in fixura manuum, & petebat donum consilij & virtutem misericordie. 6. in hon. in fixura pedum & petebat donum fortitudinis & virtutem perseuerantie. 7. in hon. &c. ex vulnere lateris, & petebat donum pietatis, & virtutem patientie.

SIGNVM CXCII.

*Traditionem Apostolorum fideliter conseruare, eaque omnem hereticorum pertinaciam infringere.*

1. **I**renæus Episc. Lugdunensis: Maxima, antiquissima & omnibus cognita, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundata & constituta Ecclesie, eam quam habet ab Apostolis traditionem & annunciata[m] hominibus fidem, per successiones Episcoporum prouenientem vsq[ue] ad nos, in licites, confundimus

*Lydius lapis discriminas admixta metalla ab auro. Potentissimum telum aduersus hereticos.*

Ddd 4 omnes

omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placitiam malam vel vanam gloriam, vel per cecitatem & malensententiam, præterquam oportet colligunt. Ad hanc causam Ecclesiam, propter sui potentioris principatum, necesse est omnem conuenire Ecclesiam. hoc est, eos qui sunt vndique, fideles, in qua semper ab his qui sunt vndique, seruata est ea quæ est ab Apostolis traditio. Hæretici prouocans ad omnem antiquarum Ecclesiarum, potissimum Romanæ ab Apostolis manentem traditionem, hæreses omnes proferunt.

*De præscr.*  
c. 6. 20. 21.  
32.

*V. Baron.*  
*An. Chr.*  
246.

2. Tertullianus Presbyter etiam prouocat ad Ecclesias Apostolicas & sic infert: Constat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Apostolicis Ecclesiis, matricibus & originalibus fidei conspiceret, veritati deputandum, id sine dubio tenentem quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo Christus à Deo suscepit: reliquam vero doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ lapsa contra veritatem Ecclesiæ, & Apostolorum Christi, & Dei.

3. Cum sub Pont. Maximo Stephano grauissima esset mota quæstio de hæreticis ad Ecclesiam redeuntibus sintne illi baptizandi, emicuit plane quanta in Petri successore esset auctoritas cum nullis alijs ferme armis, quam maiorem traditione vallatus, omnium ferme Orientalium & Occidentalium imperum sustinuerit Episcoporum, vndique valida conferim iura ex diuinis scripturis vibrantium, quoniam firmissimos iectus vnus ille semper obiectus clypeus traditionum excepit, atque reiecit, reddiditque

profus inanes. Hinc Vincentius Lir. contra hæ. ca. 9. ait hunc Stephanum Pont. ad Africanas Ecclesias scripsisse: *Nihil innouandum. nisi quod traditum est* (seruetur) intelligebat enim Vir sanctus & prudens, nihil aliud ratione pietatis admittere nisi vt omnia qua fide à patribus suscepta forent, eadem fide filii consignarentur, nosque religionem non qua vellemus ducere, sed potius qua illa duceret sequi oportere: idque esse proprium Christianæ modestiæ & gratitatis non sua posteris tradere sed à maioribus accepta seruare,

## SIGNVM CXCIII.

*Venationes illicitas execrari.*

SYnodus Trident. sessi. 24. De reforma. ca. 12. præcipit clericis vt *ab illicitis venationibus, aucupis, choreis, tabernis, lusibusque abstineant, atque morum integritate polleant.* Illicitæ autem sunt venationes clamosæ, nam si sine clamoribus & magno strepitu instituantur causa recreationis vel necessitatis (quando feræ noxiæ sunt alienis agris vineis vel hortis) licitæ sunt vi. P. Busæum de statu Cleric.

## SIGNVM CXCIV.

*Constanter veritatem & liberrimæ equitatem tueri.*

I. CVM Card. Contarenus magna auctoritate *Platus de offi. Card. c. 28.*  
& libertate in dicendo esset vsus in ma-  
Ddd 5 gna

gna quadam causa quæ inter duas principes familias agitabatur, atque ipsum quoque Pontificem valde attingebat, ac deinde gratiæ illigerentur, respondit nihil esse opus quod enim egisset,

*Ne motus  
illud.  
Veritas o-  
dium pa-  
rit.*

sic sui gratia egisse. Tantus est integritatis & innocentia splendor apud omnes homines ut in quocunque ea sit eum amabilem reddat, atque etiam hostem conciliet homini.

3. De *Iacobo Sadoleto* hoc traditum est cum à Paulo III. factus est Card. nihil propius fuisse quam ut Cardinalatum recusaret, sed amicorum consilio & hortationibus victum, admissit tandem, verum hoc illi fixum ac statutum fuisse, ut nihil aliud unquam propositum haberet, quam Reip. Christianæ commodum & Dei vniuersi honorem.

Quare ita accepimus eius semper sententias liberrimas fuisse plenasque dignitatis. Nec tamen id eum minus gratum pontifici reddidit, sed potius gratiorem, quæ eum novis auxiliis, honoribus, & nominatim Gallica legatione.

4. *Nicolaus Fliscus* Cardinalis cum se Iulio II. tum in eius electione tum deinde in ipso pontificatu sæpe ut res poscebat opposuisset, & quædam acerrime, tamen tantum abest ut damnum ullum receperit ut insuper ab eo ditatus sit reddidit septem milliam aureorum, quin etiam tanto in pretio habitus ut scriptum sit consecratam esse communem hominum opinionem, non potest Cardinalem non amoris à pontifice etiam non bono. Antiqui philosophi opes & voluptates

corporis alpernati sunt vt ad veritatem & sapien-  
tiam sectandam essent expeditiores.

Quot vero concionatores pro veritate mor-  
tem subierunt? *Isaias* post multas conciones ha-  
bitas in duas partes sectus occubuit. *Hieremias* Hoc est cō-  
post carcerem & cathenas lapidibus obrutus, E-  
*zechiel* occisus, *Amos* veste per tempora transfi-  
gure san-  
gine Eu-  
angelium.  
gure. *Michaas* precipitatus interiit. *Apostoli* omnes  
post tot labores, post tot peregrinationes, post  
tam varias persecutiones Christo adiuncti sunt  
in cruce ac variis tormentis. *Hieremias* dicitur. c.  
1. Dedi te in ciuitatem munitam, &c. & *Ezech.* 3. Dedi  
faciem tuam via lentiore, &c.

## SIGNVM CXCIV.

*Vestes modestas amare, & simplici cultu ince-  
dere, seu vestitu non eleganti, compto,  
& pretioso, sed vulgari corpus  
exornare.*

1. **C**VM *Macharius* ille *Alexandrinus* vna cum *P. Platina*  
*Caltero Machario* Nilum transmissurus *li. 2. de bono*  
*Naum* conscendisset, vterque pannis oblitus, *status reli-*  
habituque despiciato, eademque *naui* duo quoq; *giosi c. 1.*  
tribuni veherentur cum maxima pompa equo-  
rum, famulorum, aurearum vestium, alior ex his  
Dei famulos conspicatus sedentes in angulo: *Bea-*  
*tivos*, inquit *qui mundum illuditis: cui Macharius*, nos  
*quidem mundum, Vos autem mundus illudit. Quo* ille  
tam breui dicto ita compunctus & quasi illumi-  
natus est vt domum reuersus statim omnib. quæ  
habe-

habebat distractis monasticam vitam secutus sit. Fecit quod Bernardus (ecce nos reliquimus omnia) consulit, melius esse hec terrena relinquere, quam ab illis relinqui. Idq; vere intellexit quod Greg. (18. mor. 12.) scriptum reliquit. *Diu cum nostris rebus durare non possumus, aut illa nos viuentes quasi deserunt pereundo.*

*P. Platus  
li. 2. c. 28.*

2. *Eugenius III. Pontifex.* Cum Pontificiis vestibus exterioribus fulgeret, interius tamen semper monasticum habitum retinuit, laneam tunicam & cucullam, in qua etiam cubabat. Foris hominum oculis pontificis maiestatem, intus Dei oculis religiosam humilitatem perpetuo exhibebat. Quin etiam lectus tamen si purpureis cortinis aureisque fulcris ornatus, tamen ex puris paleis duroque stramine fait. De hoc confulat Epist. 236. S. Bern. ad omnem Romanam curiam.

*Circiter  
An. M.C.L.*

3. *Bonifacius* (Romualdi discipulus) regio ortus sanguine (Ochonis 3. Imp. propinquus itaq; ei charus vt animam suam eum appellare solebat) à Pontifice gentis Ruffiæ Archiepiscopus institutus, nihil tamen de pristino vestium & inedie rigore remisit: quin imo cum nudis pedibus equitaret, tanta erat vis frigoris vt ex equo descendens congelatum pedem à subhærente ferro uellere non posset, nisi aqua calida superfusa. Cui ad barbaram Rusorum gentem venisset, Christi que legem Regi prædicare cœpisset, creditus est primum ab eo, victus quærendi causa, nota commenta circumferre. Verum cum multa munera quæ ei obtulerat, constanter recusantem, insuper etiam per medios ignes transeuntem vi-

*Ingentes  
fructus nu-  
ditatis.*

diffet, non modo cum toto suo regno Euangelium complexus est, sed ipsemet, filio quem habebat hærede instituto, Bonifacij discipulus fieri decreuerat, idque perfecisset nisi Paulo post Bonifacius à Regis fratre impie mactatus esset, quod ipsi quidem bene euenit, atque ex vetere eius desiderio vt martyr fieret, & vineam à se plātatam sanguine irrigaret.

4. *Ioannes Baptista* vestimentum ex p<sup>l</sup>is Camelorum erat contextum, rude ergo & asperum erat indumentum quod Cilicium appellatur. De hoc amictu Paulinus consularis:

*Ioannem pili Camelorum hirtoto tegmine vestiebant.*

*Vestis erat curui feris conferta Cameli  
Contra luxuriam molles duraret vt artus,  
Arceretque graues compuncto corpore somnos.*

*V. Baron.  
An. Ch. 31.*

Adhæc cum in Palæstina Zonis vterentur laneis, Ioannes ex Zona etiam corporis afflictionem pellicea cingebatur. Vnde S. Hierony. vterque (Helias & Ioan. Bap.) Zona pellicea adstrinxit & mortificauit lumbos suos.

*ad Deme.  
Ep. 8.*

4. *Ioannes secessit in solitudinem* pene infans, hominum conuictus & frequentiam bestiarum societate commutans. Credebat enim cum facilius tum esse securius feris obistere quā hominum dementiæ. Quæ solatia habuerit, quibusue in deliciis alitus sit tenerrimus Ioannes & generosis ortus parentibus ex Euangelio notum est. Nam locustis & rusticano melle victitauit, in asperis cauernis diutissime latuit, & Camelorum pellibus delicatum corpusculum vestiuit.

*Prodigiōsa  
sanctitatis  
puer.*

5. S. Ia-

De anti-  
quo usu  
vestium  
clericorum  
consulo Ba-  
ron. to. 4.  
an. Ch. 194  
pag. 585.

Baron. to. 6  
an. Ch. 158.

5. S. Iacobus lineum habuit amiculum, minus  
quam attonus, nec oleo unctus, nec balneo usus.  
Hinc apud Iudæos in tanta veneratione fuit  
soli permissum sit sancta sanctorum intrare, &  
Deo laudis sacrificium pro populo offerre. Ege-  
sip. li. 5. Euseb. li. 2. c. 23.

Ad imitationem autem primi huius Ecclesie  
Hierosolymitanæ Episcopi qui sordone tantum  
simplici induebatur S. Iacobi fratris Domini, &  
in ipsius domini in eo loco Crucifixi memoria  
factum est ut Hierosolymitani Episcopi hanc  
circumspecte vestiti incederent, sed viliori habi-  
tu quam illis Ecclesie Clerici.

6. S. Iohannem etiam Euangelistam sordone  
amiculum Hierosolymis aliquando fuisse  
constat. Bede in ca. 14. Mar. 7.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

Serm. de  
vita cleri-  
Sabel le. 2.  
c. 8.

7. S. Augustinus Episc. veste non magis com-  
magisque ambitiosa quam illi quibus preerat vi-  
voluit. Si quis elegantiosem sibi dono offerret  
acceptam venum iubebat dari, ut pecuniam in-  
exactam cum aliis communicaret. Vestimenta  
ait possidius, & calceamenta, vel lectu alia ex ma-  
to & competenti habitu erant, nec vitula nimium  
abiecta plurimum.

In vita.

8. S. Bernardus Abbas veste quidem satis vilis  
nimium squalenti usus est, ac dicere solitus, ni-  
nicam sordibus obsoletam, restem desidia ar-  
sordis esse, & eius immunditiam incedere  
ad hipocrisim spectare, qua inanis gloria dum  
derur contemni queritur. Quare etiam con-  
silicio latenti sub veste carnem attereret, & illi  
rele-

restitum est ipsum deposuit nec vnquam deinceps asperius indumentum quam ceteri fratres ferre voluit. Idem in declamatione ad verba: Ecce nos reliq. ait: *Res pauperum non pauperibus dare sacrilegij crimen est.* &c.

9. Paulus primus Eremita tunica de palmæ foliis contexta nuditatem textit, hanc tunicam S. Antonius cum defunctum Paulum sepeliuisset habuit in deliciis, non nisi festis solemnibus eam induens, de hac etiam ait S. Hieron: Si mihi Dominus optionem daret, multo magis eligerem tunicam Pauli cum meritis eius quam regum purpuram cum regnis suis.

10. Hilarionem Abbatem accepimus nihil aliud quo corpus suum operiret habuisse præter sacco, ac pellicem ependitem, rusticumque sagam.

11. S. Hieronymus etiam sacco indutus erat quæ <sup>Hieron. c. 3.</sup> Eusebius discipulus eo defuncto accepit, & in honore habuit, tactæ eius valetudinarios curans, & ad vitam mortuos reuocans. Augu. Epi. 206. ca. 2.

12. Tegendo corpori S. Erancisci tunica vna ea <sup>Bonau.</sup> que crassi filii impolitæ que texturæ satis fuit. Nuditatem hanc hyemis tempore calumnianti ac petenti vt sibi guttulam sudoris venderet, respōdit, eam se Christo non hominibus vendere.

13. S. Chrysostomus vehementer in alium <sup>Hom. 50. 17</sup> calceamentorum inuehens ait: <sup>Matt. 1.</sup> *Quam veniam habere poteris, cum neque Vxori, iubente Paulo, pretiosa <sup>Tim. 2. Nā implicat.</sup> vestes permittantur, tu calceos luxuriosissime polias? & cetera.* Et: *Adiumenta sunt vt lutum & omnes terra*

terra sordes audacter conculcemus. Si tu ab huiusmodi  
labe munda cupis calceamenta seruare, cernuibus tuis  
atque capiti connecte.

Langhecr.  
de vita &  
hon. cler. li.  
6. c. 14.

14. Carolus Borromæus Archiep. Mediolanensis  
vestes sacras maxime curaret, suas tamen possi-  
mum interiores negligebat, ita vt aliquando  
habere putaretur præter vnum thoracem & tri-  
par caligarum, nullus ex tota ipsius indumento  
plicas ferebat, aut gladios vel arma ge-  
bat.

15. In Epitaphio Berengarij Ecclesie Andegauensis in Francia diaconi (qui hæresim suam de  
SS. Euch. in Concilio à Nicolao 2. Congregato  
anathematizauit, præbendam suam reliquit &  
in insula S. Cosmi 28. Annos pœnitentiam egit  
mortuus An. 1088.) in huius inquam Epitaphio  
inuenio hosce versus.

Cui vestis textura rudis, cui non fuit vnguam  
Ante sic potus, nec cibus ante famem.

Sur. tom. 3.

16. D. Antonius Archiep. florentinus fecerat  
omnes impudico & meretricio habitu vestitus  
quasi instrumenta Dæmonum ad perdendas  
animas ex templis omnibus sue ciuitatis  
pulit.

Cap. 144.  
Quærant  
potius cul-  
tum cordis  
quam cor-  
poris.

Regula Canonicis in Cõcilio primo Aquile-  
præscripta ait: Canonicis totis viribus elaborandum  
vt & indumenta virtutum habeant interius. & par-  
moderatum cultum caueant de honestate religio-  
gnitatem exterius. Oportet Canonicos S. Scripturas  
auctoritati parere, sanctorumque patrum doctrinam  
vigilanter perpendere, vt humilitatem quam contem-  
plari

stant, actu, habitu, incessu, ipsa etiam equitatione religiosissime demonstrant, plusque velint s. conuersione eximieque moribus quam ornatu vestium fulgere. Si enim more coniatorum in se ornandis nitore vestium, phaleris equorum, ceterisque humana vanitatis rebus abusi fuerint, scilicet ut se similibus uti debere contendant, in quo eorum conuersatio à laicis distare videbitur. Decet porro ut talis sit vestium cultus qui occasione vanitatis careat, & nihil nouitatis, nihil superfluitatis redeat, nihilque reprehensionis aut detractionis habeat. Synodus Carthag. 4. ait c. 45. Clericus professionem suam & habitu, & incessu probet, & ideo nec vestib. nec calceamentis decorem querat.

Synodus VII. An. Chr. 16. Omnis iactantia & ornatura corporalis à sacro ordine aliena est. Eos ergo Episcopos vel Clericos, qui se fulgidis vel claris vestibus ornant, emendari oportet. Quod si in hoc permanserint, epitomio tradantur, omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur elationis habet calumniam: Quemadmodum magnus ait Reg. breu. c. 2. Basilius. A prisicis enim vsque temporibus omnis sacer- 4. tus vir tum mediocri & vili veste conuersabatur. Sed neque ex sericis texturis vestem quis variatam induebat, neque apponebat variorum colorum ornamenta in summitate vestimentorum, audierant enim ex Deifona lingua: Qui mollibus vestiuntur in domo Regum sunt. Syn. Matt. 11. 8. Trid. in decreto de reformatione c. 6. ait: Et si habitus non facit monachum oportet tamen clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, ut per decetiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant. Tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas religionisque contemptus, ut propriam

Eee

priam

pria dignitatem & honorem clericalem pariter  
 dentes vestes etiam deferant publice laicales, pe-  
 des in diuersis ponentes, vnum in diuinis ali-  
 rum in carnalibus. Propterea omnes Ecclesi-  
 cae personae, si postquam ab Episcopo suo etiam  
 per edictum publicum moniti fuerint, honori  
 habitum clericalem, illorum ordini & dignitati  
 congruentem & iuxta ipsius Episcopi ordina-  
 tionem & mandatum non detulerint per simu-  
 lionem ab ordinibus, vt officio & beneficiis  
 fructibus, redditibus, & prouentibus ipsorum be-  
 neficiorum, nec non si semel correpti deinceps  
 hoc deliquerint etiam per priuationem officio-  
 rum & beneficiorum coerceri possint & debent  
 secundum constitutionem Clementis V in con-  
 cilio Viennensi editam.

*De offic.*

*Card. c. 15.*

Cardinalibus splendorem aliquem & orna-  
 tum & maiestatem permittit P. Platus ne dignitas  
 vilescat. Est enim hoc valde proprium humane  
 naturae vt sensibus moueatur, quia quam diuina  
 anima in hoc corpore viuit propter admirabilem  
 lam coniunctionem, quae est inter vtunque  
 minino necesse est vt velit nolit iis afficiatur  
 per sensus ac praesertim per oculos ingeratur.  
 Quae fuit causa cur Deus ipse animo quidem  
 cipue ac spiritu colere se voluerit, sed praeter  
 ternam etiam quaedam iusserit adhiberi, vt se  
 no captui accommodaret. Itaque in veteribus  
 etiam de vestimentis & ornatu summi sacerdotum  
 multa praescripsit quae omnia praeter mysterium  
 quod continebant eo etiam pertinebant vt  
 admirationem quandam apud populum mouerent.

Nec valet quod obiici possit de Ss. Apostolis, qui nullo eiusmodi externo apparatu, ac potius in <sup>2. Cor. 11.</sup> summa paupertate, in fame & siti, in frigore & nuditate, vt Paulus ait, prælatorum statum cum tanta dignitate tenuerint. Hæc enim fuit certa quædam ratio & illorum temporum propria, cū Ecclesiæ fundamenta iacienda essent, ne orbis conuersio humanæ potentiæ tribueretur. Accedebant miracula quibus sibi venerationem satis superque conciliabant. Num autem cum & hæc signa prodigiaque cessarint, & Ecclesia iam satis fundata, & propagata sit, sine dubio nisi aliquid esset quod hominum oculos caperet, non modo apud rudes & vulgares (qui fere tantum capiunt quantum vident minimumque ratione vtuntur) sed plane apud omnes minor esset reuerentia & auctoritas prælatorum, labaretque in multis Ecclesiastica obedientia, ex quo etiam contemptus sequeretur. Etiam S. Augustinus Episcopalis vitæ exemplar aliquid argenti ad suam mensam <sup>c. 16. p. 3. tit. 21. c. 2.</sup> adhibuisse perhibetur. Vult tamen dictus P. Plautus ne extra modum sumptu & magnificentia procedant Cardinales in domo, in suppellectili, numero & vestitu famulorum, & reliquis B. Antonius inter alia Cardinalium peccata commemorat si nimiam familiam alant. Idem confirmat Aluarus: *Si, inquit, excedant in familia nimis magna, in famulis, in equis, in vestibus pomposis, in suppellectili pretiosa.*

*Recte S. Bernardus de omnibus Ecclesiasticis: Conceditur vt si bene deseruis de altari viuas, non autem vt de altario luxurieris, vt de altario*

Eee 2 super-

*v. locum de diuitiis.* superbas, vt inde compares tibi frana aurea, sellas depi-  
 ctas, calcaria de argentata, varia griseaque pellicea ex  
 collo & manibus ornata purpureo diuersificata. Denique  
 quicquid prater necessarium victum simplicemque re-  
 stitutum de altario retines tuum non est, rapina est, sacri-  
 legium est, &c. Et li. 3. ad Eugen. ponti. Quid sibi vult  
 quod Clerici aliud esse, aliud videri volunt? nempe hodie  
 tu milites, quaestu clericos, actu neutrum exhibent. Nam  
 neque vt milites pugnant, neque vt Clerici Euan-  
 gelizant, cuius ordinis sunt cum vtriusque esse cupiunt, v-  
 trumque deserunt, vtrumque confundunt, vniuscuiusque  
 in suo ordine resurget isti in quo? an qui sine ordine per-  
 cauerunt sine ordine peribunt? aut si summe sapienter  
 Deus veraciter creditur à summo vsque deorsum, nihil  
 inordinatum relinquere, vereor non alibi ordinatum  
 quam vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.  
 O miserandam sponsam talibus creditam parantibus  
 qui assignata eius cultui proprio retinere quaestu non ve-  
 rentur! Et: qui stipendiis quae sufficere debebant modice  
 contenti superflua quibus egeni sustentandi forent im-  
 pie sacrilique sibi retinent, & in vsus sua superbia, at-  
 que luxuria victum pauperum consumere non verentur.

*Ser. 23. in  
 Cant.*

*Ser. 33.*

Et cum persecutiones quasdam Ecclesiarum  
 stitissimas descripsisset, hanc vnam describit v-  
 ranium maximam, quando, inquit, Ministri Christi  
 sunt & seruiunt Antichristo. Honorari incedunt à  
 bonis Domini qui Domino honorem non deserunt. In  
 splendida mensa, & cibus & scyphis: inde comestiones  
 & ebrietates: inde redundantia torcularia, & prae-  
 tuaria plena, eructantia ex hoc in illud, inde dila-  
 mentaria, inde referta marsupia. Pro huiusmodi viciis

esse & sunt Ecclesiarum Præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi, intestina & insanabilis est plaga Ecclesie. & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Et: intueri quomodo incedunt, nitidi & ornati, circumamicti varietatibus tanquam sponsa procedens de thalamo suo. Vnde vero hanc illis exuberare existimas rerum affluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriam, congeriem vasorum argenteorum & aureorum nisi de bonis sponsa? inde est quod illa pauper & inops & nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida exanguis. Propter hoc non est hoc tempore ornare sponsum, sed spoliare, non est custodire, sed perdere, non est defendere, sed exponere, non est instituere, sed prostituere, non est pascere gregem sed mactare & deuorare.

Hæc & plura alia de hoc argumenta multis in locis S. Bernardus adfert. Concilium Tridenti. *Sess. 25. c. 7.* de Episco. & Card. sanxit vt modesta suppellectili, & in mensa frugali victu contenti sint, & in reliquo vitæ cultu, atque in tota domo nihil appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei ælum, & vanitatum contemptum præ se ferat. Externam amplitudo auctoritatem quidem & reuerentiam *Intra fines conciliat, sed habet ea res modum suum, ex de- te contine.* coro personæ, qui modus si transeat, non tantum non conciliatur auctoritas sed potius im- *d. 41. pen-* minuitur. Concilium Carthaginense ait: Episcopus *Noli tran-* vilem suppellectilem, & mensam & victum pauperem silire *sines.* habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide & vitæ me- *ritis* quarat.

Ecc 3 Hæc

Hæc est, ait P. Platus, via certissima & optima  
venerationis acquirendæ inter homines, si vir-  
tus emicet, si integritas, si grauitas, religio, & pie-  
tas ita emineat vt ab omnibus conspiciatur. De  
magno illo *Nicolao Myrensi* Episcopo ita tradi-  
tum est, cum Episcopus esset factus, cepille et  
veste etiam vilidri, & neglectiori quam antea so-  
leret, in qua nullus omnino esset nitor, aut fulgur  
sed caligatæ potius humilitatis & modestiæ si-  
gnificatio. Et tamen tantum abfuit vt ea res ali-  
quid detraxerit de opinione, vt etiam multum  
auxerit.

*Imitare  
clericos  
frugi.*

*Cardinalis Borromæus* omnem suppellectilem  
alicuius pretij, conopææ, aulææ, aliaque eius ge-  
neris abs se remouit. Vestibus vt batur externis  
quidem vt Cardinalis, interioribus vero et  
simplici panno & tela, quin etiam cubicularis a-  
mictus ex panno erat cineritio, rudi & crasso, qui  
ipsam vestem quatuordecim totis annis non  
mutauit.

Quid hæc & multa alia quæ constanter ad  
mortem vsque seruauit de eius celebritate im-  
minuerunt? potius multum addiderunt. Nam  
qui hæc speciosa habent multi sunt, neque id vir-  
tutis est sed copiarum, quæ etiam in insipientem  
cadere possunt & sæpe cadunt. At vero illa spe-  
nere sapientiæ est, ideoque admirationem potius  
& commendationem parit.

*3. doct.  
Christ. c. 22*

At inquis quæ forma mediocritatis tenenda  
est? S. Aug. ait: *Quisquis rebus pretereuntibus  
alius vitur quam sese habent mores eorum, cum quibus  
viuit, aut temperans aut supersticiosus est. Quisquis*

sic eis vitur vt metas consuetudinis bonorum inter quos  
versatur excedat aut aliquid significat aut flagitiosus  
est. In omnibus enim talibus non vsus rerum sed libido  
vtentis in culpa est. fieri enim potest vt sine aliquo vitio  
cupidinis vel voracitatis preciosissimo cibo sapiens vta-  
tur, insipiens autem foedissima gula flamma in vilissi-  
mum olus inardescat.

Clericalis habitus grauitatem, & illis, V. lo-  
cum de familia, ipsis clericis maioris modestiae  
necessitate in quendam imponit. Velim omnes  
ponderare illud S. Bernardi: Cur carnem tuam pre-  
tiosis rebus impingues & adornas quam post pau-  
cos dies vermes in sepulchro sunt deuoraturi? &  
animam tuam bonis fidei operibus non adornas  
quae Deo & Angelis eis praesentanda est in iudi-  
cio? cur animam tuam vili pendis & ei carnem  
praeponis? dominam ancillari & ancillam domi-  
nari magna equidem abusus est. Tanta, ait, S. Hie-  
ron. debet esse scientia & eruditio Pontificis, vt & gres-  
sus eius & mores, & diuersa vocalia sint, veritatem  
mente concipiat & toto eam habitu resonet & ornatu.  
Et: Sunt quidam mei ordinis quibus omnis cura est de  
vestibus, si bene oleant, si pes laxa pell. non solleat, cri-  
nes calamistri vestigio rotantur, digiti de annulis ra-  
diant, & ne plantas humidior via spargat vix imprimant  
summa vestigia. Tales cum videris sponso magis existi-  
mato quam clericos. Et ad Nepot. de vita Cler. Or-  
natus & sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum  
delicias, alterum gloriam redolet. Vt etiam ad Eu-  
stoch. scribit: nec affertur sordes nec exquisitae  
munditiae conueniunt Christiano.

Ecc 4

Ad

V. Locum  
de familia.Ouid. Sint  
procul à  
nobis iue-  
nes vt fœ-  
mina culti.Ep. 128. ad  
Fab.

Ad Oceanum Ep. 80. ait : comunt le vestibus  
& munditiis corporis, cum omnis istiusmodi oc-  
natus & cultus sordibus fœdior sit.

1. Pet. 3.

S. Greg. hom. 6. in Euang. inquit : Nemo existens  
in luxu neque studio pretiosarum vestium peccatum do-  
esse, quia si hoc culpa non esset nullo modo Iamnen  
Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si cultus  
vestium culpa non esset, nequaquam Petrus Apostolus per  
Epistolam feminas à pretiosarum vestium appetitu com-  
pesceret quasi dicat, quæ culpa est viros hoc appe-  
tere, à quo curavit Pastor Ecclesiæ & feminas  
prohibere? Zacharias Papa in synodo Romana c.  
3. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, secularibus indumento  
non utantur, nisi ut condecet tunica sacerdotali (talar-  
ri) &c.

Leo IV. in Synodo Roma. ca. 12. sine ornatu sacer-  
dotali extra domos sacerdotes apparere non conuenit,  
&c.

S. Bernardus in Exod. li. 3. de confid. non dubita-  
uit arguere summum Pontificem Eugenium  
quod neglexisset obseruationem legum de ha-  
bitu Clericorum in Synodo Remensi latarum.  
Falleris si teneri, putas, si non putas ipse peccasti, aut pe-  
tuens que non tenerentur, aut que non tenerentur dis-  
mulans : præcipimus iuste, ut tam Episcopi quam  
clerici neque in superfluitate seu inhonesta ve-  
rietate colorum aut fissura vestium intuentium  
(quorum forma & exemplum esse debent) offe-  
dant aspectum, sed potius ita in suis actibus emen-  
ta condemnent & amorem innocentie conser-  
uatione demonstrent, sicut dignitas exigit ordi-  
nis Clericorum.

Quid

Quod si moniti ab Episcopis suis intra 40. dies non obtemperauerint Ecclesiasticis beneficiis eorundem Pontificum auctoritate priuentur. Episcopi vero si præfixam pœnam irrogare neglexerint, quia inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentisque rectores tam diu ab officio Pontificali abstinêat donec pœnam à nobis constitutam Clericis sibi subiectis imponant. &c.

Luxus vestium interdictus, sed non restrictus pœna dictata, sed minime secuta est. Idem term. i. Supermissus est alloquens Monachos ait: *In habitu non iam calor, sed color requiritur, magisq; cultui vestium quam virtutum insistitur, &c.*

Sanctus Ambrosius de dignitate Sacerdotali capite quarto ait: Apostolus non carne Episcopum, sed mente docet esse ornatum, vt ille Sacerdos placeat Deo qui animam habuerit compositam Deo. 1. Tim. 3.  
Tit. 2.

Sanctus Augustinus ad Ediciam Epistol. 199. dicit fuscam vestem suo tempore fuisse insigne continentiam profitentium. Cassianus libro 1. de vestibus cœnobiorum ait: Monachos vt cucullis vt sciant infantilem simplicitatem sibi imitandam esse, iuxta illud Matt. 18. v. 4. Nisi efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum.

Carolus Borromæus Cardin. in tractatu de ratione administrandi sacramentum confessionis docet: Quando propter ornatum & luxum in vestitu, factumque animi ingentem plerumque mortaliter peccetur his fere verbis, i. Primo

Eee s mor-

mortaliter peccat si quis vestitu splendidiore inducitur (veleose ornat) ob finem peccati mortalitatis. 2. Qui vestimenti sumptuosi gratia, vel ipse delinquit, vel si alij eius nomine præceptum Domini vel Ecclesiæ transgrediuntur, ita ut vestis non conficiatur festis diebus Sartori operandum sit, vel ipse faciat eum operari, aut crucum missæ officium omittere, vel ut alij omittant præbetur ab eo occasio. 3. Si causam præstat coniugi, iisque ad quos spectat eius sustentatio, ut plus quam privatae opes ferunt in vestitum impendant. 4. Si prævidet, ut merito debet prævidere, aut saltem probabiliter dubitat, quod odia vestium causa gignantur, dissensionese in ædibus fiant, vel quod indumenti causa coniux aut aliorum quispiam blasphemias euomat, aut lucra illicitosque contractus exercent. 5. Si ornatus causa non sine peccato mortali superseadeat eleemosynis necessariis, aut legata pia non exequatur, aut familia quibus obstrictus est complere negligat. 6. Si pro veste mercedem operariis denegat solvere vel differt, aut ære alieno sic se obruit, ut cum tempore soluendo non sit futurus. 7. Si ut se splendide vestiat detrimentum proximo notabile infert, vel ita se exhaurit ut filias cum ad ætatem nubilem peruenerint, in matrimonio collocare non possit, quia ex re magna damna solent existere. 8. Si prudenter colligi possit (repetit si quis supra quam suæ copiae fuerint intumescat) quod non mediocria peccata similiaque

quæ dicta sunt inde prodibunt, aut dubitatio  
 verisimilis habeatur quod accidere possint. 9. Si  
 ornatus ad lasciuiam pertrahat & ad inhone-  
 stum amorem sollicitet. 10. Si per se quidem eo  
 non adducat, eo tamen indutus suspicetur occa-  
 sionem ex eo ornamento datum iri certæ per-  
 sonæ, vt illum inhonesto amore prosequatur,  
 vel ne sic accidat probabiliter timeat. 11. Si quem  
 ex sumptuosis quibus incedit vestibus per occa-  
 sionem misere salutem perdere conspiciat, ta-  
 men eum non studeat deponere.

Dionysius Richelius ait de vita Ecclesiastic.  
 artic. 11. *Vir aut mulier se ornans, & suo ornatu in se  
 hominum oculos prouocans, etiamsi nullum malum  
 inde sequatur, tamen æternum supplicium patietur,  
 quia venenum præbuit si fuisset qui biberet, &c.* Ergo  
 Clericus spiret virtutem, non oleat vnguen-  
 tum.

## SIGNVM CXCVI.

*Virtutem cum eruditione con-  
 iungere.*

1. **F**erdinandus Castellus Centuria 1. de Historia  
 Dominicanorum: *Expedi, inquit, in pri-  
 mis, vt qui sapientiæ huius (Theologiæ) studis sese  
 dat, eo cogitationem intendat, vt non tam discat, quam  
 vt operetur. Cum enim hæc studia suauissimum man-  
 na pluant ac stillent quo mentes saturantur &  
 ad virtutes solidas alliciuntur, exercitant semper*  
 nouos

uos (vt ita dicam) gustus de Deo, quibus sic pascuntur  
 vt nunquam fatigentur. Neq; enim fieri potest vt Deus  
 fatiget aliquem cui in corde is ipse sit Deus, &c. Sancti  
 Theologi orationibus, lectionibus, laboribus, ieiunijs, lacry-  
 chrymis, solitudine curarunt vt quicquid addidisset  
 suis mentibus restaret infixum, cumq; animas suas me-  
 gis diligere quam scientias docti simul & sancti ex-  
 debant, prudentes & probi, litterati & humiles. Sapientia  
 enim supernaturalis qua non ita tractatur gignit  
 animis vanitatem, nec aliud quidquam parit, quam  
 mala conscientia sit accusatrix & restis. Scriptum est  
 rem: Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non sciens  
 vapulabit multis, &c. V. Lud. Granat. 2. par. 2. de orat. & medit. & Ant. Poileu. Bibl. selecta. li.  
 3. c. II.

2. S. Chrysol. lib. 6. de dign. fac. ait: Eum qui pro  
 omni ciuitate (quid dico pro ciuitate? immo pro vniuerso  
 mundo) legatione fungitur, & deprecatur inquit  
 omnium propitium Deum fieri, non solum viuorum, sed  
 etiam mortuorum qualem putas esse debere? Ego quidem  
 Moyse & Helie confidentiam huic non puto supplicem  
 posse sufficere. Sed ut enim cui sit commissus vniuersus  
 mundus & qui sit pater omnium ita accedit ad Deum  
 & crans extingui quicquid vbiq; pugnarum est, dissipatis  
 multus, placari omnia, & tam priuatis malis, quam pu-  
 blicis imponi finem. Itaq; tantum prestare debet  
 peccator virtutis eminentia quantum praecellit & quod  
 distat officio. Cum vero etiam Sp. Sanctum aduocaret  
 & reuerendam illam immolauerit hostiam communitatis  
 que omnium Dominum subinde contigerit vbi illam  
 mihi) nostra aestimatione ponemus? Quantum eius  
 splendore poscimus & quantam religionem? Expecta

enim quales oporteat eius esse manus tantarum rerum  
 ministras, qualem linguam talia verba fundentem? Et  
 Hom. 43. ad 23. Matth. Malus Sacerdos de sacerdotio  
 suo crimen acquirit, non dignitatem, &c. Hom. 3. in  
 acta: Non arbitror inter Sacerdotes multos esse  
 qui salui fiant, sed multo plures qui pereant, in  
 causa est quoniam res excelsum requirit animum  
 multas enim habet causas quæ depellant ipsum à  
 suis moribus & innumeris oculis illi opus vndi-  
 que. Non vides quam multas res oporteat ad e-  
 piscopum ut sit appositus ad docendum, ut tole-  
 rans malorum, ut tenax sit & fidelis in doctrina  
 sermonis. Quantæ hoc difficultatis? & quod alij  
 peccant illi imputatur. Si bene viuendo & bene  
 docendo populum doces quomodo viuere de-  
 beat: Bene autem docendo & male viuendo  
 Deum doces quomodo te debeat condemnare.  
 Et Greg. de cura pastorali pa. i. c. ii. Cum in qui displi-  
 cet ad intercedendum mittitur irati animus ad deterio-  
 ra prouocatur. D. Alexander Papa & Martyr. Quan-  
 to Sacerdotes meliores & digniores fuerint, tanto faci-  
 lius in necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur.  
 Greg. Naz. in Apologetico: Ut etiam se aliquis (E-  
 piscopus) ab omni peccati labe purum tueatur, aut ad id  
 certe quam proxime accedat, haud tamen scio id ne ei  
 sufficiat, qui alios ad virtutem erudire parat. Neq; enim  
 ab eo cui hæc cura commissa sit hæc solum requiritur, ut  
 à vitis alienus sit (quod subditorum quoq; plerisq; tur-  
 pissimum esse censetur) verum etiam ut virtute praece-  
 lat, iuxta illud scripturæ præceptum, quo declinare à ma-  
 lo & bonum facere iubemur. Nec satis habere vitiosas a-  
 nima formas obliterare, nisi meliores quoq; notas ipsis  
 sub-

Ep. 2. 68.  
 ipsi sac. 1. q.  
 1.

substituatur, ut aq; integritate magis quam dignitate  
auctoritate præstet, nec modum sibi vllum honeste vici  
di atq; in virtute progrediendi consuetat.

Decet certe Clericum cum omnem tum eum  
qui munere concionandi fungitur, sinceris &  
incorruptis moribus esse præditum, & omni vi-  
tutum splendore esse insignem & ornatum, quippe  
qui in loco superiore positus in omnium sit oculis.  
Decet eum habere animum ab omni cupiditate,  
ira, odio, ambitione, avaritia expurgatum, &  
in peruersas cupiditates ita dominatum tenere,  
vt cum magna mentis tranquillitate ac libertate  
alios ad virtutes instituere & vicia reprehendere

*Serm. 18. in Cant.* possit. *Quanta*, inquit, S. Bernardus, *in*  
*da sunt vt effunderè audeamus, de plenitudine, non de*  
*penuria largientes? compunctio deuotio, patientia*  
*labor, pietatis opus, orationis studium, contemplatio*  
*otium, plenitudo dilectionis. Idcirco nos, inquit Sanctus*  
*Hom. 10. in 2. ad Tit.* Chryostomus, *elegit, vt simus quasi luminaria,*  
*veluti fermentum euadamus, vt magistri exterorum,*  
*ficiamur vt veluti angeli cum hominibus versetur, vt*  
*tanquam viri cum pueris, quasi spirituales cum animalibus.*

Eos quorum mores & vita verbis & officio  
respondet, grauissimæ pœnæ manent. Legati  
sunt, quid ergo pœnæ merentur si fidem fallant?  
Si lædant eum à quo sic honorantur? Sunt in Ec-  
clesia loco oculi ac dentium, quare non possunt  
sine iactura totius corporis lucem vltro abijcere,  
vel in cibis parum salubribus occupari. Sunt in-  
strumenta ad conuertendos populos, si curam  
influentis gratiæ diuinæ impediunt, si sanguinem  
Christi

Christi inutilem reddant, si æterna salute priuent quos potuissent saluare, quantum denique crimen est: *Næ* Scribarum & Phariseorum imitatoribus qui alligant onera graua & importabilia & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere, qui dicunt & non faciunt, imo contra quam dicunt faciunt. Hi Achitofeli & *Vriæ* similes sunt, ille disposita domo sua laqueo se suspendit, aliis consulens seipsum negligens, tales qui consilio & doctrina alios ita uant, seipsos perdunt. alter Epistolam deferebat, suam mortem & exitium continentem. S. Chryf. *Si bene vixeris, ait, & bene docueris omnium iudex es, si autem bene docueris & male vixeris, tui solus condemnator es.* Ven. Beda ait: *Sicut pastores qui bene administrant bonum gradum sibi acquirunt & Presbyteri qui bene præsumt duplici honore digni habentur, ita qui officium docendi sibi indoctus & ineptus vsurpare tentauerit, vel Christi doctrinam non sincere annuntiauerit maius iudicium damnationis meretur, quam si solus in suo scelere periret.*

Nisi Clerici thorace fuerint induti virtutum sapientia rerum sacrarum nunquam erunt digni, ea enim in animam maleuolam non introibit. *Impossibile est, ait Cass. immundam mentem donum scientiæ spiritualis adipisci. Nemo enim in vas fætidum atq; corruptum unguentum aliquod nobile, aut mel optimum, aut pretiosum liquoris infundit, &c.* Christus amicis arcana sua reuelare se dixit. Syr. cap. 15. ait: *Qui continens est iustitiæ apprehendet illam (Sapientiam) &c. Cibabit illum pane vitæ & intellectus. & aqua sapientiæ salutaris potabit illum &c. Exaltabit illum apud proximos suos,*  
stola

*Lud. 12. Seruus qui scit voluntatē.*

*Ro. 1. Cuius Deum cognouit. Qui iudicat, &c.*

*Greg. 31. Mor. c. 11.*

*Ho. 43. in Matt.*

*Pf. 49. Quis retinere enarrat, &c.*

*Ep. 1. ad Tim. c. 3. v. 5.*

*Coll. 14. c. 10. & 16.*

stola gloria vestiet illum, &c. Longe abest sapientia a superbia & dolo, &c.

Emunctoria quæ lucernis expurgandis vni-  
erant Deus aurea esse voluit, quales ergo vult esse  
Clericos ad purganda peccata populi milles.  
Non confundant, inquit S. Hieron. sermonem tuum  
opera tua, ne cum in Ecclesia loqueris tacitus quilibet  
respondeat, cur ergo hæc quæ dicis ipse non faciat. Sacerdos  
Christos, mens, manusq; concordent.

Ep. 2. ad  
Nep.

Apol. 1.

Greg. Nazianzen. malos concionatores multis  
comparat pictoribus, qui lingua pingunt vitia ex-  
pungunt. Ideo, ait, purgari prius debent quam purgan-  
lux fieri & alios illuminare: ad Deum appropinquare  
& ita alios adducere, sanctificari & ita alios iustificare  
prius manibus ducere, id est, exemplo suarum actionum,  
inde consilium dare.

In e. 5. Can.  
S. Paulus  
bonus odor  
sumus.

Hom. 38.  
ad popul.  
Ant.

S. Greg. ait: Quid est quod labia sponsi lilia esse dicuntur? nisi quod illi per quos Christus loquitur necesse est ut mundi sint, & per eos bonus odor aspergatur.

S. Chryl. si non habueris opera non tantum loquens non profuisti, sed & potius lesisti: cogita namque quod tu tanta differens non efficias, multo magis ego vana dignus sum.

Nunquam  
bene audi-  
tur qui male  
audit.

Plutarch. (de audit. offic.) & (Gel. lib. 3. c. 1.) referunt Lacedæmonum iudices cum orationem audissent, quam improbus orator habuerat, probasse quidem quæ ille dixerat, sed duplicuisse eis quod malus esset author sequens: idcirco ideoque decreuisse ut alius bonis ornatus moribus eadem repeteret, ne pravi hominis sententia consilium viderentur.

Iustinus in parænetica ad gentes: Nonne

bis, ait, sed factis & operibus res religionis nostra posita sunt.

Magna certe virtus requiritur in Clericis quorum officium est loqui sermones Dei, ut sermones Dei, pro dignitate dispensare mysteria Dei, consummare ac perficere sanctos & reddere omnem hominem non modo innocentem, sed etiam quoad fieri potest perfectum in Christo, & ipsum Christi corpus edificare. <sup>Eph. 4. Eius qui ad alios ad virtutes volūt promouere sitienda est propria perfectio.</sup> Christus erat docens tanquam potestatem habens, & quia Deus erat, & quia quod sermone prædicabat representabat factis, & prius cœpit facere quam docere, & libere obmurmurantibus Hebræis obiecit: *Quis ex vobis arguit me de peccato?* Sanctus Paulus dicebat se pugnare non quasi aerem verberaret, & imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Vtinam de omnibus Clericis dici posset quod Syracides de Onia Sacerdote capite 50. dicit: *Tanquam vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso (virtutum.)*

SIGNVM CXCVII.

*Semper in virtutibus proficere  
velle.*

Sanctus Chryf. hom. 2. in Gen. Si Paulus ait qui <sup>ps. 83. v. 8.</sup> *Stor praeclaris operibus excelluit & quasi Angelus subit de per terram apparebat, quotidie studebat lucrifacere & virtute in pro veritate stare in acie contra pericula, & sibi colligere virtutem. Spirituales merces, & semper progredi, qualem habebimus*

Fff mus

Qui virtutem serit bonam famam merit.

mus nos defensionem qui non solum bonis omnibus operibus destituti sumus, sed & malis grauati, quorum vitium duntaxat in ipsum perditionis profundum detrudere nos sufficeret, nullumq; praterea studium est, vt vel has salutem emendemus?

Sigismundo Imp. Theodoricum Colon. Archiep. roganti quibus medijs felicitatem consequi possit, respondit Episcopus, frustra eam in hac vita quærere. Tum Imp. At illam alterius vite quomodo indipiscar? Si, inquit Episcopus, ita vixeris quomodo admodum calculi aut alterius morbi dolore vexatus, resturum te promittis.

## SIGNVM CXCVIII.

Ex bonis presentis vite conijcere futura vite aeterna.

Aug. solilo. l. c. 21. & in Ps. 85. Sur. Tom. 2

**B**eatissimus Fulgentius Ruspensis Episcopus persecutionem Arianorum fugiens Romam cum peregrinaretur, visa Romani senatus & virtutis Romae gloria, sic ad fratres peregrinationis suae comites, loquitur: Quam speciosa potest esse Hierusalem caelestis, si sic fulget Roma terrestris? Et si in saeculo datur tanti honoris dignitas diligentibus veritatem, qualis honor & gloria prestabitur sanctis diligentibus veritatem?

Tom. 1. P. 1068.

2. S. Porphyrius Gazæorum Episc. cum ex caesa quadam Constant. existens Theodosij iunioris infantuli baptismum ingenti cum pompa & magnificentia celebratum cerneret, dicebat: Scio quod

que paulo post euanescent tantam habent gloriam, quanto magis caelestia, quae parata sunt sanctis Dei?

3. Recte S. Petrus Ep. 2. c. 3. asserit promissiones diuinas quibus regnum promittit aeternum non esse idcirco vacuas putandas quod videantur in longum differri, quia quod nobis longum, Deo est breuissimum, cum mille anni apud eum qui aeternitatem complectitur, sint instar diei vnius, imo instar momenti. Deinde omnem illam moram procedere ex illius benignitate qua omnes ad salutem expectat. Errare vero eos, qui mundum in eodem semper statu perseverare existimant, nam & olim aquis deletum, & in futurum igni delendum reseruari, tunc novos caelos & nouam terram exhibitum iri.

## SIGNVM CXCIX.

*Non vlcisci iniuriam ab aliis  
factam.*

S. Amb. Ep. 25. Non hac, inquit, sola est forma iustitiae, vt nō ladas eum qui te non laeserit, sed etiam illa, vt etiam remittas ei qui te laeserit. Etenim si iustitia virtus est, crimine debet vacare, nec improbitatem improbitati resellere. Quae enim virtus hoc à te fieri quod in altero ipse punias? Contagio ista improbitatis non vicio est. Nihil autem interest cui malefacias, vtum iusto an iniusto cum te malefacere non oporteat. Neq. distat quomodo malignus sis, vtum iusto vindicandi studio an vobis nocendi cum malignitas in vtroq. genere non careat reprehensione.

Fff 2

SI-

## SIGNVM CC.

*Magno zelo negotium salutis animarum  
suscipere, eo peruigilare quasi ratio red-  
denda sit pro animabus mul-  
torum.*

*Heb. 13.*

*Bib. select.  
l. 4. c. 1. 2. 3*

**D**Ecet Clericum in captura hominum ne-  
que maiis vel monstra vel procellas peri-  
mescere. Quia enim apud Deum anima vnus cui-  
timentis magis aestimatur quam mille filij impij,  
qui (ait P. Ant. Possen.) nihil in tota vita sua age-  
ret aliud quam vt hominem vnum accurate vias  
Domini doceret, is certe tanquam angelus Dei  
operam suam vtilissime poneret. Cum autem  
aliquis amicus Dei efficitur nihil non obtinere  
potest à Deo qui voluntatem timentium se facit.  
Qui enim apud principem aliquem gratiosissi-  
mus est, multo plura vnico verbo & momento  
ab eodem, quam reliqui plurimi ne multis qui-  
dem supplicibus libellis ac diuturno studio alle-  
quuntur. Notissimum autem est illud exemplum  
ancillæ Iudææ, cuius vnus opera vti voluit Deus  
vt à lepra Naaman Syrus liberaretur, ac Deus re-  
rus in ipsam perfidiam agnosceretur & cole-  
retur. Noe centum totos annos Arcæ ædificandæ  
ac tantum octo animabus humanis adferendis  
impendit, vnde postea factum est, vt ex inuicta  
patientia paucissimæ illæ animæ totam postea ter-  
rarum orbem instaurarent. Non parum igitur  
pro-

*4. Reg. 5.  
Luc. 4.*

proficit qui paucissimos cum Deo coniungit eos que in tuto collocat.

1. *Christus Iesus* æterna Patris sapientia docuit rationem expectandi, patiendi, & lucrandi animas, dum spinas, flagella, clauos, vulnera & ipsam crucem ostendit, quia his regnum suum fundauit. Exinaniuit semetipsum vsque ad mortem pro animabus nostris saluandis, vt suo exemplo nos doceret omnem iniuriam, omne priuatum commodum saluti animæ vnus posthabere. Idem flagrans zelo vindicandi honoris diuini in profanatione Hierosolymitani templi ementes & vendentes templo exturbauit. Ioan. 2. versic. 15.

2. Cum *S. Iacobus* Apostolus octo solum animas in Gallæcia Christo Domino adiunxisset, per illos denique Gallæcia magnaue pars Hispaniæ conuersa est, & diuinitus factum est, vt cum viuentem Apostolum audire nolissent, ad eius demortui cadauer postea vndique accurreretur, cuius fidem & orationem per tot sæcula implorarunt atque etiamnum implorant.

3. *B. Apollinaris* duodecim annos in Rauennæ suburbis demoratus, terque ad eam ciuitatem rediens, licet denique martyrium subiit, opere tamen inchoata constantissimam operam nauauit.

Quare quod viuens efficere non potuerat, decedens ex hac vita consecutus est. Sic Rauennates per tot sæcula insignem venerantur doctorem & Patronum quem non vno supplicio excruciarunt. Alij vero qui variis & pluribus cru-

ciatibus plures annos fuerunt attriti, sic tamen perseuerarunt in orando ut deniq; feritate deposita ciuitates patientiam eorum admiratae fidem Christi receperunt.

Cum in primitiua Ecclesia fundanda Christus Dominus voluerit ut trecentos ferme annos quicunq; Pontifices maximi fuere, hi pro eius fide martyrium aut varias persecutiones subirent, intelligitur certe non esse ignaui aut commoda vel studia quærentis propria salutis animarum procuracionem.

4. *S. Antonius* Alexandriam veniens breuissimo temporis spatio miram Arianis intulit cladem, quantam fortasse per docti & literati multo longissimo vitæ spatio non intulerunt. Perpicacem diuinæ maiestatis oculus aptiora instrumenta cognoscit & deligit, perq; eos in momento temporis sæpe efficacius agit quam diuturno tempore per plerosq; homines, qui vel sibi vel mundo melius aliis sapere videntur.

*Quia tamen humilitatē amisit, in multos errores miserrime cecidit.*

5. *Niceph.* scribit *Originem* plures atq; ipsius lum genitorem martyres præmisisse in caelum, summosq; labores in conuertendis animabus per tulisse, ita ut è domo in domos, per foramina clam ad fidem piorum fouendam inter summa pericula penetraret.

*Baron. An. Chr. 360.*

6. Cum omnibus Orientis Ecclesiis ex suscepto ab Ariano Eudoxio baptismate innotuisse perfidia Imp. Valentis, Orthodoxi omnes Episcopi, tanquam ad prælium Classico excitati, arma capefcebant, contraq; oēs aduersariorum futuros insula.

insultus se muniebāt, & obfirmabant. Tunc n̄-  
 que oportunū visum est tempus vt duo illa cœli  
 tonitrua *Greg. Naz.* atq; *Bas.* ex eremo ad aenā cer-  
 taminis prodeuntes, in hostes fidei cominus ful-  
 mina verbi iacerent. Primum id obtinuit *Greg.*  
 Pater iam senio prægrauatus, vt sibi ad subeundā  
 senil. bus humeris iam imparem sarcinam filius  
 robustus virib. præsto esset, licet id sæpe ante fru-  
 stra tentasset, illumq; penitus refragantem exper-  
 tus esset. At cum infelix status orientalis Ecclesiæ  
 iam colla erigentibus Arianis, & minas cædēq;  
 spirantibus, tum etiam sacri parentis senectus  
 sub onere pastoralis fatiscens eum, inuitum licet  
 diuq; refugientem ac periculis renitentem, tra-  
 xere tamen è Pontica solitudine Nazianzenum  
 &c. Vbi illam potissimam sibi partem curæ pa-  
 storali arripuit, quæ in Dei verbo prædicando,  
 simulq; hæreticos infectando, veritatemq; Ca-  
 tholicam illustrando versatur, quod & ab eo in-  
 primis oportunitas temporis exigebat, cum hæ-  
 resis Ariana decorata diademate Imperatoris pe-  
 tulans procaxq; gestiret, instar que filia Herodia-  
 dis Saltatricis, non vnius tantum Ioannis capitis  
 dono contenta, omnium Episcoporum Ortho-  
 doxorum sanguinem temulenta sitirer.

*De S. Bas.  
 officiis erga  
 Ecclesiam  
 cōsule Bar.  
 ibid.*

*Amphila.*

7. Cū Ioseph Iudæus medicus Basilium ma-  
 gnum morbo grauitè effectum adiens depre-  
 hensis signis mortis eum vesperi illius diei de-  
 cessurum dixisset. *Quid, inquit, Basilius, si & alte-  
 rum diem superuixero.* Respondit Iudæus se tum  
 Christianum fore. Igitur Basilius non vitæ suæ

Fff 4 in

in terris producendę, sed salutis proximi cupiditate orando à Domino impetrauit exitus dilationem maneq; hora tertia Ianus de seculo confurgens Ecclesiã venit, ac Iudæum tanto miraculo stuporem baptizauit. Et quia sæpe antehac testimonium conuictum scripturarum flectere nequiter dei tantum virtute molliuit, post ad stratum suum rediens statim exspirauit.

*Gal. 4. Filii quos iterum parturio. Ecce comparat se mulieri parturienti ob laborem. Ecce.*

8. *S. Chryf.* Archiepiscopus Constantinopolitanus tam multos labores & molestias, scribens dicendo, & communi bono prouidendo perlit, ita etiam exagritatus est inimicorum insidias, & principum (quibus audacter resistebat) potestate ut in exilio & magnis ærumnis mortuus uocari possit Martyr.

*Absens solus est pro suis ouibus. Ep. 11.*

9. *S. Ignatius* Episcopus Antiochenus cum sub Traiano tyranno, Romam ut penas sumere perduceretur, scribebat ad Ephesios: *Oraui ut meam adducor, nouissimus fidelium eorum qui in me Commendabat etiam suis literis Polycarpo Symoniam Episcopo Ecclesiam Antiochenam.*

*Imago pastoris ouem gestantis. Baro. An. Chr. 216. Luc. 15.*

10. In nascente Ecclesia iussu Clericorum in sacris calicibus, qui diuino ministerio celebrando erant vsui, effigiari consuevit Pastor ouem humeris gestans, quo Sacerdotes ad imitandum sibi esse diuinum illum pastorem qui primus tam eximium pastoralis curę ac clementis specimen edidit. Neque solum in Ecclesia calicibus exprimebatur imago pastoris, ouem gestantis, pastoralis indigentis atq; clementis typum præferentis, sed etiam

facris quoque vestibus : aliis tamen signis idem *Baron An<sup>o</sup>*  
 repræsentabatur exemplum, nempe Episcopali *Chr. 1047*  
 illo indumento, magni honoris insigni, ex lana *De palio*  
 confecto quod dicimus Pallium. de quo hæc Iſi- *Episcopali.*  
 dorus pelusiota ad Herminum scribens: *li. 1. Ep. 136.*  
*Id autem*  
*amiculum quod Sacerdos humeris gestat, atque ex lana*  
*non ex lino contextum est, cuius illa quam Dominus ober-*  
*rantem qua sinit inuentamque humeris suis sustulit, pel-*  
*lem designat. Episcopus enim qui Christi typum gerit,*  
*ipſus munere fungitur, atque ipſo etiam habitu illud o-*  
*mnibus ostendit, se boni illius ac magni pastoris imitato-*  
*rem esse, qui gregis infirmitates sibi ferendas proposuit:*  
 Hæc Iſid.

11. Apostoli nulli labori parcebant, nullum vite discrimen deuitabant, vt communi omnium saluticonſulerent. Petrus Apostolorum princeps post acceptum spiritum S. Zelo maximo doctrinæ Christi diuulgandæ accensus vno die tria millia, altero quina millia hominū oratione sua Christo adiunxit, ac alia multa Zeli sui testimonia reliquit.

12. *Apostolus Paulus cum Ephesiis valediceret*  
 Acto. 20. v. 31. dicebat: *per triennium nocte & die non*  
*cessaui, cum lacrymis monens vnumquemque vestrum.*  
 Eiusdem Epistolæ nihil aliud spirant quam Zelum ardentissimum animarum, in Ep. ad Romanos c. 9. v. 1. non dubitauit scribere: *Veritatem dico in Christo non mentior, optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. 2. Cor. II. Quis scandalizatur & ego non vror? & ad Cor. Ep. 2. cap. 12. v. 15. Ego libentissime impendam & super impendar ipse pro animabus vestris: ad Phil. 3. v. 18. multi ambulant, ait,*

Fff 5 de

de quibus dixi, & nunc iterum flens dico, inimici crucis Christi. &c. I. ad Cor. 9. v. 19. Cum ait, liber essem ex omnibus omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Sortiti sunt discipulorum alij alias orbis terrarum prouincias, at Paulus gentium doctor de vniuerso orbe optima spolia Christo retulit, & cum eodem æternum triumphabit. Ad eundem zelum imitandum inuitat Timotheum Episcopo: *Predica verbum, nō sta opportune importune, argue obsecra, mone, p̄ca, &c.* Qui hoc Zelo destitutus erat Episcopus Lodiensis Spiritus S. eum iugillat velut tepidū & miserabilem dignumque qui ex ore Dei euomat ut suadetque vt à se emat *aurum ignium* (hoc est Zelum ardentem animarum)

2. Tim. 4.  
v. 1.

R. P. Ioan.  
Bonifac. li.  
1. de insti-  
tut. Chri-  
stian puer.  
in hom. ser.  
68.

Quanto  
Zelo & Phi-  
lippus Apo-  
stolus vena-  
tus sit ani-  
mas docet  
e. s. Act. S.  
Lucas.

13. Eusebij Versellensis Episcopi omnes filij Euangelico pabulo nutriti, aut martyres aut sacerdotes fuerunt: quo vero pietatis commento Dionysium, quem filium appellabat ab Arianis liberauerit non est prætereundum. Nouerat Eusebius hostium fidei nefariis cohortationibus tractum fuisse Dionysium vt errori subscriberet nomenque apponeret ideo se protinus ad Arianos contulit multumque initio gratulatus quod Dionysium filium charissimum chirographo deuinctum tenerent tandem cum hominibus expostulauit questusque est grauius filium subscribendi ordine patri esse prælatum, quam rem eo magis vitare debuissent quod filium illi in diuinis personis patre multo inferiorem esse arbitrentur, itaque se in eorum sententiam faciliorem simulauit modo deleta Dionysij nomine sedes sibi prima ad subscribendum relinquere-  
tur.

tur. Id hæretici sine mora faciunt, tunc Eusebij recuperato obside hiantes eludit coruos, erepta- que è manibus præda cum Dionysij tum maxime aliorum qui illius exemplo labi potuissent incolunitati prouidit. Verum Dionysio tanta deinceps constantia fuit vt ne morte quidem quam acerbissimam pro fide catholica pertulit ab incepto potuerit reuocari, ita qui Arianus futurus erat optimi præceptoris opera Christianorum est integerrimus annunciatu.

14. Cum Ioannes Euangelista per Asiæ ciuitates iter faceret adolescentem reperit facie plurimum elegante quem vt vidit morib. pulchriorem optauit efficere locique illius Episcopo erudiendum tradidit. Antistes pupilli tutelam assumit, seque omnem curam in eo instituendo perfiturum recipit. Tum S. Apostolus Ephesum rediit. Sed tamen adolescens principio educatus in mature ab Episcopo qui illius curam susceperat tanquam probe instructus & qui per se sapere iam posset relinquitur. Qui amoto custode sui dissimilis esse cepit & comitum perditissimo- rum in quos inciderat, mores ac vitam imitari. Quid multa in vitiorum schola tam large processit, vt grassatorum princeps fieret, incautosq; viatores non spoliaret modo, sed etiam vita priuaret.

Succedente deinde tempore Ioannes reuertitur, depositumque repetit ab Episcopo, tum ille Apostolo ingemiscens ait, iste quem petis latrocinii & impurissima sceleratorum manu infestat itine-

*Euseb. hist. Eccl. li. 3. c. 23. V. Locum defemina- riis.*

*Adolescens peruerso- rum sorda- lium consuetudine seductus, in omnium vitiorum gurgitem se eousque precipitat, vt ex salutis desperatione Princeps latro- num factus fuerit.*

At

*Ætatis ob-  
litus eques  
in viam se  
dat.*

*Iuuenem  
fugientem  
insequitur  
& assequi-  
tur.*

At Christi discipulus cum multa de curatori  
& magistri negligentia conquestus esset, lacry-  
misque ac marore ingentem dolorem, quem  
iuuenis lapsu capiebat, significauisset, sumptuo-  
quo præter vires & ætatem (cerne amoris flam-  
mam hærentem in visceribus) perditam ouem  
Pastor bonus per saltus & prærupta montium  
inuestigat inter lupos. Et cum longum iter tener  
confecisset, à latronibus capitur, quorum ante-  
gnanum ipse quærebat. Latrones comprehen-  
sum Apostolum pertrahi ad Dominum oportere  
clamant: quibus Ioannes nil sibi futurum gra-  
tius dixit, quam ut ad principem duceretur. At  
vero latronum ille dux cum propius accedentem  
sacrum virum contemplatus esset prædamque  
suorum comitum agnouisset, fugam arripuit cõ-  
spectum tanti hominis reformidans. Apostolus  
fugientem insequitur clamans à tergo, atque ob-  
secrans ne filius patrem timeret, armatus in-  
mem, iuuenis senem, robustus imbecillum, an-  
nisque ac labore fessum sacerdotem: spem salu-  
tis promittit, se animam pro eius anima positu-  
rum, & in extremo iudicij die pro eo rationem  
redditurum, ac veniam omnium criminum à  
Christo impetraturum: Ego, inquit, pro te in seueri-  
ssimi iudicis prætorio respondebo, ipse causam perorabo  
tuam, si ergo & me cælitus missum, ut tibi prouideam  
arbitrare.

His vocibus confirmatus expectat venientem,  
armaque abiiciens, & ad pedes illius se pronu-  
luens perditam suam vitam acerbissime deservit.  
Plorat vicissim Apostolus non tam marore sed  
inerte-

incredibili affectus gaudio, complexusque iuuenem ad Ecclesiam reduxit: cuius medelæ vacauit ipse, vicario non satis fidens, cuius nimiam socordiam inculabat: nec prius à se iuuenem diuellit quam esse videt firmissimum. Hæret nescio quomodo magistris ac institutoribus amor paterno fortior, qui deploratos ad non speratam reducit sanitatem.

15. Quid S. Honoratus Episcopus Ardatensis lucrandi Hilarij charissimi discipuli, qui ei in Episcopatu successit, consilio & causa pertulerit, fecerit, inuenit, quemadmodum illum pertinaciter resistentem patientia, lacrymis, precibusque mollierit, ipse narrat Hilarius in orat. de vita & obitu S. Honorati magistri sui.

Baron. An.  
Chr. 261.

16. Cum S. Cyprianus Episcopus Carthag. ea nocte quæ diem martyrij sui præcessit apud statorem detineretur, illuc vniuersus populus fratrum conuenit. Et cum hoc S. Cyprianus comperisset custodiri puellas præcepit, quorum omnes in vi-co ante ianuam hospitij principis manserant: Hinc S. Aug. de sollicita eius pastorali cura: Quid, inquit, illud quod cum in alium diem dilatus apud custodes esset, atque illuc se multitudo fratrum & sociorum congregans pro foribus pernoctaret custodiri puellas præcepit? quanta intentione considerandum? quanta laude prædicandum? quanto præconio commendandum est? *vi: in corporis morte non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis. Quod enim militibus omnia conferta essent, ne quid dispendij pateretur virgineus pudor, puellas custodiri mandauit. Fuisse namque Ecclesiam Carthaginensem sæcundam prole*

Statores erant pro-  
consulum  
ac præsidii  
ministri  
qui eis ad  
stabant, &  
ad delin-  
quentes  
carceri nū-  
cupandos  
obsequio  
præstocant.  
Serm. 12.  
edit. Pari-  
sienf.

prole sanctarum virginum, commentarij ab eo conscripti eo argumento (de disciplina & habitu virginum, de disciplina & bono, pudicitia &c.) significant.

17. Cum *S. Edmundus* Cant. Archiep. aliquando in hominem de salute sua desperantem incidisset, nec rationibus vllis ad exomologesin de peccatis faciendam per mouere posset, dixit se animam suam pro eius anima deponere, modo peccata sua confiteatur, qui & confessus est.

*Ephram*  
20. 3. in *vi-*  
*tiis PP. Sur.*  
16. mart.

18. Ante eum *S. Abraham* Eremita, vt ne precem suam Mariam quam in omni pietate instituerat a flagitiosa vita qua biennium consumpserat recocaret, abiecto amictu eremitico, & ementoto habitu militis eques ad eam ob lapsum in fornicationem fuga elapsam profectus est, inuentam remotis arbitris allocutus est, dicens: *Super me sit peccatum tuum quo haectenus foeda prostitisti corpus tuum amatoribus. Ego pro eo satisfaciam, ego in die iudicii pro te filia mea, rationem reddam.* Cum quae illa regereret, nimis magna est iniquitas mea, non potest mihi esse spes salutis, respondit, *super me sit iniquitas tua filia mea, ex meis manibus Deus hoc peccatum requirat, tantum veni mecum.* Ita venit & poenitentiam pro peccatis suis reliquo vitae tempore cursu tantam egit vt etiam miraculis clara e vita excellenti & in cœlitum numerum relata sit.

*Nullis sum*  
*pribus la-*  
*boribusque*  
*parcebat*  
*donec eam*  
*inueniret,*  
*inuentam*  
*conuertere-*  
*ret.*

19. *S. Franciscus Seraphicus* (teste *S. Bonau. c. 8.*) animas Christi Iesu sanguine pretioso redemptas cum cerneret inquinari forde peccati, tantam ferationis teneritudine deplorabat, vt eas tantamquam mater in Christo quotidie parturiret. Et

ob hanc potissimum causam venerabatur verbi Dei ministros, quod semen fratri suo defuncto Christo pro peccatoribus Crucifixo per ipsorum conuersionem, & pia sollicitudine suscitent, & sollicita pietate gubernent idem totus in amore Dei, vt carbo ignitus, etiam hyeme vnica tantum veste contentus erat, affimans, non posse frigere foris qui intus calefceret. *Bonau.*

20. *Franciscus Xauerus* inter labores conuersionis Indiarum nonnunquam ita ardebat vt acclamare cogebatur ad Dominum satis est.

21. *Pacomius* Monachus animaduertens proximi vici colonos rerum ignaros à cultu abesse diuino, vehementer indoluit, nihilque moratus eremum dereliquit & inter illos tuguriolum sibi constituit. Neque prius ad solitudinis locum rediit, quam illos edocuiisset Deum honorare, Christo credere, pio atque innocenter viuere. *In vitis PP.*

22. *Vitalius* Monachus Alexandrinæ prostibula adibat fœminarum & cum ea quæ impudentiore lasciuia dffluere videbatur noctem pactus pretium offerebat. Admissus autem in aliquo fornicis angulo procumbens deprecando peruigilabat, donec illi accresceret dies, factum admirans mulier, cogebatur interim tacita inter se cogitare non iam quantum lucri fecisset, sed quantopere turpiter viuendo Deum offenderet. Itaque multæ ab eo hoc modo conuersæ vitam correxere, ipse vero peruersa hominum opinione iactatus quoniam circa lupanaria fre-

frequens erat palamque reprehensus patienter tolerabat. Cum plus utilitatis ex correctione alieni delicti caperet, quam ex sua infamii damni.

*Dionysius  
ad Theophilum.*

23. *Carpus* Apostoli Pauli discipulus cum fidelem quendam ab infideli subuersum cernere præ dolore languere cœpit. Cumque ut conuerterentur orare debuisset, utambo è vita decederent orauit, veritus ne alterius suam alterius exemplo alij corrumpere. Vidit autem in quiete in fornacem ardentem à spiritibus immundis trahi violenterque impelli, & cum eo spectaculo delectari cœpisset, aspexit Christum cum Angelis è cælo delatam terram, ipsoque ab ignis periculo ut eriperet accedere, à quo & audiuit paratum se iterum pro peccatoribus pati. Hac visione monitus pro vtriusque conuersione Dominum supplicauit.

*Pallad.  
Laus hist.  
83.*

24. *Serapion* Abbas oppidum quoddam infidelium ingressus cum publice prædicantem perlerent, venundare se illis cœpit in seruum, vtilitatem cum Dominis priuatim colloquendi potestatem haberet. Vbi vero frequenti assiduaque suasionem illum cui seruebat credentem de idolorum seruitute in fidei Christianæ libertatem vendicasset reddito ei pretio ad alium transibat.

*Aug. de ciuit. Dei li. 10. c. 10. maluit vitam quam proximam periclitari.*

25. *Paulinus* Nolæ vrbis Episcopo. Vidue cuiusdam filium in Africa apud Vandalos captiuium cum pecunia non suppeteret vicaria seruitute redemit, mulieris orbitatem miseratus, & ne patris seruire inciperet Domini sui Domino, hoc est diabolo.

26. *Vincentius Ferrerius* ordinis prædicatorum conuertit ad fidem Catholicam ad 25. millia partim Iudæos, partim Saracenos.

RR. PP. *Soc. Iesu* non quiescunt nisi Deo, quem intimis sensibus amant, quam plurimos aggregent, Ecclesiæque regnum, quod exiguis definiti terminis dolent, amplificent.

Vt clerici ad feruentem celum salutis animarum excitentur 1. Perpendant quæso Dei maiestatem ac bonitatem infinitam omni adoratione & amore ac veneratione dignissimam, & doleant talem tantumque dominum à tam paucis coli & amari. 2. Considerent quam multæ & graues non imagini alicuius sancti sed ipsi Deo irrogentur iniuriæ tot tantisque hominum flagitiis & peccatis. 3. Quanta sit non corporum solum in vndis, sed & animarum pereunium strages, quam sæde viua Dei temple, animæ fidelium conspurcentur & quantopere properent ad fauces infernarum bestiarum. 4. Quot labores subeant multi in cura rerum mortalium, quam multa patiantur avari cumulandis opibus intenti &c. 5. Animo voluant Dei filium è cælo lapsum 33. annos laborasse, regnum Dei per vicus & ciuitates prædicasse, cum tanto zelo & amore mortuum esse, omnia quæ habebat nobis dedisse, & corpus suum sanctum & aliorum sacramentorum medicinas ac præsidia reliquisse. Vt autem serui Benadad Regis Syriæ victoriam de hostibus reportarent, dicebant ad Dominum suum: *Amoue reges singulos ab exercitu suo & pone principes pro eis & instaure numerum militum qui crediderunt: ita amouendi sunt à fortissima*

*Antonius eiusdem ætatis scriptor 3 p. h. tit. 23. c. 8.*

*§. 4. Præmia zelo Dei & animarum ardentium V. in fine triumpho.*

*Christus est valde liberalis & prodigus erga animas.*

*3. Reg. 20. v. 24. 25.*

Ggg

Eccle:

Ecclesiasticorum acie Reges delicatuli, qui nolunt seruire sed ab illis ministrari & loco illorum principes, id est, viri robustissimi zelum animarum habentes constituendi sunt. Instaurandi sunt milites, equi & currus secundum viros Apostolicos qui vita functi sunt, vt eorum presidio diaboli vincatur, & animæ à Christo redemptæ virtuti subiiciantur.

*Legat & consulat Lector de his 200 signis clericorum bonorum*

1. **S.** Augustini duos sermones ad populum Hipponensem de communi vita & moribus Clericorum. 2. *D. Dionysium Richelium* de debita conuersatione Ecclesiasticorum & præsertim Canoniorum. 3. *Amalarii Fortunati* Episcopi Treuirensis tractatum de ordine Antiphonarum & lib. 4. de Ecclesiasticis officiis 4. *Albinum Flacium* Caroli Magni præceptorem de diuinis officiis 5. *Rabani Mauri* Archiep. Moguntini li. tres de institutione Clericorum. 6. *Walafridi Strabi* librum de exordiis & incrementis rerum Ecclesiasticarum 7. *Rudolphi de Riuo* Ecclesiæ collegiæ Tungrensis decani librum de Canonum obseruantia 8. *Francisci Duareni* I. C. tractatum de sacris Ecclesiæ ministris ac beneficiis 9. *Indoci Clith.* tractatus de vita & moribus sacerdotum 10. *Ioannis Langrocrucii* I. V. L. libros sex speculi Ecclesiastici de malorum horum temporum causis & remediis ad diuina officia pertinentibus, & libros 6. de causis & remediis quæ ad vitæ & morum honestatem Eccle-



1. Pet. 2.  
11. 12.

hensione in medio nationis praua, inter quos lucet sicut luminaria in mundo. Et: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Et S. Petri: Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt &c. ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum.

In const.  
mon. c. 2.  
Visibili suo  
exemplo omnes ad  
virtutem  
informant.

Vtinam tot sanctorum exempla omnes ad sancte viuendum inflammarent. Ex vnus Christi exemplo consecuta est Apostolorum discipulorumque eius, ac per illos & successores ipsorum totius orbis vsque ad nostram aetatem conuersio. Nam vt ait Basilius, ideo naturam humanam suscepit vt in se velut in tabula quadam veram nobis pietatem depingeret, eamque omnibus ante oculos statutam pro viribus imitandam ceu archetypum proponeret. Nec enim alia de causa corpus nostrum gessit, nisi vt nos quoad fieri possit ad imitanda vita ipsius studia conformemus. Adhuc B. Antonius, Augustinus, Benedictus, Bruno, Bernardus, Dominicus, Franciscus, Ignatius & alij sancti infinita millia hominum exemplo suo ad vitam religiosam, eremiticam, vel cœnobiticam ducendam commouerunt. Quam multi vnus sæpe martyris in perferendis tormentis constantia ad fidem Christi complectendam sanguinem etiam pro ea profundendam sunt pellecti? Quanto numero etiam hac extrema mundi senecta ad B. Virginis & eiusque pie institutas sodalitates omnis ætatis & ordinis homines se certatim ob præclara peccati exempla quæ in sodalibus cernunt, se adiungunt. S. Bernhardus ait: *Alium in teor singulari adfuerunt, alium vero patientia admiranda, alium summa humilitatis & mansuetudinis, alium multa misericordia*

Serm 54.  
in Cant.

cordia & pietatis, istum in contemplatione frequenter  
 excedere, hunc pulsare cœlos orationum instantia,  
 aliosque in alijs præminere virtutibus. Filioli hac co-  
 giratio tollit excellentiam oculorum, conciliat gra-  
 tiam. Et: Monachus isque laicus ad pedes meos se abij-  
 ciens ita se accusabat. *Va mihi quia fratrem vnum hac*  
*nocte consideravi, in quo triginta virtutes numeravi*  
*quarum ne vnâ quidem in me inuenio* Sanctus Au-  
 gustinus fatetur se conuersione Victorini do-  
 ctissimi senis ad suam conuersionem esse per-  
 motum, & cum postea graui luctu carnis & spi-  
 ritus excrucietur, dubitaretque num castita-  
 tem seruare posset, rursus exemplorum præsi-  
 dio hanc tentationem discussit. Idem refert de  
 duobus Imperatoris aulicis quod cum extra vi-  
 bem Treuironum forte incidissent in casam  
 quandam eremiticam ibique codicem in quo  
 scripta erat vita S. Antonij Ægyptij perlegissent  
 sic ambo accensi sunt sectandæ illius vitæ reli-  
 giosæ desiderio, vt elicta militia sæculari se sta-  
 tim seruitio diuino consecrarint. Et ambo, ait S.  
 Augustinus, habebant sponsas, quæ posteaquam hoc  
 audierunt dicauerunt etiam ipsa Virginitatem Deo.  
 Sic & B. Pater Ignatius Societ. Iesu fundator cum  
 militiæ sæculari deditus lectoque ob læsum gra-  
 uiter pedem affixus codicem sibi aliquem por-  
 rigi fallendi temporis ergo postulasset, nec alius  
 ad manum esset nisi qui vitam Christi ac Sancto-  
 rum contineret, lectione illa sensim ita immuta-  
 tus est, vt abiectis armis mundoque contempto  
 totum se diuino cultui manciparit, ac tandem vi-  
 ros doctissimos propositi sui sectatores sibi ad-

Serm. I. de  
 alt. & B.  
 Card.  
 8. Conf. c.  
 2. §. II.

Tu non po-  
 teris quod  
 isti & ista?  
 Ib c. 6.

Ribad. li. I.  
 c. 2.

iunxerit ac religionem Societ. Iesu iam toto orbe profeminatam condiderit.

Si vel vnus sancti vel paucorum sanctorum exempla tantum apud multos etiam laicos valuerunt, in spem adducor firmissimam, magnam eamque principem Ecclesiasticorum partem promptissimam fore ad vitam & res præclare gestas in hoc speculo breuiter adumbratas strenue ac generose imitandum. Vtinam autem omnes magnopere cauerent ne oscitantibus ac supinis illis verbi diuini lectoribus & auditoribus concenturiarentur quos Apostolus Iacobus cum obliuiosis specularioribus non sine pudoris pun-  
*C. I. v. 22.* *Estote &c.* ctura redarguit. Quemadmodum homines iusti ac puræ mentis in verbo DEI tanquam in speculo seipsos contemplantes conscientie suæ faciem cum illo conuenire desiderant; ita peccatores in eodem vident maculas anime suæ, quas immaculatum eis speculum prodit atque redarguit. Sed quando quis obiter duntaxat leu per transennam, vt dicitur, ac perfunctorie se in Dei verbo vel audito vel lecto intuetur atque ab illo recedens statim obliuiscitur eorum, quæ in hoc speculo notauerat esse emendanda, atque ita non solum immundus & coram Deo deformis manens seipsum fallit, verum etiam multo magis quando vita functus pro cælo infernum consequitur.

Vtinam igitur omnes Clerici hoc speculum sæpius legerent ac relegerent, imo nunquam de manibus deponerent, nunquam ab oculis mentis amouerent, sed assidue in eo Dei voluntatem

contemplarentur, seque semper ad eam conformare studerent atque ita post hanc vitam ad immortalia & incommutabilia bona, ad sempiternam, inquam, felicitatem, ad quam omnes aspiramus peruenirent.

*Ad Dei & Ecclesie gloriam & honorem atq; omnium Ecclesiasticorum utilitatem & salutem, non enim admirationem & laudem quero, neque hæc ad ostentationem sed ad fructum legentium comparata esse desidero.*



# DVCENTA CLERICORVM

BONORVM SIGNA, NO-

TÆ AC PROPRIETATES

Indice hoc desi-  
gnantur.

1. Abusus corrigere seu extinguere, & consuetudines salutares inducere. pag. 15.
2. Adulationem & Adulatores fugere. 26
3. Ægros blande inuisere & benigne curare, seu pietatis studia erga morbos exercere. 28. V. signum 46.
4. Affabilem se præbere. 39
5. ab Ambitione alienissimum esse. 64
6. Avaritiæ infestissimum hostem esse. 73
7. Beneficia Ecclesiastica plura nolle acceptare. 81
8. ad Beneficia Ecclesiastica indignos non promovenda. 86
9. Beneficum in proximos esse. 87
10. Beneficum esse. 88
11. Bibliothecas instituere. 88
12. Blasphemos dignis pœnis mactare. 91
13. Bona Ecclesiastica non alienare, nec consanguineis dare. V. Signum 68. 91
14. Bona ex rebus Ecclesiæ quæ sita in pauperum erigere. 104
15. Breuiarium seu Codicem precum horarium ac-  
dentissime amare. 101

Car-

# I N D E X.

*Ceremonias & ritus veteris Ecclesie diligenter ob-  
servare V. Triumphum virtutum.*

16. *Calumnias non leuiter contemnere, nec prater mo-  
dum reformidare.* 107  
*Calumniatores detestare V. Theatrum vindictae  
diuinae.*
17. *Horas Canonicas quotidie religiose persoluere, seu  
preces Canonicas insigni attentione recitare.* 108
18. *Officium Ecclesiasticum per se obire.* 113
19. *Castitatem amare ac tueri V. Signum de continen-  
tia.* 117
20. *Catechesin docere ac promouere.* 140
21. *Charitate Dei flagrare.* 142
22. *Charitate magna erga proximum inflammatum  
esse.* 147
23. *Pari amore nobiles & ignobiles prosequi.* 159
24. *Etiam inimicis benefacere.* 161
25. *Concionandi munus libenter subire.* 165
26. *Non temere ad munus Concionatorium profilire.*  
179
27. *Etiam paucos docere non erubescere V. Signum 34.*  
181
28. *In labore Concionandi laudes hominum non venari.*  
182
29. *Vomere verbi Dei Ecclesias reddere frugiferas.* 184
30. *Se primum docere quam alios.* 185
31. *Accommodare se ad captum auditorum.* *ibid.*
32. *Non plus a quo elegantiam & nitorem sermonis se-  
ctari.* 186
33. *Non lucrum suum querere sed animarum.* 187
34. *Propter obstinationem auditorum non facile à  
labore desistere V. Signum 27.* 189

Ggg 5      35. PA.

I N D E X.

35. Paratum esse animam pro auditoribus, si opus sit, ponere. 191
36. Summa animi magnitudine ac liberrime nec non prudenter in vitia etiam principum inuehi, V. Signum 49. 192
37. Alios prudenter corrigere. 195
38. Concordia in omnibus rebus studere. 207  
Concubinatum tamquam ipsum infernum deuter. r. V. Theatrum. Si relicta Ecclesia relinquatur concubinam illa te ut pauperem relinquet.
39. Confessionem scelerum sine ulla radio excipere, & poenitentibus condolere. 210
40. Tentationes suas & peccata patri spirituali confiteri. 212
41. Non Confessis denegare SS. Communionem. ibid.
42. Generose confiteri Catholicam fidem. 213
43. Conscientia puritati studere. 217
44. Consilijs non solum doctiorum & c. libenter uti, sed etiam inferiorum. 220
45. Etiam ab inferioribus consilia petere. 221
46. Consolari morientes omnesque eos qui in luctu & squalore versantur. 224
47. Consortium honorum amare V. Triumphum. 226
48. Constantiam & magnitudinem animi in rebus gerendis adhibere. V. Signum 37. 227
49. Contentiones vitare. 231
50. Consuetudinem suadere & seruare. V. Signum de Castitate. 232
51. Conuertere infideles ad fidem Cach. V. Signum 22. 233
52. A Conuiujs abstinere. 236
53. Detractionem & detractores execrari. 237

34. Dis-

# I N D E X.

54. *Disciplinam Ecclesiasticam restituere.* 240
55. *Vt alij Corrigantur seipsum immunem à vitijs custodire.* 255
56. *Disciplinam à domesticis inchoare.* 256
57. *In irrogatione poenarum magna vti discretionem.* 258
58. *Disputationes doctorum virorum libenter audire.* 263
59. *Diuitias aliasque res terrenas amore Christi contemnere.* 264
60. *Diuitiis recte vti.* 277
61. *Ebrietatem execrari.* 283
62. *Magna constantia Ecclesiasticam dignitatem & immunitatem tueri.* 285
63. *Strenue pro vniuersa Ecclesia militare.* 287
64. *In Ecclesia sua tota vita permanere, & tenue beneficium pinguiori non mutare.* 289
65. *Ab Ecclesia sua, non nisi graui & iusta de causa abesse.* 290
66. *Plus Ecclesie quam omnibus hominibus tribuere.* 291
67. *In electione pralatorum Ecclesia suam utilitatem non spectare.* *ibid.*
68. *Eleemosynas largas dare.* 293
69. *Eleemosynas dare Religiosis.* 307
70. *Eloquentiam amare.* 318
71. *Ab Eruditionis thesauro instructum esse.* 320
72. *Sanctam Eucharistiam diuinis honoribus afficere.* 325
73. *Exemplo suo multos ad amorem virtutis inflammare.* *ibid.*
74. *Nimias familiaritates & crebras visitationes vitare.*

I N D E X.

- tare. 339
75. Familia domestica bene praesse. 338
76. Optimos quosque in familiam suam recipere, & omnia vitia domo sua exturbare. 336
77. Mercedem iustam solvere familia, & omni liberalitate eam prosequi, nec non pari amore omnia in ea complecti. 339
78. Firmum & constantem in Fide Catholica esse. 347
79. Pro fide Catholica paratum esse mori. 343
80. Magno zelo fidem Catholicam tueri ac propagare. 352
81. Fortem esse non tam corpore, quam anima. 358
82. Frugalem & sobrium in cibo & potu. 360
83. Gloriam vanam fugere. 361
84. Gratum se praeberere. 369
85. De Gula praeclearam ac splendidam victoriam reportare. *ibid.*
86. A lautitia eduliorum abstinere. 373
87. Hereticorum consortium & libros abominari. 377.
88. Heresin nunquam simulare. 380
89. Hereticos verbibus pellere. 382
90. In Hereticos asperere & acerbè inuehi, &c. 383
91. Hereticorum hypocrisis exercitia vera pietati opponere. 385
92. Hereticos aliosq; infideles convertere. *ibid.*
93. Bona Ecclesiae nolle hereticis possidenda tradere. 395.
94. Hereticos cum non parent excommunicare. 398
95. Honoribus rectè uti. 399
96. Ho-

# I N D E X.

96. Hospitalem esse. 408
97. Humanitatem in alios exercere. 413
98. Humilem esse & tanquam rem vilem se despiciere.  
ibid.
99. De bonorum suorum operum meritis humiliter  
sentire & loqui. 419
100. Ob eruditionem non superbire. 420
101. Non iactare genus suum. • • • • • ibid.
102. Laudes in rebus suis refugere. • • • • • 421
103. In omnibus potiores partes alijs deferre. • • • • • 423
104. Humilitatem seu infimam conditionem cognato-  
rum suorum non erubescere. 425
105. Virtutes suas occultare. 427
106. Nunquam plus suo quam aliorum iudicio fidere.  
428
107. Humilia officia & vilia ministeria amare. ibid.
108. Sui contemptum exoptare. 434
109. Admonitionibus aliorum etiam inferiorum liben-  
ter locum relinquere. 438
110. Munere condonandi se indignum iudicare.  
439
111. Libenter seruire proximis aequè infimis ac summis.  
441
112. Honores ultra delatos tanquam magna onera con-  
stanter repudiare. 442
113. Honores vt maximum onus cum gemitu perferre.  
469
114. Reprehensiones etiam inferiorum non contemnere  
& ab ipsidem veniam delictorum petere. 474  
Hypocrisin summo studio vitare. V. Theatrum.
115. Ieiunijs corpus religare. 479  
Imagines sacras honorifico cultu prosequi V. Triam.  
116. In-

I N D E X.

116. Intemperantiam vt nouam mortem abigere. 484  
 117. Intentionem in omni actione rectam habere. 486  
 118. Omnes motus animi nimios praesertim iracundiam  
 frenare. 493  
 119. Ad iustitiam incumbere seu causas populi restitu-  
 dicare. & non recte iudicata rescindere. 494  
 120. De alijs temere non iudicare. 497  
 121. Labores constanti animo perferre & nullos res-  
 timidare. 499  
 122. Ob sua & aliorum peccata lachrymari. 508  
 123. Ad Dei gloriam pro Ecclesiastica causa libros con-  
 scribere. 509  
 124. Libros bonos disseminare ac distribuere. 511  
 125. Libros spirituales libenter euoluere. 512  
 126. Libris suis ora haereticorum obstruere, & S. Scri-  
 pturam commentarijs illustrare. 514  
 127. Libros impuros & moribus noxios vitare.  
 521  
 128. Liberalem esse in viros doctos & rem literariam.  
 522  
 129. Liberalem esse in Religiosos & cultum diuinum.  
 524  
 130. Libidinem seu Luxuriam extraordinarijs penis  
 profligare. 525  
 131. Linguam suam prudenter regere. 526  
 132. Loquacem in senectute linguam coercere. 527  
 133. In sermone veritatis germanam seruari & seuerita-  
 tem. 528  
 134. Otiosa & vana colloquia vitare. 529  
 135. Luxum abominari.  
 Luxuriam detestari V. Signum 130. & Thea-  
 trum.

# I N D E X.

136. Magnitudine animi tanquam Clypeo pectus protegere. 533
137. Aversis ab omni asperitate animis mansuetum vivere. 534  
 Mariam Deiparam Virginem religiose colere V. Triumphum.
138. Meditationi rerum diuinarum incumbere seu de rebus diuinis magna cum voluptate Meditari. 538
139. Assidue nouissima Meditari. 541
140. Mori malle quam vnicum proferre mendacium. 551
141. Missæ sacrificium magna reuerentia & deuotione offerre. 553
142. Mores solutos vitare. 557
143. Feliciter mori. 559
144. Mortem non reformidare sed optare. 565
145. Mortificare se. V. Signum 168. 568
146. Mulierum consortium fugere. 578
147. Munera accipere reuere. 590
148. Negotia secularia studiosissime vitare. 593
149. Promptissime & sine fastidio suis maioribus obtemperare seu ascoltare, & eorum qui præsumunt nutum obseruare. 598
150. Oculos prudenter regere. 600
151. Assidue orare. 601
152. Orationes iaculatorias in ipsis actionibus adhibere. 606
153. Tempore Orationis tentationibus non cedere. 607
154. Preces Concionibus suis præmittere. 609
155. Ante alios labores preces absolvere. 611
156. Ad



I N D E X.

172. In Religionis negotiis nihil de suo iure decedere. 692
173. Cadenti Religioni succurrere. 693
174. Animosè pro Religione, ac veritate pugnare. 695  
Religiosis fauere. V. in Theatro locum de perfec-  
priorum.  
Reliquias sanctorum venerari, V. Trium-  
phum.
175. In suis Ecclesiis residere. 699
176. Intrepide Sacerdotij dignitatem tueri. ibi-  
dem.
177. Sacerdotibus plus honoris deferre quam vlli alijs. 702  
Sanctorum intercessionem implorare. V. Trium-  
phum.
178. Nemini scandalum præbere. Schismata vitare. V. Theatrum. 704
179. Scholarum accuratam habere curam & in ijs iu-  
uentutem docere. 709
180. Scripturas S. diligenter legere. 710
181. Scripturam S. docere. 714
182. Seminaria ministrorum Dei constituere. 715
183. Mortuos sepelire. 736
184. Silentium colere. 738
185. In Simoniacos grauissimas pœnas decernere. 741
186. Sobrietatis facem alijs præferre aliosque ad hanc  
virtutem irritare. 743  
Sodalibus Deiparæ Virg. concenturari, seu eius  
Sodalitio inscribi, V. Triumphum.
187. Solitudinem amare. V. Buseum de statu eremi-  
tarum.

H h

tarum.

I N D E X.

- tarum. 777
188. *Stratis non vti mollibus.* 711  
*Superbiam cupidius quam ipsam mortem fugere.*  
*V. Theatrum.*  
*Supplicationibus publicis feruenter Deum colere.*  
*V. Triumphum.*  
*Non male de alijs suspicari. V. Signum de temerario iudicio.*
189. *Temperanter & parce viuere.* 714
190. *Templa edificare.* 790
191. *Templa deuotissime frequentare.* ibid.
192. *Traditionem Apostolorum fideliter conferuere.*  
 791
193. *Venationem illicitam execrari.* 793
194. *Veritatem constanter eueri.* ibid.
195. *Vestes modestas amare, & simplici cultu incedere.*  
 795
196. *Virtutem cum eruditione coniungere.* 811
197. *Semper in virtutibus proficere velle.* 817
198. *Ex bonis presentis vitæ conytere futura vitæ aeternæ.* 818
199. *Non vlcisci iniuria.* 819  
*Vota sua non violare. V. Theatrum.*
200. *Zelo magno ardere salutis animarum.* 824

P. CAROLVS RE-  
GIVS DE CHRISTIANO  
ORATORE LIBRO 6.

Capit. 31.


**H**ABEAT noster orator selectiora San-  
ctorum & illustrium virorum exempla  
in locos communes virtutum ac vitiorum dis-  
posita, ex quo promptuario possit aliquid op-  
portune pro materia ac varia rerum tracta-  
tione depromere, utile enim valde est & mul-  
tum addit concionibus ornamenti graue ali-  
quod exemplum suo loco propositum ac per sepe  
magis ad persuadendum quam ipsa rationes  
& argumenta valent.

M O G V N T I Æ.

Excudebat Ioannes Völmari.


A N N O M. DC. XIV.

*Liber Collegij Societatis Iesu Paderborn.*























Th  
2990